



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo


Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>



PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRÆ, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA
OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM, SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS
ET AD PHOTII TEMPORA (ANN. 865) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIORA
ECCLESIAE SÆCULA ET AMPLIUS,

IUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS,
PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA ;

DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA ;

OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS
DETECTIS AUCTA ;

INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUIUS MOMENTI
SUBSEQUENTIBUS, DONATA ;

CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM
DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA ;

OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM
ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA ;

DUCENTIS ET AMPLIUS INDICIBUS LOCUPLETATA ; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO
SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE

PATRUM, ABSQUE ulla EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR ;

ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET

IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERUS,

A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS,

CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS

TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER

SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA,

SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM,

PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES,

LOCOS, LINGVAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA

IN QUÆ PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIAE GRÆCÆ
A S. BARNABA AD PHOTIUM,

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIAE, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA ; LATINA, JAM INTEGRÆ EXARATA, VIGINTI ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, CENTUMQUE ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM CUM VERSIONE LATINA LATERALIS COMPLECTITUR, ET FORSAN CENTUM VOLUMINUM EXCEEDIT NUMERUM. POSTERIOR AUTEM VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET IDEOQUE INTRA QUINQUAGINTA CIRCITER VOLUMINA RETINEBITUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUIUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM COMPARET NECESSE ERIT ; SECUS ENIM, CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS XVIII.

S. METHODIUS EPISCOPUS ET MARTYR, SS. PETRUS ET ALEXANDER ALEXANDRINI PRÆSULES,
S. EUSTATHIUS ANTIOCHENUS, ALEXANDER LYCPOLITANUS, TITUS BOSTRENSIS,
THEODORUS HERACLEENSIS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA D'AMBOISE, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO D'ENFER NOMINATAM
SEU PETIT-MONTROUË.

BR

60

o M38 .

v. 18

cop. 1

SÆCULUM IV.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΜΕΘΟΔΙΟΥ,

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΑΙ ΜΑΡΤΥΡΟΣ,

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

S. P. N. METHODII,

EPISCOPI ET MARTYRIS,

OPERA OMNIA.

ACCEDUNT

S. PETRI ET S. ALEXANDRI, ALEXANDRINORUM PRÆSULUM,
S. EUSTATHII ANTIOCHENI EPISCOPI ET CONFESSORIS, TITI BOSTRENSIS, THEODORI HERACLENSIS,
ALEXANDRI LYCOPOLITANI,

SCRIPTA QUÆ SUPERSUNT,

ACCURANTE ET RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS UNICUS.

VENIT 10 FRANCIS GALLICIS.

EXCUDERATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNÈ EDITOREM.
IN VIA DICTA D'AMBOISE, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO D'ENFER NOMINATAM,
SEU PETIT-MONTROUGE.

1857

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO XVIII CONTINENTUR.

S. METHIDIUS EPISCOPUS ET MARTYR.

Convivium decem virginum.	col. 27
Excerpta ac orationes aliquot.	229

ALEXANDER LYCOPOLITANUS EPISCOPUS.

Tractatus de placitis Manichæorum.	411
------------------------------------	-----

S. PETRUS ALEXANDRINUS EPISCOPUS.

Epistola canonica.	467
Epistola ad Ecclesiam Alexandrinam.	510
Fragmenta varia.	510

S. ALEXANDER EPISCOPUS ALEXANDRINUS.

Epistolæ de Ariana hæresi deque Arii depositione.	548
Sermo de anima et corpore deque passione Domini.	586

S. EUSTATHIUS EPISCOPUS ANTIOCHENUS ET CONFESSOR.

De Engastrimytho contra Origenem.	614
Allocutio ad imperatorem Constantinum in concilio Nicæno.	674
Fragmenta varia.	676
Spuria. — Commentarius in Hexaemeron.	708

TITUS BOSTRENSIS EPISCOPUS.

Libri tres adversus Manichæos.	1069
--------------------------------	------

THEODORUS HERACLEENSIS EPISCOPUS.

Fragmenta in Isaiam.

MONIUM.

Sciat læctor Patres quarti sæculi et sequentium qui Syriace, Armenice vel alio quocunque Orientali idiomate scripserunt, ad peculiarem seriem a nobis amandatos, cui *Patrologia Orientalis* titulum fecimus; non igitur miretur omissa in sequentibus tomis nomina S. Jacobi Nisibeni, S. Gregorii Illuminatoris, S. Ephrem, etc., qui in nova serie locum obtinebunt. Patrum etiam Armenorum scripta quæ vel prelo parata habent vel jam ediderunt doctissimi Mekitharistæ Veneti, collectioni nostræ inserendi potestatem facturos speramus.

S. METHODIUS

EPISCOPUS ET MARTYR

NOTITIA HISTORICO-LITTERARIA

(GALLAND, *Vet. Patr. Biblioth.*, III, Proleg., p. LI.)

I. Methodius, dictus et Eubulius; Olympi simul et Patarorum in Lycia, p̄stea Tyri in Phœnicia episcopus, circa Christi annum 312 martyrio sublatus. Locus passionis ejus inquiritur. Sententia rejicitur, quæ ipsum sub Decio et Valeriano passum tradit.

II. Quantus vir Methodius ex veterum testimoniis. Unus Eusebius illum præterit; quod nimirum sanctus Pater stylum adversus Origenem strinxerit.

III. Complura litterarum monumentis consignavit. Inter ea primum locum obtinet Convivium decem virginum. Operis præstantia atque utilitas. Inter hujus editiones eminent Combesiana, quæ ideo hic recensita et adornata.

IV. Cura et studium in edendo libro De libero arbitrio. Unde fragmenta ejus desumpta.

V. Sequuntur excerpta De resurrectione adversus Origenem. Opus laudatum præ cæteris, Eustathio Antiocheno. Ad formam dialogi, ut et præcedens, contextum. Ex Epiphanio in primis et Photio fragmenta satis ampla deducta, et cum mss. collata. Aliud nobile excerptum propositum. Improvida Cavei censura exsuffatur.

VI. Reliqua Methodiana strictim exposita. Nimirum Photiana excerpta De creatis; lacinia librorum adversus Porphyrium; fragmentum ex sermone De martyribus: homilia tres, De Syneone et Anna, in ramos Palmarum, et De cruce Domini: quibus alia complures operum Methodianorum reliquæ subjectæ.

Methodius, qui et Eubulius dictus Epiphanio (a), A id est circa annum Christi 312, ipsum in Chalcide primum Olympi simul et Patarorum in Lycia episcopatum gessit; priscis enim illis temporibus civitates duas aut etiam plures, ac certe in Lycia, unus antistes administrabat, ut observatum erudito Lequienio (b). Et Patarorum quidem episcopum fuisse Methodium, antiqui passim codices et qui ejus meminere scriptores Græci, testantur: Olympi vero, præter Hieronymum (c), etiam Maximus memoriam prodidit (d): cujus locum, sane corruptum, inter veterum testimonia nobis infra relatum, ita restituendum censuit doctus Valesius (e): 'Ανάγνωθι Μεθοδίου τοῦ ἀγίου μάρτυρος, καὶ Ὀλύμπου Ἀδριανοπόλεως ἐπισκόπου τῆς Λυκίας, τὰ κατ' αὐτοῦ (Ὀριγένους) περὶ ἀναστάσεως γραφέντα. Id est: « Lege quæ adversus Origenem de resurrectione scripsit Methodius, sanctissimus martyr et episcopus Olympi, urbis Lyciæ, quæ etiam Adrianopolis dicta est. » Tum Tyri in Phœnicia Ecclesiam regendam suscepit sanctus Pater, eodem Hieronymo teste; qui et ad extremum novissimæ persecutionis, B id est circa annum Christi 312, ipsum in Chalcide Græciæ martyrium subiisse tradit. Hæc autem summam recensens Fabricius (f), rescribit in *Chalcide Syriæ*: unde vero id hauserit, non refert. Atque ita fortasse legendum in textu Hieronymiano, cujus vulgata lectio Tillemontio quoque minus probatur (g): ut proinde vero propius videatur, sanctum Tyriorum in Phœnicia episcopum martyrio fuisse sublatum in regione contermina; atque ejusmodi erat Chalcidene in Cœlesyria, cujus caput Chalcis. Neque aliter sane accepisse Hieronymi verba Sophronius ejus interpres dignoscitur: vertit enim, ἐν Χαλκίδι τῆς Ἀνατολῆς, in *Chalcide urbe Orientis*. Eadem habet Suidas (h), Sophronio exscribens. Cæterum audiendi non sunt, qui Methodium sub Decio et Valeriano passum fuisse tradunt: quippe qui multa scripserit, non tantum contra Origenem, diu post Adamantii mortem; sed et contra Porphyrium, dum Tyrius ille philosophus, imperante Diocletiano, in vivis agebat. Et hanc quidem sententiam, post Ecclesiæ annalium paren-

(a) Epiph. *Hæc.* LXIV, § 63.

(b) Lequien. *Or. Chr.* tom. I, p. 276 seq.

(c) Hieron. *De vir. illustr.*, cap. 83.

(d) Maxim. in schol. ad Dionys. Areop. *De eccl. hier.*, cap. 7.

(e) Vales. ad Euseb. *Hist. eccl.* lib. VI, cap. 24.

(f) Fabr. *Bibl. Gr.* tom. V, pag. 255 (ed. Harles. t. VII. p. 260).

(g) Tillem. *Mém.* tom. V, p. 767, not. 3 sur S. *Méthod.*

(h) Suid. in *Lex. v. Μεθόδιος*, tom. II, pag. 529.

tem (i), secuti sunt viri doctissimi, quos inter A Holstenius (j), Allatius (k), Vossius (l), atque Pearsonius (m).

II. Quæ cum ita sint, desinente igitur sæculo III, inclaruit sanctus Methodius, ἀνὴρ λόγιος καὶ σφόδρα περὶ τῆς ἀληθείας ἀγωνισάμενος, inquit Epiphanius (n), vir apprime doctus acerrimusque veritatis patronus; quin et disertissimus martyr, iudice Hieronymo (o), qui nimirum nitidi compositique sermonis libros confecit (p). « Atque illa enimvero, ait vir doctus (q), propria Methodii prædicatur gloria, quod in neminem ejus æqualium liberalius concurrerunt eæ dotes, quæ præstantissimum sacræ doctrinæ magistrum omnibus possint numeris absolvere. Magnis enim ejus partæ infusæque sapientiæ divitiis respondit dicendi copia scribendique uber elegantia, cujus beneficio in seram usque posteritatem sensa ejus præclara permanerent. Uno verbo: ut nemo illo profundius sapuit, ita non facile reperietur qui uberius, disertius, ornatus scripserit. » Tantum itaque Patrem eximiumque Ecclesiæ scriptorem, merito sane inter suos viros illustres recensuit Doctor maximus, licet illum præterierit Eusebius. Atqui recte censuisse videtur cl. Valesius, dum ait (r) Eusebium propterea in sua *Historia* nullam Methodii mentionem fecisse, cum tamen plures alios ecclesiasticos scriptores commemoret, qui Methodio multo inferiores fuerunt; quod nimirum sanctus ille Tyrius episcopus styli aciem strinxisset adversus Origenem, cujus studiosissimus erat idem episcopus Cæsariensis. C Hinc etiam est, subdit Valesius, quod contra Porphyrii libros post eundem Methodium scripsit, quasi æmulatione quadam et odio adversus Methodium incitatus. Eusebius enimvero in libro sexto *Apologiæ* suæ pro *Origene*, Methodii objectionibus respondebat: *Quomodo, inquit, ausus est Methodius nunc contra Origenem scribere, qui hæc et hæc de Origenis locutus est dogmatibus?* Citantur hæc verba ab Hieronymo scribente adversus Rufinum (s).

III. Verum Methodii auctoritati atque doctrinæ nihil detrahit Eusebii silentium, nihil ejus invidia. Nam quæ sanctus Pater litterarum monumentis commendavit, tum adversus veritatis hostes, tum ad sacra dogmata exponenda, tum etiam ad religionem pietatemque fovendam comparata, veteribus qui ea perlegerunt, summis laudibus celebrata fuisse noscuntur. Atque utinam illa exstarent omnia! exigua enim sunt ac tenuia, si unum vel alterum excipias, quæ, sive temporum injuria, sive

heminum desidia, reliqua hodie tegerunt. Sed quæcunque demum superant, a tanto Ecclesiæ doctore ac martyre memoriæ mandata, collecta primum magnam partem a Combefisio, nunc vero ad unum aucta omnia et recensita hic proferentes, de singulis, pro rationis ordine quo illa digessimus, breviter disscremus.

In limine itaque nostræ collectionis Methodianæ comparet *Convivium decem virginum*, « primum ac plane princeps Methodii operum, ut verbis utar Possinii (t), quod victoriæ a Christiana philosophia de Græca gentilitate reportatæ illustre monumentum ac veluti tropæum est. Cui enim in litteris Atheniensium veterum versato non statim occurrit, æmulatum hoc opere Methodium celebre illud *Convivium Platonis* æmulatum autem; non tām ut ejus elegantiam, quod venustissime fecit, exprimeret imitando, quæ ut, quod potissimum studuit, ejus nequitiam castigando abstergeret. Præcipuum autem laudationum argumentum in hoc Methodiano Convivio, divina virginitas est: cui omne choragium congruens e sacrario cælesti depromptum apparet. » Ad hæc alia complura occurrunt, quæ summa Christianæ fidei capita in primis attingunt: ubi tamen si qua interdum aut durius enuntiata, aut fortasse minus exacte prolata de rebus diviniore videantur, ea demum omnia diligenter excussa et dilucide exposita repetat prudens lector a viro doctissimo, qui haud ita pridem in opere illo egregio cui titulus: *Divinitas Domini nostri Jesu Christi manifesta in Scripturis et traditione*, Patrum antenicænorum doctrinam accuratius expendit, atque obscuriora quæque loca explicavit illustravitque (u).

Hoc autem præclarum Methodii syntagma, quod unum integrum nobis servavit antiquitas, primus omnium, e ms. codice Vaticano Romæ, evulgavit, anno 1656, Leo Allatius; qui et notis suis illud evincere aggressus est, nihil in eo reperiri quod catholice catholicis auribus exponi non possit: si qua vero duriuscula occurrant, illa emollire omni studio contendit. Anno deinde insequente 1657, Parisiis prodiit *Convivium Methodianum* ex interpretatione Petri Possinii: cui accesserunt variae lectiones e codice Mazariniano, cum nonnullis observationibus V. C. Henrici Valesii. Denique Franciscus Combefisius ex Græcis Vaticanis et Mazarinianis, necnon Photianis excerptis, collatis etiam Allatii et Possinii versionibus, idem opus rursus edidit Parisiis anno 1672, atque tomo I *Auctarii novissimi bibliothecæ Patrum* intexuit.

(i) Baron. ad ann. 302, § 62 et in not. ad *Martyrol. Rom.* d. 18 sept.

(j) Holsten. *Dissert. de vit. et script. Porphyri.*, cap. 3.

(k) Allat. *Diatr. de Method.*, p. 511.

(l) Voss. *De Hist. Gr.* lib. II, cap. 16, pag. 245.

(m) Pears., opp. posth. chron., dissert. II, cap. 19, § 3, p. 365.

(n) Epiph. *Har.* LXIV, § 65.

(o) Hieron. *Comment. in Dan.*, cap. XIII.

(p) Id. *De vir. ill.*, cap. 85.

(q) Possin. præfat. ad *Method. Conviv.*

(r) Vales. ad Euseb. *Hist. eccl.* lib. VI, cap. 24 et 55.

(s) Hieron. lib. I *Contr. Rufin.*, § 11.

(t) Possin. l. c.

(u) Maran. *Divin. D. N. J.-C.* lib. IV, cap. 21, p. 525-534.

Et hanc quidem Combefisianam ἔκδοσιν typis excudendam curavimus. Neque enim actum egisse videtur vir doctus, qui semel iterumque vulgatum libellum, novo cultu expolito repræsentavit. Ejus autem adnotationes, quæ ad operis calcem incommode legebantur, textui subjecimus una cum selectioribus Valesianis : ad finem vero attexuimus quas adornavit Allatius, eas in contextu, apposito indicantes. Denique quo facilius operis lectio et usus evaderet, unamquamque orationem Methodianam sumus in varias sectiones partiti, quarum integrum conspectum pro more nostro subdidimus.

IV. Jam vero reliqua Methodiana recensere prosequamur, ex edito Combefisiano Parisiis in vulgus emissio anno 1644 repetita. *Convivium* itaque decem virginum excipit liber *De libero arbitrio* adversus Valentinianos in primis et Origenem; ad quem doctus editor ista præfatur (v) : « Damus, inquit, hoc opus pene integrum, tribus seu partibus seu excerptis congestum. Exordium nonnullamque partem corporis ediderat Joannes Meursius (x), ceu librum integrum, ne leviter quidem insinuato defectu, quem titulus satis arguebat. Nam nihil erat tota oratione de libero arbitrio, cujus ille tractationem indicabat. Reliqua mutuati sumus ex Photianis (y), excepto egregio illo, ad finem, excerpto, de ipso revera libero arbitrio, quod R. P. Jacobus Sirmondus S. J. humanissime utendum dedit, cujus etiam Photius paucula exscripserat, et quo videtur Methodius clausisse librum istum; nisi forte aliquibus additis ad ornatum, quæ Photius, soli doctrinæ studens, non delibaverit. Nonnulla offenderunt in interprete Photii; ut fuerint etiam ejus de integro reddenda; et quo etiam eodem stylo interpretis decurreret tota oratio. » Hactenus ille. Est autem liber hujusmodi ad formam dialogi conscriptus inter Valentinianum et Orthodoxum, super vexatissima quæstione *de origine mali*: adeoque, quo clarius orationis contextus procedat, in editione nostra personas colloquentes distinximus : Combefisii observationes, quæ primum longe a textu distabant, suis quasque locis restituimus, notulis nonnullis alicubi inspersis. Quod quidem et in reliquis nos præstitisse, hic semel indicasse sufficiat.

V. Sequuntur excerpta ex libro *De resurrectione* contra Origenem, quem sanctus Hieronymus *opus earegium* appellat. Laudatur et ab Eustathio Antiocheno his verbis (z) : Μεθόδιος ὁ τῆς ἀγίας ἁξίως μνήμης, ἔγραψεν ἀποχρώντως εἰς τὸδε τὸ θεώρημα, κ. κ. λ. Id est, Allatio interprete : « Methodius sanctæ memoriæ in illud quæsitum satis abunde scripsit, » etc. Et hunc quoque librum ad formam dia-

A logi composuit sanctus Pater, inscripsitque, ut videtur, Theophilo cuidam, quem χράτιστον appellat (a) In eo autem inducuntur Methodius et Auxentius cum Origenistis Proclo et Aglaophontæ colloquentes seu disputantes. Jam diu magnam partem deperditus dialogus iste. Ejus tamen fragmenta satis ampla exstant tum apud Epiphanium (b), tum apud Photium (c), qui et ex eodem opere *compendiosam expositionem dictorum quorundam apostolicorum*, Methodio vere dignam, nobis servavit. Nonnulla item apud Joannem Damascenum (d) occurrunt. Plura de hoc opere erudite observat Allatius (e).

Interim vero quem sequimur editorem atdidimus (f). « Quamquam, inquit, insidebat animus, ut Methodiana omnia Epiphanii, cum aliis quæ occurrissent ejusdem Methodii, in unum comportarem, nonnullamque in eis corrigendis quæ depravata admodum viderem, operam ponerem, infregit tamen conatum inopia meliorum codicum, quam quibus esset usus politissimus interpres Epiphanii Petavius S. J., eoque satis e re facturum duxi, modo ea tantum ex libro illo *De resurrectione*, quem circiter medium exscripsisse se ipse significat Epiphanius ad finem, de novo ederem, quæ vel essent nova et ἀνέκδοτα, vel ut nova, emendatione textus ope codicum meliorum, novaque quodammodo, interpretatione nostra, videri possent. Duplici ad hoc codice usi sumus, altero eminentissimi cardinalis Rupifucaldii, quo grandi volumine æperantiquo habentur *Elementa Damasceni*; altero R. P. Sirmondi S. J. et ipso antiquo, collectore anonymo adversus Eutychianos, sua ipso manu exscribente humaniusque suggerente, pro sua illa, omni modo illustrandæ antiquitatis suo alienoque calamo, vegeta in senili corpore propensione. » Porro idem editor, ad excerpta Photiana quod attinet, hæc subdit (g) : « Videamur forte actum agere, qui Methodiana hæc jam data, dare iterum procuramus. Fuerit nihilominus, ut accuratiori opera, qualis fere est angustis terminis definita, novi aliquid illustrando Methodio nostro, aliis vel neglecta vel minus perspecta, alio festinantibus grandiusque molientibus opus, inveniamus. Itaque novam versionem (num eam inutilem, alii re inspecta collatisque omnibus censuerint) ad Græca componemus, subindeque notabimus, si quid ex aliis, præsertim Methodianis, lucis aliquid ex collatione afferre possit. Habemus præter impressa Photii, etiam exscripta olim a R. P. Sirmondo, quæ possint usui esse. »

Huc usque Combefisius : qui deinceps nobile excerptum ex eodem libro *De resurrectione*, deprom-

(v) Combef. in not. ad Method., p. 462.

(x) Meurs. in *Varior. divin.* libro.

(y) Phot. *Bibl.* cod. ccxxxvi.

(z) Eustath. *De engastr.*, p. 394.

(a) Method. apud Epiph., opp. tom. I, p. 540, 567, 590.

(b) Epiph. *Hæc.* lxxiv.

(c) Phot. *Bibl.* cod. ccxxxiv.

(d) Joan. Damasc. orat. 3 *De imagin.*, opp. t. V, p. 389.

(e) Allat. *Diatr. de Method. script.* pag. 354, seqq.

(f) Combef. in not. ad Method. p. 440.

(g) *Ibid.* pag. 452.

ptum e Catena eminentissimi cardinalis Mazarini A et Corderiana, Latine vulgavit (h) in sua *Bibliotheca concionatoria*, tom. II, pag. 263, seq., qua de re ipsemet mentionem injicit in *recensitis auctoribus* ejusdem *Bibliothecæ*, tom. I, pag. 30. Id emolumentum præ cæteris ex præclaro isto fragmento emergere novimus, quod ex eo alterius loci ἀθεν- τλα confirmatur, a Joanne Damasceno relati (i): utrobique enim sanctus ille martyr dogmatice arguit a principum ad sacras imagines, ut in utrisque, honori vel contumeliæ habeatur prototypon et exemplar: verbis utor editoris nostri ad prius fragmentum e Damasceno desumptum. Quod quidem ea propter observasse oportuit, ut improvidam hominis heterodoxi (j) censuram dilueremus, qui ne sacrarum imaginum cultum agnoscere coeretur, jam sæculo III desinente sancti Methodii auctoritate ac doctrina firmatum, Joannis Damasceni fidem elevare aggressus est.

VI. Subjicitur ex Photio (k) ἐκλογὴ περὶ τῶν γε- νητῶν, sive excerptum ex libro *De creatis*. Opus autem ita inscriptum litteris mandasse Methodium, haud produnt veteres. Meminit quidem Hieronymus ejus *Commentariorum in Genesin*, quorum fragmenta nonnulla in Catenis mss. adhuc superant: unde nonnullis visum ex iisdem commentariis excerptum Photianum fuisse descriptum. Utut est, in eo disputat iterum sanctus martyr adversus Origenem, quem *centaurum* appellat (l); atque μαργα- ρίτας τοῦ ξενώου, hoc est, sanctiora Christi Ecclesiae dogmata ethnicis placitis ipsum intexuisse queritur. Occurrit vox illa ξενώου sub excerpti hujus initium, ubi varia conjicit Combefisius. Verum interpres Photii eam pro *communi omnium hospitio*, sive pro cœtu fidelium, esse accipiendam recte, ut videtur, existimat. Sic enim et Suidas illam usurpat (m). Consulesis et viros eruditos ad Pollucem (n) atque Hesychium (o).

Præterea Methodius primus omnium ad veritatis defensionem scripsisse *adversus Porphyrium* comperitur, quem postea sunt secuti Eusebius et Apollinaris. Ejus opus, veteribus maxime celebratum, usque ad decem millia versuum processerat, teste Hieronymo (p): sed interiit, paucis quibusdam lacinis exceptis, quæ post Combefisium ex *Parallelis* Damascenicis in medium protulimus.

His porro subdidimus insigne plane fragmentum de Christi divinitate, quod Combefisii diligentiam

A effugit. Ex Methodiano sermone *De martyribus* exhibet illud Theodoretus (q).

Accedunt ejusdem Methodii homiliæ duæ, quarum altera, *De Symeone et Anna, quo die Domino in templo occurrerunt*, inscribitur; altera, *In ramos Palmarum*. Et ad eas quidem hæc habet Combefisius (r): « Orationem in Symeonem et Annam in die Occursus, vulgatam primum Petro Pantino, representamus, simulque aliqua in notis indicamus, quibus ad novam versionem post illam Pantinianam inducti sumus. Esse autem ejusdem orationem hanc luculentissimam, cujus sunt *Symposiaca de castitate*, et Methodii illius Origenianis erroribus infensissimi, ipse auctor satis expressit (s), ut nullus sit dubitandi locus. Inscriptur ἐπισκόπῳ Πατρί- B ρων, cui etiam Damascenus in *Elementis* non tantum *Symposia* tribuit, sed etiam librum *Περὶ δρα- στάσεως*. Hinc Leo Allatius Gretseri opinionationem merito exsufflat (t), dum nulla ratione molitur eam orationem abrogare Methodio martyri ac seniori, et tribuere Constantinopolitano, cum præter eos characteres quos modo indicavimus, tanta sit majestas operis, ut vel maxime magnum Methodium deceat. » Alteri vero de Occursu, subdit idem Combefisius (u): « Hancce εἰς τὰ Βάβια Orationem annectimus, uno regio codice num. 922 asserenti Methodio martyri, utique Magno illi et seniori, cujus sunt et *Symposia* et alia præclara, vel in superstitionibus reliquiis, ingenii et piæ mentis monumenta. Favet etiam stylus et sententiæ affinitas cum præcedenti: quanquam alter codex, ipse forsitan in Chrysostomum effusior, ei tribuat, titulo εἰς τὸν εὐλογημένον, quo Savilius Græcam edidit. Facile habent Græci, ut quævis ἀδέσποτα viro tanto tribuant. » Hactenus Combefisius.

Orationibus hisce Methodianis a Combefisio editis, adjecimus tria fragmenta ex homilia *De cruce Domini nostri Jesu Christi*, ut videtur, excerpta. Duo priora ex ms. codice bibliothecæ Augustanæ in lucem extulit Jacobus Gretserus (v); tertium, ex eadem bibliotheca Leo Allatius (x); qui et isthæc fragmenta omnia nostro Methodio asseruit. Gretsero enim dubitanti occurrit his verbis: « De horum fragmentorum auctore dubitat Gretserus, et cum eo dubitare videtur Aubertus Mireus: « Quis, C « inquit, iste Methodius fuerit, pro certo affirmare « nequeo. Illud exploratum est, non fuisse veterem « illum Methodium sanctitate et martyrii gloria cla-

(h) Græce et Latine Simon de Magistris in *Actis martyrum ad Ostia Tiberina*. EDIT. PATR.

(i) Jo. Dam. orat. 3 *De imag.*, opp. tom. I, pag. 389.

(j) Cav. *Hist. litt.* ad ann. 290, tom. I, pag. 152.

(k) Phot. *Bibl. cod.* CCXXXV.

(l) Method. *De creat.* § 2.

(m) Suid. *Lex.* tom. II, p. 646, v. ξενώου.

(n) Polluc. *Onom.* lib. III, cap. 4, num. 59.

(o) Hesych. *Lex.* tom. II, pag. 702, v. ξενών.

(p) Hieron. epist. 70, ad *Magn. orat.* num. 3.

(q) Theodor. *Dial.* 1' *Ατρπετ.*, opp. tom. IV, pag. 37.

(r) Combef. in not. ad Method., pag. 469, et in *revers. auctor.* ad tom. I *Bibl. concion.*, p. 50.

(s) Method. *Orat. de Sym. et Ann.*, §§ 1 et 13.

(t) Allat. *Diatr. de Method. script.*, p. 341.

(u) Combef. in not. ad Method., p. 473.

(v) Grets. tom. II *De s. cruce*, p. 401-404 edit. nov. Ratisb. 1754.

(x) Allat. *Diatr. de Method. script.*, pag. 319 seq.

« rissimum, qui sub Diocletiano martyrii palmam adeptus est, cum iste noster meminerit vexillorum a Christianis imperatoribus in formam crucis commutatorum : de qua mutatione sub Diocletiano nec cogitari quidem coeptum erat, omnibus adhuc publicis locis ab idololatria occupatis. »

Quibus Allatius reponit : « Et nihilominus idem Greterus apertissime dicit (y), ante Constantinum, tempore Justini, Tertulliani et Minucii Felicis, vexilla militaria jam crucis speciem retulisse : adeo ut isti tres scriptores auctacter ethnicis objecerint, ipsos eodem crimine teneri cum Christianis, si crucem colere crimen esset, eum et ipsi crucem colant et adorent, colendo et adorando signa militaria. Et longe ante Constantini ætatem exstare nummos excusos, qui vexilla militaria in crucis speciem efformata continerent. Hinc conatur postmodum respondere, quomodo Constantinus dicatur Labarum in crucem commutasse, si signa militaria prius formam crucis præ se ferebant.

Quod si multo ante Constantini ætatem militaria vexilla ethnicorum figuram crucis præ se ferebant, potuit commode Patarensis Methodius eorum meminisse; neque ob hanc causam illa fragmenta Methodio deneganda sunt, cum ex ipsius verbis nullo modo eliciatur eum de Christianis imperatoribus verba facere. Locus Methodianus ejusmodi est (z) : Ἐντεῦθεν οἱ τῆδε βασιλεῖς, πάσης πονη-

ρὰς ἕξωσ ἐπὶ σκεδασμῶ, τὸ σταυροειδὲς παραλαβάνεσθαι αἰσθόμενοι σχῆμα, τὰ καλούμενα τῇ Ῥωμαϊκῇ διαλέκτῳ βῆξιλλα ἐμηχανήσαντο, κ. τ. λ. Hoc est : *Hinc imperatores qui hisce in locis imperant, sive etiam si vis, nostri* (nempe qui nobis dominantur; quod potest intelligi etiam de ethnicis : Christiani enim ante Constantinum imperatoribus ethnicis subdebantur illisque obediebant), *cum viderent figuram crucis assumi ad universa mala dissipanda, quæ Romano sermone vexilla nuncupantur, excogitarunt*, etc. Licet ergo omnia loca sub Diocletiano idololatria occuparet, ethnici ex more suo, nescientes quid facerent, vexilla efformata in formam crucis conficiebant; quorum ope, signo nempe ac figura crucis, ut Christiani Patres interpretabantur, noxia amolirentur, et cuncta prospera consequerentur. Sic horum fragmentorum non est cur alium Methodium a Patarensi quaeramus auctorem. »

Hactenus Allatius. Allatio accedunt Tillemontius (a), et Caveus (b). At Fabricius hanc homiliam *De cruce* Methodio CP. attribuit (c); nullum tamen afferens argumentum, quo suam sententiam confirmet. Atque hæc de magno Methodio episcopo et martyre satis. Ad reliqua enim subjecta fragmenta quod attinet, nihil est in promptu quod proferamus, præter auctorum ecclesiasticorum loca unde illa descripsimus, quæ unicuique præfigenda curavimus.

(y) Grets. tom. I *De cruce*, lib. II, cap. 59.

(z) Method. *hom. de cruce*.

(a) Tillem. *Mém.* tom. V, p. 472 seq.

(b) Cav. *Hist. litt.* ad ann. 290, p. 153.

(c) Fabric. *Bibl. Gr.* tom. V, p. 260.

VETERUM TESTIMONIA

DE S. METHODIO EPISCOPO ET MARTYRE.

I.

S. HIERONYMUS De vir. illustr. *cap.* 85, cum *vetere interprete Græco.*

Μεθόδιος (a) Ὀλύμπου Λυκίας, καὶ μετὰ ταῦτα Κύρου ἐπίσκοπος, λαμπροῦ καὶ συγκειμένου λόγου κατὰ Πορφύριου συνέταξε τεύχη· καὶ Συμπόσιον δέκα παρθένων· Περὶ ἀναστάσεως λόγον ἄριστον κατὰ Ὀριγένους· κατὰ τοῦ αὐτοῦ Περὶ Πυθωνισσῆς, καὶ Περὶ αὐτεξουσίου· εἰς τὴν Γένεσιν τε, καὶ εἰς τὰ ἄσματα τῶν ἁγίων Ἰσχυρίων, Ἰσχυρίων, Ἰσχυρίων,

(a) Eadem fere ac iisdem verbis Suidas, exscribens et ipse Hieronymum: tantum adjecit ad Ὀλύμπου Λυκίας τὸ, ἦτοι Πατάρων. Significans eandem utroque nomine notari civitatem, cujus is, priusquam transferretur Tyrum, episcopatum gesserit: nec esse alium Methodium quem Hieronymus dixerit Olympi, et quem Græci celebrant Patararum episcopum. Equidem ne vestigium potui deprehendere novi hujus Methodii Patarensis diversi a Tyrio; tribuentibus ubique codicibus Methodio Patarensi, quæ Hieronymus tribuit suo illi Methodio Olympi, ac postea Tyrio. Ita præter alios passim Damascenus in *Elementis* eminentissimi cardinalis Rufinocaldii: mirumque videatur, ut Græci, solius

Methodius, Olympi Lyciæ et postea Tyri episcopus, nitidi compositique sermonis, *adversum Porphyrium* confecit libros; et *Symposium decem virginum*; *De resurrectione* opus egregium contra Origenem: et *adversus eundem de Pythonissa*, et *Περὶ αὐτεξουσίου*. In *Genesis* quoque et in *Cantica anticorum commentarios*; et multa alia quæ vulgo

Patarensis obscurioris memoriae solemnem habeant, nusquam vero apud eos exstet memoria Tyrii, si quidem ille alius est. Quare æstimo levius pronuntiasse Baronium ad notas *Martyrol.* ad alterum Methodium Constantinopolitanum, 14 Jun., dum ex brevi illa citatione Damasceni, *orat.* 3 *De imag.* Methodii Patarensis et martyris, novum sibi conlingit Methodium. Hesychius Pataras urbem *Patarin* vocat, quo etiam nomine montem nominat; ego eundem puto atque Olympum, Lyciæ montem, cujus ipse Methodius ut familiaris in libro *De resurrectione* meminit, a quo et civitas Olympus dicta sit; nec aliud ea de re certioribus monumentis hactenus occurrit. COMBESIS.

lectitantur. Et ad extremum novissimæ persecu-
tionis, sive, ut alii affirmant, (a) sub Decio et Va-
leriano, in Chalcide Græciæ martyrio coronatus
est.

Α καὶ ἕτερα πολλὰ χύδην ἀναγινωσκόμενα. Ὅς περὶ τὰ
τελευταῖα τοῦ διωγμοῦ, ἢ καθὼς τινες βεβαιοῦνται,
ἐπὶ Δεκίου καὶ Βαλεριανοῦ ἐν Χαλκίδι τῆς Ἀνατολῆς
μαρτυρήσας ἐστεφανώθη.

Idem, epist. 48, ad Pammachium, num. 13, Opp. tom. 1, pag. 220, edit. Veron.

Origenes, Methodius, Eusebius, Apollinaris, multis versuum millibus scribunt adversus Celsum et
Porphyrium.

Idem, epist. 70, ad Magnum oratorem, num. 3, ibid., pag. 425.

Scripserunt contra nos Celsus atque Porphyrius: priori Origenes, alteri Methodius, Eusebius et
Apollinaris fortissime responderunt. Quorum Origenes octo scripsit libros; Methodius usque ad decem
millia procedit versuum, etc.

Idem in præfat. ad Comment. in Daniele, ibid. tom. V, pag. 617.

Porphyrio solertissime responderunt Eusebius Cæsariensis episcopus tribus voluminibus, id est,
octavo decimo et nono decimo et vicesimo; Apollinarius quoque uno grandi libro, hoc est vicesimo
sexto; et ante hos ex parte Methodius.

Idem in Comment. ad Daniel. cap. xiii, ibid., tom. V, pag. 730.

Cujus (Porphyrii) calumniæ plenius responderunt Eusebius Cæsariensis, Apollinarius Laodicenus,
et ex parte disertissimus vir martyr Methodius.

Idem lib. II contra Rufinum, num. 33, ibid., tom. II, pag. 527.

Ex eo quod asserui, Porphyrium contra hunc prophetam (Danielem) multa dixisse, vocavique
hujus rei testes Methodium, Eusebium et Apollinarium, qui multis versuum millibus illius vesaniæ re-
sponderunt, me accusare poterit quare non in præfatiuncula contra Porphyrii libros scripserim.

II.

S. GREGORIUS NYSSENUS, Ex quest. de eo quid sit, ad imaginem Dei et ad similitudinem, *Opp. tom. II, pag. 26, edit. Paris. 1638.*

Idcirco et animam, inquit Methodius in *Sympo-
sio*, immensa quadam et inenarrabili pulchritu-
dine pollere; eamque ob causam quadam veluti ze-
lotypia et amore illius flagrare spiritus adversarios,
utpote quæ præstantiore quam ipsi, licet spirituales
et intelligentes sint, forma sit prædita (b).

Ὅθεν καὶ φησι τὴν ψυχὴν ἐν τῷ Συμποσίῳ ὁ Με-
θόδιος ἀμήχανον καὶ ἀδιήγητον κάλλος ἔχειν· καὶ τοῦ-
του χάριν ὡς περ ζηλοτυπεῖσθαι καὶ ἐρᾶσθαι αὐτὴν
ὑπὸ τῶν ἐναντίων πνευμάτων, ὡς κρείττονα αὐτῶν
τῶν νοερῶν περιχειμένην μορφήν.

III.

S. EPIPHANIUS, hæc. LXIV, cap. 63.

Atque hæc sunt e beati Methodii, qui et Eubulius
dictus est, scriptis ordine decerpta. — Multa enim
ad idem argumentum, Methodius ille, vir apprime
doctus, acerrimusque veritatis patronus, in eodem
libro (*contra Origenem*) disputavit.

Ταῦτα μὲν οὖν ἐστὶν ἀπὸ μέρους καθ' εἰρμὸν τῶν
ὑπὸ τοῦ μακαρίτου Μεθοδίου, τοῦ καὶ Εὐβουλίου (c)...
Πολλὰ γὰρ καὶ ἕτερα ἐν τῇ περὶ τῆς ὑποθέσεως ἀκο-
λουθῆς τῷ προειρημένῳ Μεθοδίῳ, ἀνδρὶ λογίῳ ὄντι,
καὶ σφόδρα περὶ τῆς ἀληθείας ἀγωνισαμένῳ εἰρημένῳ
εἴρηται.

thodiorum scriptis, pag. 316, edit. Rom. 1656.

(a) Isthæc sub Decio et Valeriano verba in om-
nium præstantissimo cod. Veronensi non sunt; ex
quo venit in mentem suspicari etiam illa, sive ut
alii affirmant, e glossatoris manu profecta, sensim
in textum irrepisse. Re autem ipsa non habet Sui-
das, ἢ καθὼς τινες διαβεβαιοῦνται, sive ut alii affir-
mant, tametsi jungit ἐπὶ Δεκίου καὶ Βαλεριανοῦ, sub
Decio et Valeriano, quemadmodum etiam auctor
Menologii a Sirleto editi. Sed hæc duo nomina ad-
diderit nonnemo ad libri oram, ut qui novissimam
persecutionem moverunt imperatores, suo sensu in-
dicaret; alius vero eadem illaturus in textum, ut
fucum faceret credibiliorem, præposuerit, sive ut
alii affirmant. Utinque se res habuerit, certum
est sub hisce imperatoribus, hoc est anno 254, Me-
thodium martyrio non fuisse coronatum; siquidem
post annos quatuordecim, id est 268, Porphyriu in
Christianos obtrectanti respondit. VALLARS.

(b) Exstat locus Methodii a Nysseno laudatus sub
initium orat. 6. Videtis Allatum in *Diatr. de Me-*

(c) Ita Epiphanius. Quæ indicant *Convivium de-
cem virginum*, in quo Eubulius personæ unius e pri-
mis nomen est, celebratissimum sui excellen-
tia cognomen Eubulii auctori Methodio adjecisse.
Nam vel primum vel inter prima Methodii hoc
opus exiisse indicant illa ejusdem Patris verba
in principio homiliæ in *Symeonem*: Πάλαι ἱκανῶς,
ὡς οἶόν τε, διὰ βραχέων τὰ περὶ παρθενίας ἐν τοῖς
περὶ ἀγγελίας Συμποσίοις κατεστρωκότων ἡμῶν.
Hoc est: *Cum jam quidem, quæ dici potuerunt de
virginitate, Convivio nostro de castitate interxueri-
mus*, etc. Jam quidem hunc a se librum ait editum,
cum illam homiliam haberet. Fuit hæc igitur ejus
vel prima vel inter primas lucubratio: ex qua, sic-
ut Clemens Alexandrinus e suis *Στρομάτων* Com-
mentariis, *Stromatei*, et Joannes, *Scalæ* auctor, ex
illo suo libro, *Climaci*: sic Methodius Eubulii co-
gnomen facile trahere potuit. EDITOR LUPAREES.

IV.

ANDREAS CÆSARIENSIS in Apocal. *serm.* 11, *cap.* 33.

Ὁ δὲ μέγας Μεθόδιος εἰς τὴν ἁγίαν Ἐκκλησίαν ἐξέλαβεν, ἀνάρμοστα τῇ δεσποτικῇ γεννήσει τὰ περὶ αὐτῆς ἠγησάμενος, διὰ τὸ ἥδη πρὸ πολλοῦ τετέχθαι τὸν Κύριον ἡμῶν. Καλὸν δὲ καὶ αὐτῶν τῶν βημάτων τοῦ μακαρίου Μεθοδίου μεμνησθαι, ὃς φησιν ἐν τῷ λεγομένῳ Συμποσίῳ ἐκ προσώπου Προκλήτος (lege Προκλήτης) οὕτως· Ἡ γυνή, καὶ τὰ ἐξῆς.

At magnus Methodius ad Ecclesiam retulit, in Dominicæ nativitatis mysterium parum ea convenire ratus quæ hoc loco de illo narrantur : maxime vero quod Dominus noster dudum ante patefactam libri hujus prophetiam natus fuerit. At ipsamet Methodii verba in medium afferre lubet. Hic ergo in tractatu quem *Symposion* inscripsit, ex persona Recillæ virginis ita scribit : *Mulier*, etc.

V.

ARETHAS in Apocal. *cap.* 33, *pag.* 752.

Ἄλλοι δὲ καὶ πάλιν ταύτην τὴν γυναῖκα τὴν Ἐκκλησίαν ἔφασαν εἶναι, ἥτις τὸν τῆς δικαιοσύνης ἥλιον Χριστὸν περιέβληται, καὶ τὴν σελήνην τὴν Συναγωγὴν ὑποκάτω τῶν ποδῶν ὡς ἥδη καλαιωθεῖσαν ἔθηκε. Καὶ τὰ ἐξῆς πάντα ἀρμοδίως, ὡς Ἀνδρέας καὶ Μεθόδιος.

Rursum vero alii hanc mulierem dixerunt esse Ecclesiam, quæ sole justitiæ Christo, stipata est, et lunam, id est Synagogam, sub pedibus ejus, tanquam jam vetustiore effectam posuit. Et quæ sequuntur omnia congruo modo adaptarunt, ut Andreas et Methodius.

VI.

LEONTIUS BYZANTIUS, *lib.* De sectis, *act.* 111.

Ἐγένοντο δὲ ἐν τοῖς χρόνοις τοῖς ἀπὸ τῆς γεννήσεως τοῦ Χριστοῦ μέχρι τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου βιδάσκαλοι καὶ Πατέρες οἶδε, Ἰγνάτιος ὁ θεοφόρος, Εἰρηναῖος, Ἰουστίνος φιλόσοφος καὶ μάρτυρ, Κλήμης, καὶ Ἰππόλυτος ἐπίσκοπος· Ῥώμης, Διονύσιος Ἀρεοπαγίτης, Μεθόδιος ἐπίσκοπος Πατάρων, Γρηγόριος ὁ Θαυματουργός, Πέτρος ὁ Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος καὶ μάρτυρ.

Fuerunt autem in temporibus a Christi nativitate usque ad imperium Constantini doctores hi et Patres : Ignatius Theophorus, Irenæus, Justinus, philosophus et martyr, Clemens, et Hippolytus Romæ episcopus, Dionysius Areopagita, Methodius Patarensis episcopus, Gregorius Thaumaturgus, Petrus Alexandriæ episcopus et martyr.

VII.

S. MAXIMUS in *schol. ad Dionysii Areopag. cap.* 5 De eccles. hierarch.

(α) Ἀνάγνωθι Μεθοδίου τοῦ ἁγίου μάρτυρος, καὶ Ὀλυμπίου Ἀδριανουπόλεως ἐπισκόπου τῆς Λυκίας ἐὰ κατ' αὐτοῦ Ὀριγένους ὑπ' αὐτῶν περὶ ἀναστάσεως γραφέντα, καὶ Ἀντιπάτρου τοῦ Βόστρων ἐπισκόπου, καὶ μαθήσει τὴν μυθίωδον αὐτοῦ καὶ ἀλλόκοτον ληρωδίαν

Leges S. Methodii martyris, et Olympii Adriano-politani episcopi Lyciæ, nec non Antipatri Bostrom episcopi libros quos in eum Origenem de resurrectione conscripserunt ; et discas fabulosum ejus ac monstruosum deliramentum.

VIII.

JOANNES THESSALONICENSIS, *apud L. Allatium in diatr.* De Methodiorum scriptis, *pag.* 333, *edit. Rom.* 1656.

Καὶ τοῦτο πολλοὺς τῶν ἁγίων ἡμῶν Πατέρων φρονήσαντας εὐρίσκομεν· ὧν ἔστι Βασίλειος ὁ Μέγας, καὶ ὁ ἐν ἁγίοις Ἀθανάσιος, καὶ ὁ μέγας Μεθόδιος, καὶ οἱ ἄλλοι αὐτούς.

Et hoc multos sanctorum Patrum sensisse invenimus ; quorum est Basilius ille Magnus, et sanctæ memoriæ Athanasius, atque magnus Methodius, et qui eos sequuntur.

IX.

PHOTIUS *Bibl. cod.* CCXXXVII, *pagg.* 950-963.

Ἀνεγνώσθη τοῦ ἁγίου μάρτυρος καὶ ἐπισκόπου Μεθοδίου ἐκ τοῦ *Περὶ ἀγγελίας* ὡς ἐν ὁμοίῳ συνόψεως (b) ἐξεδόθη τύπω... Σημειωτέον (c), ὡς οὗτος

Lectus est sancti martyris et episcopi Methodii liber *De castitate* ad formam *Convivii* compositus. — Observandum est hunc *Dialogum*, cui titulus

(a) Putarem legendum, Ἀνάγνωθι Μεθοδίου τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ὀλύμπου ἐπισκόπου τῆς Λυκίας. *Leges sancti Methodii martyris Olympi Lyciæ episcopi.* Quis enim hic Olympius Adrianopolitanus episcopus Lyciæ? Quæ Adrianopolis in Lycia? *ALLAT. diatr. de Method. script.*, p. 328.

(c) Ad Photii censuram quod attinet, videbatur illa mihi paulo durior ; quod præcipue non videatur Ariani admodum usi hac Methodii lucubratione, aut ex illa argumenta sumpsisse : ubi tamen paulo diligentiore ei adhibui operam, ipseque mihi recensui, gravius laborare deprehendi, subindeque notavi quæ vel molliri possent, vel nullam excusationem, meo sane sensu, admitterent : quæ ipsa non

(b) Ὡς... συνόψεως. *Leges* ὃς... *συμποσίου.* EDIT. LUPAR.

Symposium, sive *De castitate*, magnam partem adulteratum esse: offendes enim in illo adjectas etiam Arianicas vanasque opinionationes aliasque male sentientium fabulas.

ὁ διάλογος, ᾧ ἡ ἐπιγραφή, *Συμπόσιον*, ἢ, *Περὶ ἀγγελίας*, παραπολὺ νενοθευμένος ἐστίν· εὐρήσεις γὰρ ἐν αὐτῷ παραβεβλημένας καὶ Ἀρειανικὰς δοξολογίας, καὶ ἐτέρων τινῶν κακοδοξούντων μυθολογήματα.

Idem ibid., cod. LXII, pag. 347.

Confirmat deinde (Eusebius Thessalonicensis) hæc suas reprehensiones e libris sacræ Scripturæ veteris juxta ac novi Instrumenti: Patrum item lectissimorum sententiis, Athanasii, et trium Gregoriorum, admirandorum inquam illius patris, Theologi, et divini Nysseni, Basilii similiter Cæsareæ antistitis, et Joannis Chrysostomi, Cyrilli Alexandrini, et Proculi præsulis Constantinopolitani: sancti adhæc martyris Methodii, et Quadrati. Quorumdam enim ex his dicta quædam Andreas (Inclusus) avulserat, et perverterat: simulque malitiose aut imperite interpretando, errorem suum ex illis, ut sibi quidem persuasit, confirmarat.

Παρατίθησι δὲ τὰς κατὰ τοὺς ἐλέγγους ἀποδείξεις ἐκ τε τῆς Γραφῆς, παλαιᾶς τε καὶ νέας, καὶ ἐκ τῶν λογάδων Πατέρων, Ἀθανασίου, καὶ τῶν τριῶν Γρηγορίων, τοῦ τε Θαυματουργοῦ λέγω, καὶ τοῦ Θεολόγου, καὶ τοῦ Θεσπεσίου Νύσσης, Βασιλείου τε τοῦ Καισαρείας, καὶ Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου, Κυρίλλου τοῦ Ἀλεξανδρείας, καὶ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως Πρόκλου· ἀλλὰ δὴ καὶ Μεθοδίου τοῦ ἱερομάρτυρος, καὶ Κοδράτου. Ἐν ἐνίων καὶ ῥήσεις τινὰς ὁ Ἀνδρέας ἀσπαράζας καὶ παραπλάσάμενος, ἃ δὲ καὶ κακούργως ἢ καὶ ἀνόητως ἐξειληφώς, ἐκείθεν, ὡς ζῆτο, τὴν οὐκ εὐκταὴν πλάνην ἐκράτουνεν.

X.

GRÆCI CANONIS in Sympos., ode III, apud Allatum l. c., pag. 315.

Virginitatis decus, et castimoniam pulchritudinem cum experimento didicisses, o gloriose, doctrinam et sermonem venustate universam eorum pulchritudinem, divina mente prædite, et nunquam finientem hilaritatem commonstras.... Firmiori cibo spiritualium conviviorum tuorum repleti, sapientissime, veris inde lætitiis aluntur, quæ nunquam deficiunt, sed semper novis fluxibus simul cum participantibus enascuntur et augentur.

Τῆς παρθενίας τὸ σεμνὸν καὶ τῆς ἀγγελίας τὸ κάλλος διὰ πείρας, ἔνδοξε, μαθῶν, σοφία τῇ σῆ καὶ λόγων χάριτι, πᾶσαν τὴν τούτων καλλονὴν ὑποδεικνύεις, θεόφρον, καὶ τὴν αἰωνίζουσαν φαιδρότητα... Στερεωτέρας ἐδωδῆς πνευματικῶν συμποσίων ἐμπλησθέντες, πάνσοφε, τῶν σῶν, τὴν ὄντως τρυφὴν ἐκείθεν τρέφονται τὴν διαμένουσαν, ἀεὶ συμφρουμένην ἀρδεύστως καὶ συναυξουμένην τοῖς μετέχουσιν.

XI.

MARTYROLOGIUM ROMANUM XIV Kal. Octobris.

Natalis sancti Methodii, Olympi Lyciæ ac postea Tyri episcopi, sermonis nitore ac doctrina clarissimi; qui ad extremum novissimæ persecutionis, ut scribit sanctus Hieronymus, in Chalcide Græciæ martyrio coronatus est.

XII.

MEMOLOGIUM GRÆCORUM, jussu Basilii imperatoris Græce editum, ad diem 20 Junii, part. III, pag. 138, edit. Urbin. 1727.

Methodius Christi sacromartyr, ab infantia Deo honorabile vas seipsum consecravit, divini Spiritus receptaculum factus. Quare Dei suffragio pontificatu dignus effectus est: creatusque Patariensis Ecclesiæ episcopus, gregem suum optime pavit. Gliscentem autem Origenis hæresim cernens, ut optimus pastor divino eloquiorum suorum igne incendit. Sed cum inimicus diabolus ejus libertatem et constantiam ferre non posset, satellites suos in ejus necem arripavit. Ille vero antequam martyrio fungeretur, cum mortificationem vivificam induisset, et quotidie mortuum se reputaret secundum divinum aposto-

Μεθόδιος ὁ τοῦ Χριστοῦ ἱερομάρτυς ἐκ βρέφους ἑαυτὸν τῷ Θεῷ ἀναθεῖς, σκευὸς τίμιον καὶ δοχεῖον τοῦ θεοῦ Πνεύματος γέγονεν. Ὅθεν καὶ ψήφῳ Θεοῦ τῆς ἀρχιερωσύνης ἀξιώθει, καὶ τῆς ἐν Πατάροις Ἐκκλησίας ἐπίσκοπος γεγώνως, καλῶς ἐποίμανε τὸ ποιμνιον ἑαυτοῦ. Διδὸν καὶ τὴν Ἀριγένους αἵρεσιν πλεονάζουσαν ἰδὼν, ὡς ἄριστος ποιμὴν τῷ θεῷ πυρὶ τῶν αὐτοῦ λόγων κατέφλεξε. Καὶ μὴ φέρον ὁ ἐχθρὸς διάβολος τὴν αὐτοῦ παρρησίαν καὶ ἐνστασιν, ἐξώπλισε τοὺς αὐτοῦ ὑπουργοὺς πρὸς τὴν τούτου ἀναίρεσιν. Ὅ δὲ καὶ πρὸ τοῦ θανάτου τῆς αὐτοῦ μαρτυρίας νέκρωσιν ζωηφόρον ἐνδυσάμενος, καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν νεκρὸν

aliunde aspersa, sed ab ipso Dialogi auctore inserta videantur, pro ejus ævi simplicitate, et antequam vel θεολογία vel οἰκονομία (Trinitatis scilicet et Incarnationis doctrina) conciliorum generalium luce, erudita Patrum ætate, occasione enascentium errorum ac hæreseon, satis illustrata esset. Si quid vero altius pressi stylum, indulgeat lector, nec

mibi solum, sed et illis gratiam habeat qui mibi operi præverunt, bonasque horas adornando Methodii hoc Convivio collocarunt ac utiliter ediderunt: nec desit forte, ubi me quoque non satis assecutum Methodii mentem ipse deprehendas; quæ mea errata candore tuo velim emendes. COMBEFIS.

ἐαυτὸν λογιζόμενος κατὰ τὸν θεῖον ἀπόστολον Παῦ-
λον, ξίφει τὴν ἱερὰν καὶ μακαρίαν αὐτοῦ κεφαλὴν
ἀποτμηθεὶς, πρὸς Κύριον ἐξεδήμησε χαίρων καὶ
ἀγαλλόμενος.

A lum Paulum, ferro sanctum ac heatum caput præ-
cidendum obtulit, et lætus gaudensque ad Dominum
migravit.

XIII.

Auctor SYNAXARII in Menæo, die 10 Julii.

Τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Μεθοδίου ἐπισκόπου
Πατάρων.

Sancti martyris Methodii episcopi Patarensis.

Ὁὗτος ὁ μακάριος, ἐκ παίδων ἑαυτὸν τῷ Θεῷ ἀνα-
θείς, σκεῦος θεῖον καὶ δοχεῖον θεοῦ Πνεύματος γέ-
γονεν. Ὅθεν καὶ ὑπὸ τῆς θείας χάριτος τὴν ἱερωσύ-
νην ψήφω Θεοῦ λαβὼν, καλῶς καὶ θεοφιλῶς ἐποίμανε
τὸ ἐμπιστευθὲν αὐτῷ ποιμνιον, λόγοις προσηγάς κα-
ταφωτίσας τὸ τῆς Ἐκκλησίας πλήρωμα. Διὸ καὶ τὴν
Ἐριγένους πλάνην ἐπιπολάζουσαν ἰδὼν, ὡς ἄριστος
ποιμὴν πυρὶ θείῳ ταύτην κατέφλεξε, πᾶσαν τὴν
ἀγλὴν καὶ σκοτόμαιναν ἐκμειώσας σοφίᾳ λόγων καὶ
θείᾳ χάριτι. Ἡ δὲ τῶν λόγων αὐτοῦ ἀστραπή, καὶ ἡ
τῆς γνώσεως σάλπιγξ, εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξελέλυ-
θεν. Ὅθεν μὴ φέρων ὁ ἐχθρὸς τὴν παρρησίαν καὶ ἐν-
στασιν τοῦ μεγάλου, ὀπλιζέει τοὺς αὐτοῦ ὑπουργοὺς
πρὸς τὴν τούτου ἀνάρεσιν. Ὁ δὲ πρὸ τῆς μαρτυ-
ρίας νέκρωσιν ζωηφόρον ἐνδυσάμενος, ξίφει τὴν κε-
φαλὴν τμηθεὶς, πρὸς τὴν κρείττονα ζωὴν μετετέθη·
πρῶτον μὲν ἱεουργῶν τὸν Ἄμυνν τοῦ Θεοῦ, ὕστε-
ρον δὲ θυόμενος, προσήχη τῷ Χριστῷ θυσία ζῶσα.
Ὅθεν καὶ διπλοῖς στεφάνοις κατεκοσμήθη. Ὁ δὲ γεν-
ναῖος πρῶμαχος τῆς ἀληθείας, αἵμασι μαρτυρικοῖς τὸ
τέλος ἀπενεγκάμενος, ἀνεπαύσατο αἰωνίως. Αὐτὸς ὁ
θεῖος τῷ ὄντι τοῦ Θεοῦ ἱερεὺς τε καὶ μάρτυς, κα-
τέλιπεν ἡμῖν συγγράμματα τῆς αὐτοῦ φιλοπονίας, πά-
σης γνώσεως καὶ ὠφελείας τυγχάνοντα. Ἄλλὰ καὶ
περὶ τῶν μενόντων σαφέστατα προεθέσπισε, καὶ
προηγόρευεν εὐκρινέστατα· περὶ τε τὰς βασιλείων
 humoribus concreta, nulloque jam cibo, ut vitam
 tueantur, statuminanda, quam forte illorum cor-
 ruptionem arbitratus est Methodius, pro illo suo
 sabbatismo et millenaria requie in terra. Et certe si
 adhuc necessarius illis cibus, necdum plene depulsa
 corruptio, necdum corporum beatorum attributæ
 dotes, adhuc vel frugum vel animantium genera-
 tiones, unde pro eo statu illis sufficiantur. Arrepta
 semel humani sensus simplicitate ejus status opi-
 nione, ea ipsa proclive fuit multa divinare, quibus
 nos solidior theologia exemit; quæ nec angelis aliam
 tribuat molem quam virtutis, qua eis liceat, majori
 minorive spatio applicari; nec homines a judicio
 admittat, nisi aut beatos corpore et animo cum
 Christo regnantes, eique in cælis asseclas, aut cum
 diabolo et angelis ejus inferno addictos, utrisque
 vita insolubili: si tamen vita dicenda, eorum, quos
 ibi mors depascet, ipsa immortalis nullumque finem
 habitura miseria. Ἀνθρώπων σχῆμα ὀπποσῖτον
 angelicæ moli et magnitudini, nescio an apte sat. a
 habitum humanum, superiores reddiderint, et non
 clarius, humani corporis forma (totum ipsum corpus,
 quale hominis est, ante eam mutationem ac quasi
 totius hominis θέωσιν) a me redditum sit; in qua
 non video ut Methodius non exorbitaverit. COM-
 BEFIS.

EUBUL. Multum æstuo apud me, o Gregorium, reputans mecum in quanta mentis anxietate per istam sermonum vicem Dominina versaretur, ipsa in præcordiis fluctuans, ac jure metuens ne sibi aqua hæreret, jejuniisque aliquid reliquis virginibus, cum illæ tanta jam sicque varia occupassent, peroraret. Si ergo non dissimulavit talem hunc animi sui motum, age et istud quoque transige. Miror enim si quid habuerit quod diceret, ultimum nacta habendi sermonis locum.

GREG. Turbatam sane ipsam majorem in modum, o Eubulium, dixit mihi Theopatra, non tamen laborasse penuria sermonum. In eam ergo, postquam Tysiana finem fecit, injecto Arete oculo, Age tu quoque, ait, filia, sermonem redde, ut convivium omni ex parte perfectum compleamus. His erubescens Dominina, vixque post longam moram oculos vultumque tollens, exurgensque ad orandum se vertit, ac Sapientiæ præsens auxilium implorandum. Qua oratione perfunctæ, visam aiebat subito novam creatam audaciam, et divinam quamdam incidisse fiduciam; eaque fretam dixisse.

ORATIO X.

DOMNINA.

Cap. I. *Sola efficit ac præstat castitas, ut anima laudatissime gubernetur.*

O Arete, omissis et ego exordiorum ambagibus, protinus rem ipsam aggredi conabor pro viribus, ne iis immorando quæ extra rem sunt, longius quam pro earum ratione ac pene superflue orationem traham. Numero enim in magna prudentiæ parte non indulgere verbis inaniter aures mulcentibus, diffundique dicendo, antequam ad caput ipsum quæsitio veniatur; sed ex ipso statim puncto quæstionis incipere. Hinc igitur ordior: tempus enim est.

Nihil tam prolesse homini ad honestatem ac virtutis bonum, o illustres virgines, poterit quam castitas. Ut enim summa honestate ac laudatissime gubernetur anima, utque a malis et inquinamentis pura mundo solvatur ac dimittatur, sola hæc efficit ac præstat. Ex quo siquidem Christus eam nos colere docuit, excellentissimamque illius pulchritudinem aperuit, regnum diaboli destructum est, cum prius universum hominum genus captivum trahe-

(48) *Kar' éμαντήν.* Hinc liquet Eubulium perinde feminæ personam esse ac Gregorium: nec tanta puellam apud virum deponere, decorum visum Methodio cui in Symposio virginum, earumque habito relatoque colloquio, magna pudoris et honestatis sexus habenda fuit ratio. COMBESIS.

(49) *Mh τῶν παλαιότερων τινῶν.* Dura hæc ut sonant, nec Apostolo aut fidei consona; neminem veterum Deo placuisse. Certe placuerunt multi, magnaque sanctitate claruerunt, ut et his, qui sub gratia vivunt, exemplo esse possint: uti etiam Paulus exemplo producit, quos tantos numerat ad Hebr. 1. Glossema Possini, *omni ex parte*: velut placuerint quidem ac justi fuerint, sed non prorsus placuerint, ac partim justii, partim peccatores fuerint

ΕΥΒΟΥΛ. Λίαν ἀγωνιῶ, ὦ Γρηγόριον, κατ' ἐμαυτήν (48) ἐνοουμένη, ὁποῖω θορύβῳ νῦν ἄρα ἡ Δομνίνα ἦν, παρασομένης αὐτῇ τῆς καρδίας, καὶ φοβουμένης μὴ ἀπορήσῃ λόγων, καὶ ἐνδεέστερῶν τε τῶν ἄλλων παρθένων ἀποφθέγξῃται, τοσοῦτων ἤδη ῥηθέντων εἰς τὸ προκειμένον καὶ ποικίλων. Εἰ οὖν εὐδήςλος ἐγένετο κεκινημένη, φέρε καὶ τοῦτο περαιοσον. Θυμιάζω γὰρ εἰ τι ἔσχεν εἰπεῖν, τελευταία κεκληρωμένη.

ΓΡΗΓΟΡ. Τεταράχθαι μὲν αὐτὴν, ὦ Εὐδούλιον, καὶ σφόδρα, ἔφη μοι ἡ Θεοπάτρα: οὐ μὴν ἠπορηκέναι λόγων. Μετὰ τὸ παύσασθαι τὴν Τυσιανὴν, ἡ Ἀρετὴ τὴν ὀφθαλμῶν εἰς αὐτὴν ἐπιβαλοῦσα, Δεῦρο δὴ καὶ θυγάτερ, ἔφη, τὸν λόγον ἀπόδος, ἵνα πληρώσωμεν ἐντελὴ τὴν εὐχίαν. Τὴν οὖν Δομνίαν, ἐρυθρίασσαν ἐπιπολῶ, μόλις ἀνανεῦσαι, καὶ εἰς εὐχὴν ἐξαναστάσαν τραπῆναι, καὶ καλεῖν τὴν Σοφίαν παραστήναι αἱ βοηθόν. Εὐξαμένη δὲ αὐτῇ, θάρσος φησὶν εὐθέως ἐγγίνεσθαι, καὶ τις αὐτὴν θεία ἀνακωχὴ κατέλαβε, καὶ ἔφη.

ΛΟΓΟΣ Ι.

ΔΟΜΝΙΝΑ.

Ἡ Ἀρετὴ, καὶ γὰρ, παραλείψατα τὰς μακρολογίας τῶν προεξηγημάτων, εἰς αὐτὰ τὰ προκειμένα κατὰ δύναμιν εἰπεῖν πειράσομαι· ἵνα δὴ μὴ, τῷ μηκύνεσθαι τὰ πάρεργα, πλεονα χρόνον ὧν ἐνεκα λέγονται παράσχω. Ἦγοῦμαι γὰρ μέγιστον μέρος φρονήσεως εἶναι τὸ μὴ μακρὸς ἐκ περιόδων πρὸ τῶν ἐρωτηθέντων ποιεῖσθαι τοὺς λόγους, κηλοῦντας τὰ ὅσα· ἀλλ' αὐτόθεν εὐθέως περὶ οὗτου τὸ ἐπερώτημά ἐστιν ἀρχεσθαι. Διὸ ἐνθὲνδε καὶ γὰρ· καιρὸς γάρ.

Οὐδὲν οὕτως ὀνήσαι δυνήσεται πρὸς τὸ καλὸν τὸν ἀνθρώπον, ὢ καλλιπάρθενοι, ὡς ἀγνεία. Τὸ γὰρ κάλλιστα καὶ ἀριστα διακυβερνηθῆναι τὴν ψυχὴν, καὶ κηλίδων καὶ μiasμάτων καθαρὰν ἀπολυθῆναι τοῦ κόσμου, μόνῃ ποιεῖ τοῦτο καὶ ἐργάζεται ἀγνεία. Ἄφ' οὗ γὰρ ὁ Χριστὸς ἐδίδασκεν αὐτὴν ἀσκεῖν ἡμᾶς, καὶ ἐμήνυσεν ἡμῖν τὸ ἀνυπέροβλητον κάλλος αὐτῆς, ἡ βασιλεία τοῦ πονηροῦ καθηρέθη, πρότερον αἰεὶ πάντας αἰχμαλωτίζοντος καὶ δουλουμένου· ὡς μὴ (49)

et mali, nos in lege gratiæ non simus; antiquis sanctis injurium est, nihilque accommodum. Nusquam vel illis vel nobis defuerunt, quibus non omni ex parte perfecti sumus, quandiu vitam mortalem vivimus: sicque nec dilectus discipulus placuisset, qui se ipse ac reliquos fideles agnoscit, non omni ex parte justum, sed peccatum habere; ac qui negaverit, quantumvis apostolus, et in apostolis prædilectus, ipsum se seducere, et veritatem in eo non esse sentit (I Joan. 1, 8). Neminem ergo placuisse dixerit Methodius Scripturæ phrasi, quod pauci placuerint, quodque ii ipsi qui placuerunt, non ex legis merito placuerunt, sed ex Christi gratia, jam tum ex fide operante, cui tantas sanctorum virtutes ac facinora ascribit Paulus relatus ad Hebræos, et

τῶν παλαιότερων εὐάρεστον γεγόνεαι Κυρίῳ τινά, ἄλλα πάντας ἐπικρατηθῆναι πταισμάσιν, οὐ σφόδρα τοῦ νόμου τῆς φθορᾶς ἀρχεσαντος ἐλευθερώσαι τὴν ἀνθρωπότητα, μέχρις ἢ παρθενία διαδεξαμένη τὸν νόμον, Χριστοῦ ταγαῖς τῶν ἀνθρώπων ἐβασίλευσεν. Οὐ γὰρ ἂν οὕτως οἱ πρόσθεν εἰς μάχας καὶ φόνους, καὶ ἔρωτας καὶ εἰδωλοατρείας συναλαύοντο πολλαίς, εἰ ἦν αὐτοῖς ἡ ἐκ τῶν νόμων αὐτάρκης πρὸς σωτηρίαν δικαιοσύνη. Νυνὶ δὲ τότε μὲν μεγάλας καὶ πολλαῖς πολλαῖς ἐνεφύροντο συμφοραῖς· ἀπ' οὗ δὲ Χριστὸς ἐνηθρώπησε, καὶ παρθενία τὴν σάρκα κοσμήσας ὤπλισεν, ὁ ὠμοτύραννος ἀρχὸν τῆς ἀκρασίας ἤρεθη, καὶ εἰρήνη καὶ πίστις κρατεῖ, οὐκέτι τῶν ἀνθρώπων ὡσαύτως τρεπομένων εἰς εἰδωλοατρείαν, ὥσπερ καὶ πάλαι.

CAP. II. *Locus Jud. ix, 8-15, expensus. Arborum regem exproscentium allegoria.*

Ἄλλ' ἵνα μὴ δόξω τισι σοφίζεσθαι, καὶ ἀπὸ τῶν ἐκότων τεκμαιρέσθαι ταῦτα καὶ φιληναφᾶν, ἐκ τῆς παιδείας ὑμῖν, ὡ Παρθένοι, καὶ γὰρ παρέξομαι Διαθήκης ἔγγραφοι προφητείας, ὡς ἀληθῆ λέγω, τοὺς Κριτάς· ἔθα φανερώς ἡ βασιλεία τῆς ἀγνείας ἤδη προκατήγγελο. Φησὶ γάρ· Πορευόμενα ἐπορευθήσαν τὰ ξύλα τοῦ χρίσαι ἐφ' ἑαυτῶν βασιλέα· καὶ εἶπον τῇ Ἐλαίᾳ· Βασίλευσον ἐφ' ἡμᾶς. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς ἡ Ἐλαία· Ἀφεῖσα τὴν πίσυρτά μου, ἢν ἐδόξασεν ὁ Θεὸς καὶ οἱ ἄνθρωποι, πορευθῶ ἄρχειν τῶν ξύλων; Καὶ εἶπον τὰ ξύλα πάντα τῇ Συκῇ· Δεῦρο, Βασίλευσον ἐφ' ἡμᾶς. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς ἡ Συκὴ· Ἀφεῖσα τὴν γλυκύτητά μου καὶ τὸ γέννημά μου τὸ ἀγαθόν, πορευθῶ ἄρχειν τῶν ξύλων; Καὶ εἶπον τὰ ξύλα τῇ Ἀμπέλῳ· Βασίλευσον ἐφ' ἡμᾶς. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς ἡ Ἀμπέλος· Ἀφεῖσα τὸν οἶνον μου, τὴν εὐφροσύνην τῶν ἀνθρώπων, πορευθῶ ἄρχειν τῶν ξύλων; Καὶ εἶπον τὰ ξύλα πρὸς τὴν Ῥάμνον· Δεῦρο, Βασίλευσον ἐφ' ἡμᾶς. Καὶ εἶπεν ἡ Ῥάμνος πρὸς τὰ ξύλα· Εἰ ἐν ἀληθείᾳ χριτέ με ὑμεῖς εἰς βασιλέα ἐφ' ὑμᾶς, δεῦτε, πεποιθατε ἐν τῇ σκέπῃ μου· εἰ μὴ, ἐξέλθῃ πῦρ ἐκ τῆς Ῥάμνου, καὶ καταφάγῃ τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου.

Ταῦτα δὲ ὅτι μὴ περὶ ξύλων τῶν ἐκ γῆς φουμένων ἰδέσθαι, σαφές. Οὐ γὰρ ἐν ἑαυτοῖς τὰ δένδρα τὰ ἔφυγα χειροτονήσονται βασιλέα συνήρχοντο, ταῖς βίαις εἰς τὴν γῆν κατεστηλωμένα· ἀλλὰ πάντως περὶ φυγῶν ἱστορεῖται ταῦτα, αἱ πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Χριστοῦ, καθυλομανήσασαι τοῖς παρτάμασι, προσιᾶσιν οἰκτον αὐτῶν ἀξιοῦσαι λαβεῖν τὸν Θεόν, καὶ βασιλεῦσαι τὸν ἔλεον καὶ τὴν εὐσπλαγχνίαν, ἣν Ἐλαίας τύπῳ παρέλαθεν ἡ Γραφή, διὰ τὸ ἀρωγὸν τὸ Ἐλαίον σωματίων εἶναι, καὶ λυτήριον καμάτων καὶ πόνων, φωτὸς τε παρεκτικόν. Ἐλαίῳ γὰρ καταρόμενον πᾶν τὸ λυχνιαῖον ἀβέταται σέλας· λυτή-

A ret et addiceret : adeo ut nullus antiquiorum Domino placuerit, sed omnes in offensiones incurrent; cum lex non ipsa valde ad liberandum genus humanum a corruptione potis fuerit, donec virginitas legi succedens, Christi auspiciis et decretis homines imperio regendos suscepit. Neque vero primi hominum adeo in pugnas et caedes, in amores et libidines, idolorum superstitiosum cultum præcipites sæpius cucurrissent, si justitia quæ ex legibus erat, sufficiens eis fuisset ad salutem. Jam vero, tunc quidem magnis ipsos crebrisque calamitatibus immistos fuisse videmus : ex quo autem Christus incarnatus est, et virginitate ornatam carnem armavit; crudelis tyrannus intemperantiæ princeps sublatus est, et pax fidesque viget, non jam ut ante in cultum idolorum prono humano genere.

B Sed ne cui videar sophistica grassari arte, exque probabilibus hæc conjectari, ac vana jactare pro solidis, ex veteri vobis, o virgines, et ego Testamento, scriptam prophetiam, ejus quam statuo veritatis indubitatum testimonium, ex libro Judicium afferam, ubi clare castitatis regnum olim futurum prænuntiabatur. Sic enim legitur⁹⁹ : Eundo iverunt ligna, ut ungerent super se regem : dixeruntque Olivæ : Regna super nos. Et dixit eis Oliva : Nunquid derelinquens pinguedinem meam quam glorificavit Deus et homines, ibo ut lignis imperem? Dixeruntque ligna universa ad Ficam : Veni, regna super nos. Et dixit eis Ficus : Nunquid derelinquens dulcedinem meam et genimen meum bonum, ibo ut lignis imperem? Et dixerunt ligna ad Vitem : Regna super nos. Et dixit eis Vitis : Nunquid derelinquens vinum meum quod est lætitia hominum, ibo ut imperem lignis? Dixeruntque ligna ad Rhamnum : Veni, regna super nos. Et dixit Rhamnus ad ligna : Si in veritate ungitis me in regem, venite, confidite in protectione mea; sin minus, egredietur ignis de Rhamno, et devoret cedros Libani.

Porro hæc de arboribus e terra nascentibus dicta non esse, cuius manifestum est. Neque enim stirpes inanines in concilium cogi potuere, deque rege eligendo deliberare, quæ altis solo radicibus fixæ hæreant. Omnino autem hæc de animabus institute narratio est, quæ ante Christi Incarnationem, gravius delictis eluxuriatæ, supplices ad Deum accedunt ac clementiam rogant; misericordięque ac lenitatis imperio regi, quam Scriptura sub olivæ figura expressit, efflagitant; idcirco nimirum, quod oleum multum prosit corporibus, laboresque ac dolores dissolvat, et ad lumen sufficiat. Quidquid

⁹⁹ Jud. ix, 8-15.

qua ipsa ad Novum jam Testamentum spectabant : insinuatque Methodius, quibus subdit, οὐ σφόδρα τῶ νόμου ἐκ τῆς φθορᾶς ἀρχεσαντος ἐλευθερώσαι τὴν ἀνθρωπότητα, cum lex non valde potis fuisset ad

liberandum humanum genus a corruptione : hoc uno conducens, quod ad Christum dirigeret, ejusque una gratia liberatum iri hominem doceret.

enim lucernarum luminis est, id vero irrorati olei pabulo concrevit. Dei quoque prorsus miserationes mortem et peccata dissolvunt, humanoque generi proclive opitulantur, ac alimenta præbent luci cordis. Ac, quæso, considerate num leges a primo homine condito ad Christum deinceps Scriptura illis verbis significare voluerit, quibus diabolus contrariis figmentis humanum genus seduxit. Ac Ficum quidem præcepto comparavit, quod in paradiso datum est homini, quod is seductus, nuditatem ficus foliis contexit⁹⁰. Vitem autem ad id retulit, quod diluvii tempore Noe datum est, eo quod ille vino sopitus, irrisus est⁹¹. Oliva Mosaicam legem significat, datam in deserto; quod videlicet prophetica gratia, sanctum utique oleum, improbis illorum actibus ab hereditate (*id est a Judæis*) defecerit. Denique rhamnum non inepte refert ad eam legem quæ apostolis data est ad mundi salutem, quia per illorum institutionem virginitatem didicimus, cujus unius inane ac fallax simulacrum diabolus struere nequivit. Idcirco etiam quatuor tradita sunt Evangelia, quod Deus quater humano generi faustas illas annuntiationes miserit, ac quaternis promulgatis legibus ipsum instituerit: quarum tempora ex fructuum diversitate perspicue noscuntur. Nam ficus, quod mite ac dulce formosumque pomum est, delicias paradisi vitæque voluptariæ representat, in qua homo ante lapsum fuit. Sane non raro, ut postea demonstrabimus, ficus fructum Spiritus sanctus in virtutis partem sumit⁹². Vitis autem propter vini hilaritatem eorumque lætitiâ qui a diluvii ira, Dei indulgentia, evaserant⁹³, mutatos illorum animos a timore anxique cura in gaudium obscure significat. Oliva porro, propter olei quod producit naturam, Dei misericordiam designat; qui iterum post diluvium, ut legem daret, ac se quibusdam manifestaret, pinguedine fovit.

CAP. III. Rhamnus et agnus, castitatis symbolum. Quatuor Evangelia, id est, prædicationes sive leges ad salutem instituentes.

Rhamnus autem, idem qui agnus est, quo utroque promiscue nomine aliis aliisque vocatur. Forte etiam quod planta hæc virginitati affinis sit, ut rhamnus et agnus nuncuparetur obtinuit: rhamnus quidem, propter soliditatem et adversus voluptates firmitatem: agnus vero, hoc est casta, quod talis semper duret. Hinc et Eliam a facie Jezabelis mulieris fugientem Scriptura refert⁹⁴ ad rhamni primum umbram secessisse, ibique exauditum robur accepisse, ac cibum sumpsisse: quod nimirum ei qui libidinis fugit æstrum, seque a muliere eximit, hoc est, a voluptate, hospitio sit ac umbracu-

⁹⁰ Gen. III, 7. ⁹¹ Gen. IX, 22. ⁹² Jer. VIII, 13. ⁹³ Joel. II, 22. ⁹⁴ III Reg. XII, 4.

(50) *Ἐθαγγέλια*. Ἐντὶ τοῦ, κηρύγματα, *prædicationes*, leges ad salutem instituentes. COMBEFIS.

(51) *Ἐν τῶν φευγόντων*. Allatius, τὸν φευγόντα. Ad

ριοὶ δὲ παντὸς καὶ οἱ τοῦ Θεοῦ οἰκτιρμοὶ θανάτου, καὶ ἄρωγοὶ τῆς ἀνθρωπότητος, καὶ τοῦ τῆς καρδίας φωτὸς θρηπτικοί. Καὶ ἐπισκέψασθε μήποτε τὰς ἀπὸ τοῦ πρωτοπλάστου μέχρι τοῦ Χριστοῦ καθεξῆς ἡ Γραφῆ νομοθεσίας διηλοῖ, ὧν ὁ διάβολος ἀντίμιμος ἐξηπάτησε πλάσμασι τῶν ἀνθρώπων γένος· τὴν μὲν Συκῆν ἀπεικάζουσα τῇ κατὰ τὸν παράδεισον δοθείσῃ τῷ ἀνθρώπῳ ἐντολῇ· ἐπειδὴ τὴν γύμνωσιν ἀπατηθεὶς οὗτος πετάλοις ἀπεκάλυψε συκῆς. Τὴν δὲ Ἄμπελον, τῇ ἐπὶ τοῦ κατακλισμοῦ τῷ Νῶε, διὰ τὸ οἶνον κοιμηθέντα, χλευασθῆναι. Τὴν δὲ Ἐλαίαν, τῇ κατὰ τὴν ἔρημον τῷ Μωϋσεῖ· ἐπειδὴ τὸ χάρισμα τὸ προφητικόν, ἔλαιον τὸ ἅγιον, ἀνομησάντων αὐτῶν, ἐκλελοιπεν τῆς κληρονομίας. Τὴν δὲ Ῥάμνον, τῇ ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦ κόσμου τοῖς ἀποστόλοις· ἐπειδὴ γὰρ δι' αὐτῶν ἐδιδάχθημεν ἀγνεύειν, ἧς ἀπατηλὸν μόνης εἰδουλῶν οὐκ ἴσχυον ὁ διάβολος σκευάσαι. Διὰ τοῦτο καὶ Εὐαγγέλια (50) τέσσαρα παραδέδοται, τετρακίς εὐαγγελισαμένου τοῦ Θεοῦ τὴν ἀνθρωπότητα, καὶ παιδαγωγήσαντος τέσσαρσι νόμοις, ὧν οἱ καιροὶ σαφῶς ἀπὸ τῆς διαφορότητος δηλοῦνται τῶν καρπῶν. Ἡ μὲν γὰρ συκῆ, διὰ τὴν γλυκασίαν καὶ τὸν ὄραϊσμόν, τὴν τρυφήν τὴν πρὸς τῆς παραβάσεως ἐν παραδείσῳ τοῦ ἀνθρώπου παρίστησι γεγενημένην. Ἔστι γὰρ ὅτε δὴ καὶ τῷδρα πολλαχῶς τῆς συκῆς τὸν καρπὸν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπὶ τοῦ κρείττονος λαμβάνει, καθὼς ἀποδείξομεν ὕστερον. Ἡ δὲ ἄμπελος διὰ τὴν ἰλαρότητα τὴν ἐκ τοῦ οἴνου, καὶ τὴν εὐφροσύνην τῶν περισωθέντων τῆς ὀργῆς καὶ τοῦ κατακλισμοῦ, τὴν ἀπὸ τοῦ φόβου καὶ τῆς φροντίδος, τὴν εἰς τὴν χαρὰν αὐτῶν μεταβολὴν αἰνίσσεται. Ἡ δὲ ἐλαία, διὰ τὸν καρπὸν τοῦ ἐλαίου, τὴν εὐσπλαγχνίαν τοῦ Θεοῦ μηνύει, πάλιν ἀνεξικακῆσαντος μετὰ τὸν κατακλισμὸν, τῶν ἀνθρώπων ἐκτραπέντων εἰς ἀθεότητα, δοῦναι νόμον καὶ ἐμφανισθῆναι τισι, καὶ ὡς περ ἀποσθεννόμενῃν ἦδη τὴν αὐγὴν τῆς ἀρετῆς ἐλαίῳ λιπᾶναι.

versis in impietatem hominibus, patienter tulerit, jamque prope exstinguendam virtutis lucem olei

Ἡ δὲ Ῥάμνος καὶ Ἄγνος ἐστίν, ὅφ' ὧν μὲν Ῥάμνος καλούμενος, ὅφ' ὧν δὲ Ἄγνος· καὶ τάχα διὰ τὸ συγενὲς φυτὸν τοῦτο τῇ παρθενίᾳ πεφυκέναι, ταύτη δὲ Ῥάμνος καὶ Ἄγνος προσηγορεύθη· Ῥάμνος μὲν, παρὰ τὸ στερέμνιον καὶ καρτερὸν πρὸς τὰς ἡδονὰς· Ἄγνος δὲ, παρὰ τὸ διαπαντὸς ἀγνεύειν. Ὅθεν καὶ τὸν Ἥλιον ἐκ προσώπου τῆς Ἰεσάελ γυναικὸς φεύγοντα λόγος ὑπὸ Ῥάμνον ἐλθεῖν πρῶτον, καὶ εἰσακουσθέντα ἐνισχύσαι καὶ λαθεῖν τροφήν, ὅτι τῶν φευγόντων (51) οἶστρον, καὶ τὴν γυναῖκα, τὴν ἡδονήν, τὸ καταγώγιον καὶ ἡ σκέπη, τὸ τῆς ἀγγελίας ἐβλάστησε ξύλον, ἀπὸ τῆς παρουσίας τοῦ ἀρχιπαρθένου Χριστοῦ βασιλεῦ

quem locum hæc editor Lupareus: Τῶν φευγόντων rescriptum ex Photio. Nam noster habebat πρὸς τὸν φευγόντα. GALL.

σαν τῶν ἀνθρώπων. Τῶν γὰρ πρώτων ἀδυνατησάντων ὡσαι νομοθετημάτων τὸν ἄνθρωπον, τῶν ἐπὶ τοῦ Ἀδάμ καὶ τοῦ Νῶε, καὶ τῶν ἐπὶ τοῦ Μωϋσέως, ἡ κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον ἔσωσε μόνῃ νομοθεσίᾳ πάντας.

Ἡ γὰρ συκὴ ταύτη λέγεται μὴ βασιλεῦσαι τῶν ξύλων, τῶν ἀνθρώπων νοουμένων· συκῆς δὲ, τῆς ἐντολῆς· ἀνθ' ὧν ὁ ἄνθρωπος μετὰ τὸ πεσεῖν ἤθελε πάλιν ἀπὸ τῆς ἀρετῆς βασιλεύσθαι, καὶ τῆς ἀφθαρσίας τοῦ παραδείσου τῆς τρυφῆς μὴ ἀποβληθῆναι. Ἄλλ' ἀπεκρούσθη παραβάς, καὶ ἀπεβλήθη μακρὰν, ὡς μὴ δυνάμενος ὑπὸ τῆς ἀφθαρσίας ἔτι, μηδὲ χωρῶν βασιλεύσθαι. Καὶ πρῶτον αὐτῷ τὸ κήρυγμα μετὰ τὴν παράδασιν πέμπεται τὸ διὰ Νῶε· ἴν' ἐὰν πρόσχη, καὶν τούτῳ σωθῆναι τῆς ἀμαρτίας ἰσχύση, ἀνάπαυσιν ἀπαγγελλόμενον τὴν ἀπὸ τῶν κακῶν καὶ εὐφροσύνην, εἰ ἀσκήσαιεν αὐτὸ κατὰ κράτος. Ὡς περ καὶ οἶνον ἡ ἀμπέλως ἐπαγγέλλεται γενεῶν τοῖς ἀσχοῦσι καὶ ἐργαζομένοις. Ἄλλὰ καὶ τοῦτο οὐκ ἐβασίλευσε τὸ νομοθέτημα τῆς ἀνθρωπότητος, ὅτι μὴ ἐπεισθήσαν αὐτῷ κηρυσσόμενῳ σπουδαίως πρὸς τοῦ Νῶε. Ἄλλὰ καὶ μετὰ τὸ συνέχεσθαι ἤδη καὶ πνίγεσθαι τοῖς ὕδασιν ἤρξαντο μετανοεῖν, καὶ ἐπαγγέλλεσθαι παρέχειν ἑαυτοὺς πεισθησομένους ταῖς ἐντολαῖς. Ὅθεν καὶ ὑπερηφανοῦνται βασιλεύσθαι (52), τουτέστιν ὑπὸ τοῦ κηρύγματος ὑπερηφανοῦνται βοηθεῖσθαι τῆς ἐντολῆς, ἀναποκρινόμενου τοῦ Πνεύματος αὐτοῖς καὶ ὑνεϊδίζοντος, ὡς περ κατέλειψαν οἷς ἐκέλευσεν ὁ Θεὸς ἀνθρώποις· Ὡ ἀτεράμονες, βοηθεῖν μὲν καὶ σῶζειν τούτους καὶ εὐφραίνειν, οἷον τὸν Νῶε καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ, ἔλθω βοηθῆσαι, τοῖς φρονήσεως ὑμῖν ἀκάθαρτοις καὶ ξηρῶν ξύλων οὐδὲν ἀπεικίσαι, πρότερον μὴ πιστεύσασι μοι κηρύσσοντι φύξιν τῶν παρόντων;

CAP. IV. *Lex inutilis ad salutem. Castitatis postrema lex sub rhamni specie.*

Καὶ δὴ καὶ τούτων οὕτω ἀπαξιωθέντων τῆς θείας κηδεμονίας, καὶ πάλιν τῆς ἀνθρωπότητος εἰς πλάνην κεχυμένης, αὐθις ὁ Θεὸς ἀπέστειλε βασιλεύσασα νόμον, καὶ ὑπομνήσασα δικαιοσύνην ἐπὶ Μωϋσέως. Οἱ δὲ, μακρὰν καὶ τούτῳ χαίρειν φράσαντες, εἰς εἰδωλοατρείαν μετέστσαν. Ὅθεν ὁ Θεὸς εἰς

⁵² Gen. v, 29.

(52) Ὑπερηφανοῦνται βασιλεύσθαι. Quasi con-tempti rejiciuntur ne imperio regantur, et ne fructum ex prædicatione consequantur; quam pridem spre- tam, Noe fabricante arcam, aquis jam diluvii pressi, sera pœnitentia amplexuros se pollicebantur. Hæc certe Methodii mens, quam et magis declarat, quæ sequitur, Spiritus sancti exprobratio, illi gemina quod habetur Prov. i, 24 : Quia vocavi, et tenuistis, etc., ego quoque in interijū vestro ridebo. Quæ minæ et illos manent, qui nec lege gratiæ, quoad licet, juri student. Quocirca non bene (Allatius) qui vocem ὑπερηφανοῦνται active reddit, *superbientes imperium supra se possunt*, etc., imo certe rejecti et spreti sunt, nec digni visi, qui illo imperio rege- rantur. Non bene item Possinius quæ de Noe spreta

A lo; quæ a Christi virginum principis adventu ho- minum imperio polita, arbor germinavit. Nam cum leges Adami, et Noe Moysisque temporibus latæ, sal- utem homini præstare nequiverissent, sola lex evan- gelica cunctos salvos fecit.

Hæc enim causa est cur ficus arborum regnum (quæ nimirum spiritali sensu, homines; ficus vero, mandatum intelligatur) non obtinuisse dicatur. Nempe optabat homo post casum etiam, virtutis impe- rio subjici, nec ab incorruptione paradisi voluptatis ejici. Ejus tamen illud, prævaricationis reatu, re- pulsus desiderium; ipseque procul exturbatus est; ut qui deinceps ab incorruptione regi non posset, nec ejus capax dominationis esset. Primaque illi post transgressionem, quæ per Noe esset, prædica- tio mittitur; cui si attenderet animum, posset a peccato servari: quippe cum illa cessationem a malis lætitiæque promitteret ⁵³, si omnibus viribus eam excoluisset. Haud secus ac vitis, edendum abs se vinum haud inani spe pollicetur, si quis eam colat ac labore exercent. Verum ne hæc quidem lex super homines regnavit, quod ei homines obsequi recusarunt, etsi eam Noe strenue promulgaret. Cæ- terum malis domiti, et postquam undique circum- venti æquis suffocarentur, cœperunt pœnitere ac polliceri dicto se audientes fore et parituros man- datis. Quocirca spretim rejiciuntur, ne mandati prædicatione juventur; respondente illis Spiritu ac exprobrante, quod dereliquissent, quibus jusserat Deus ut illis opem ferrent, salutemque ac lætitiæ præstarent; Noe scilicet virum sanctum ejusque progeniem. Ad vos nimirum, o contumaces, nullo prudentiæ fructu commendatos, opem vobis alla- turus, veniam; et qui a lignis aridis nihil differa- tis; qui prius prædicanti mihi a terrenis avocan- dum animum, fidem non adhibueritis?

Hisque adeo etiam per hunc modum a benignæ Dei providentiæ cura abdicatis, ac rursus postea humano genere in errores effuso; quæ regnum ob- tineret ac justitiæ commoneret, sub Moysæ principe, a Deo lex missa est. Verum hi quoque eadem pro- cul valere jussa, idolorum cultui adhæserunt. Hinc

D prædicatione alio torquet. Sic enim ille hunc locum interpretatur: « Rejcti tamen sunt et spreti, neque digni visi sunt qui regerentur illo imperio, id est, a promulgata illis lege juvarentur: responsante ipsis Spiritu et exprobrante, quod neglexissent monita eorum qui Dei jussu ac missu ad ipsos venerant; atque aiente: Illos quidem, o contumaces, quos re- jecistis irrisistisque salutaria vobis suadentis; Noe videlicet ac filios ejus, ego in hoc discrimine ser- vabo et consolabor, ultro iis suppeticas veniens: vos autem malas arbores, nullo prudentiæ fructu commendatas, et nihil differentes a lignis aridis, pessum ire, ut cœpistis et digni estis, patiar, quan- do mihi, antea prædicanti præsentium malorum fu- gam, fidem adhibere noluistis. » COMBEFIS.

Deus hos quoque in cædes mutuas tradidit, fugas- que ac captivitates : lege ipsa quasi sentiente ac fatente, se illis salutem præstare non posse. Nempe malis attriti atque afflicti, lugubri gestu ac plancu, iterum se mandatis obsecuturos pollicebantur; quoad Deus quartum miseratus hominem, castitatem regno potituram legavit, quam Scriptura consequenter rhamnium nuncupavit. Hæc rigide austereque absumptis voluptatibus etiam comminatur, nisi ei omnes indubitanter obediant, et in veritate ad ipsam accedant, igni consumpturam universos. Non enim aliam postea futuram legem aut doctrinam, sed iudicium et ignem. Ea denuntiatione juste deinceps homo agere cœpit, et Deo firmiter credere seque a diabolo abjungere. Sic utilissimum ac salutarem Deum hominibus misit auxilium, nempe castitatem. Nimirum una hæc est, quam imitari arte mala ejusque effingere simulacrum ad seducendum, diabolus minime potuit, sicut in aliis legibus sese res habuerat.

Cap. V. *Diaboli æmula in omnibus malignitas. Duo genera ficuum et vitium.*

Cum enim ficus, uti dicebam, qua præstat fructum dulcedine elegantiaque, deliciarum paradisi typo assumatur : rebus illi æmulis seductum hominem diabolus præda cepit, dum nuda corporis ejus fruticis foliis contegere persuasit : hoc nempe agens, ut molliter scabra fici folia, proritandæ essent libidini. Eos rursus qui ex diluvio incolumes fuerant, ob spiritalem lætitiæ vitem, non dissimili potu inebriatos derisit, virtutis denuo indumento hominem nudans. Indeque manifestius erit quod dico.

Adversaria potestas semper virtutis ac justitiæ speciem cultumque æmulatur, non ut exerceat ad pietatem, sed ut fraudem faciat et simulatione eludat. Ut enim eos qui mortem fugiant, ad mortem illecebra capiat, immortalitatis exterius coloribus fucatur. Atque hinc est, ut ficus aut vitis videri velit, et quæ dulcedinis ac lætitiæ secunda parens existat, transformans se in angelum lucis⁹⁶, multosque religionis specie illaqueans.

Duo enim esse genera ficuum vitiumque in sacris litteris reperimus. *Ficus bonas, bonas valde, et ficus amaras, amaras valde*⁹⁷. *Vinum lætificans cor hominum*⁹⁸; et, *vinum furorem draconum, et furorem aspidum insanabilem*⁹⁹. Verum ex quo jam castitas hominum imperium iniit, deprehensa fraus est atque devicta, evertente illam virginum principe Christo : veraque adeo ficus et vera vitis fructificant, postquam in omnes evasit castitatis dominatus, uti et Joel propheta ominate annuntiat, *Confide, terra, dicens, gaude et lætare, quoniam magnificavit Dominus ut faceret. Confidite, pecora campi, quoniam germinarunt campi solitudinis, quoniam lignum attulit fructum suum, vitis et ficus dederunt virtutem suam. Et filii Sion, exsultate et læ-*

ἄλληλοφονίας καὶ δρασμοῦς καὶ αἰχμαλωσίας παρέδωκε καὶ τοὺτους, ἀποδοξήσαντος αὐτοὺς σώζειν τοῦ νόμου· ὅλ, μετὰ τὸ συναλαθῆναι τοῖς κακοῖς, ποτηριώμενοι πάλιν ἐπηγγέλλοντο παθεῖν ταῖς ἐντολαῖς· μέχρις ὁ Θεός, τέταρτον κατελέησας τὸν ἄνθρωπον, τὴν Ἀγγελίαν ἀπέστειλε βασιλεύσαι, ἣν Ῥάμνον ἀκολουθῶς ἐκάλεσεν ἡ Γραφή. Ἦτις, καταναλώσασα τὰς ἡδονὰς, καὶ ἀπειλήσασα λοιπὸν, εἰ μὴ αὐτῇ πάντες ἀνευδοιάστως καὶ ἐν ἀληθείᾳ προσέρχονται, πρὸς καταδραπάνησιν πάντας. Οὐκ ἔτι γὰρ μετὰ ταύτην ἔσσεσθαι νόμον ἢ διδασκαλίαν ἑτέραν, ἀλλὰ χριστὸν καὶ πῦρ. Καὶ διὰ τοῦτο λοιπὸν ἀπεντεύθεν δικαιοπραγεῖν ὁ ἄνθρωπος ἤρξατο, καὶ πιστεύειν βεβαίως τῷ Θεῷ, καὶ ἀποσχίζεσθαι τοῦ διαβόλου. Οὕτως ὠφελιμώτατον καὶ ἀρωγὸν κατεπέμψθη τοῖς ἄνθρωποις ἄγγελια. Μόνως γὰρ ἀθῆτης ἀντίμιμον οὐκ ἴσχυσεν ἐργάσασθαι πρὸς ἀπάτην ὁ διάβολος, ὡσπερ καὶ τῶν ἄλλων νομοθετημάτων.

Τῆς γὰρ συκῆς, ὡς ἔφην, διὰ τὴν γλυκασίαν τοῦ καρποῦ καὶ τὸν ὠραϊσμόν ἐν τύπῳ τῆς ἐν παραδείσῳ τρυφῆς παραληφθείσης, τοῖς ἀντιμίμοις αὐτῆς ἀποβουκολήσας τὸν ἄνθρωπον ὁ διάβολος ἤγρευσε, τὴν γύμνασιν καλύψαι πείσας τοῦ σώματος πετάλοισι συκῆς· ὁ ἔστι, διὰ τὸ κνησιμῶδες, τρυφῆ φιληδόνῳ. Τοὺς δὲ περισωθέντας αὐτῆς ἐκ τοῦ κατακλυσμοῦ, διὰ τὴν τῆς πνευματικῆς εὐφροσύνης ἀμπέλον, ἀντιμίμῳ πόματι μεθύσας, κατεχλεύασε πάλιν, ἀπογυμνώσας τὸν ἄνθρωπον ἀρετῆς. Ἔσται δὲ σαφέστερον μᾶλλον ἐντεῦθεν ὃ λέγω.

Ἡ ἀντικειμένη δύναμις ἀεὶ μιμεῖται τῆς ἀρετῆς καὶ τῆς δικαιοσύνης τὰ σχήματα, οὐ πρὸς ἀσκησιν κατὰ ἀληθειαν, ἀλλὰ πρὸς ἀπάτην καὶ ὑπόκρισιν. Ἰνα γὰρ δελεάσῃ πρὸς θάνατον τοὺς φευγόντας τὸν θάνατον, ἀθανασίας ἐξωθεν καλωπιζέται· σχηματισμοῖς. Καὶ ταύτη συκῆ βούλεται νομιζέσθαι καὶ ἀμπέλος, καὶ γλυκύτητα καὶ εὐφροσύνην γεννᾶν, εἰς ἄγγελον μετασχηματιζομένη φωτὸς, καὶ προσχῆματι θεοσεβείας δελεάζουσα πολλούς.

Δύο γὰρ εἶναι διαφορὰς συκίων καὶ ἀμπέλων εὐρισκομεν ἐν ταῖς Γραφαῖς. *Σῦκα τὰ χρηστὰ, χρηστὰ λίαν· καὶ, σῦκα τὰ πικρὰ, πικρὰ λίαν. Οἶνον εὐφραίνοντα καρδίαν ἀνθρώπων, καὶ οἶνον θυμὸν δρακόντων καὶ θυμὸν ἀσπίδων ἀνιᾶτον.* Ἀλλ' ἀφ' οὗ λοιπὸν ἐδασίλευσεν ἀγνεία τῶν ἀνθρώπων, ἐλέγχθη ἡ πλάνη καὶ νενικήται, τοῦ ἀρχιπαρθένου Χριστοῦ καταστρέψαντος αὐτήν· καὶ ἡ ἀληθινὴ συκῆ καὶ ἡ ἀληθινὴ ἀμπέλος καρποφοροῦσι, μετὰ τὸ κρατῆσαι πάντων ἀγγελίαν, καθάπερ καὶ Ἰωὴλ ὁ προφήτης εὐαγγελίζεται· *Θάρσει, γῆ, λέγων, καὶ χαῖρε καὶ εὐφραίνου, ὅτι ἐμεγάλυνε Κύριος τοῦ ποιῆσαι. Θάρσειτε, κτήνη τοῦ πεδίου, ὅτι βεβλάστηκε τὰ πεδία τῆς ἐρήμου, ὅτι ἐύλορον ἤνεγκε τὸν καρπὸν αὐτοῦ· ἀμπέλος καὶ συκῆ ἔδωκαν τὴν ἰσχὺν αὐ-*

⁹⁶ II Cor. xi, 14. ⁹⁷ Jer. xxiv, 5. ⁹⁸ Psal. ciii, 15. ⁹⁹ Deut. xxxii, 33.

των. Καὶ τὰ τέκνα Σιών, χαίρετε καὶ εὐφραίνεσθε ἐπὶ Κυρίῳ Θεῷ ὑμῶν, διότι ἔδωκεν ὑμῖν βρώσιν εἰς δικαιοσύνην· ἀμπέλον καὶ συκὴν δένδρα, καρπὸς εἰς δικαιοσύνην βλαστήσαντα τοῖς τέκνοις τῆς νοτιῆς Σιών, τὰς ἔμπροσθεν νομοθεσίας καλῶν, & μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν ἐκαρποφόρησαν τοῦ Λόγου, ὅποτε ἐβασίλευσεν ἡμῶν ἡ ἀγνεία, πρόσθεν ἀποκρατήσαντα καὶ ἀπομύσαντα τὰς βλαστάς διὰ τὴν ἀμαρτίαν καὶ τὴν πολλὴν πλάνην. Οὐδὲ γὰρ ἡδύνατο τὴν εἰς ζωὴν ἀναδιδομένην ἡμῖν παρασχεῖν τροφὴν ἡ ἀμπέλος ἡ ἀληθινή, καὶ ἡ συκὴ ἡ ἀληθινή, ἔτι τῆς συκῆς μὴ ἀληθινῆς καὶ πρὸς ἀπάτην πεποικιλμένης, ἀνθούσης· ἀλλ' ὅτε κατεξήραναν ὁ Κύριος τὰ νόθα καὶ ἀντιμίμητα τῶν ἀληθινῶν, ἀποφηνάμενος τῇ πεκαροφόρῳ συκῇ τὸ, *Μηκέτι γένηται καρπὸς ἐκ σοῦ εἰς τὸν αἰῶνα, τότε τὰ θνητῶς ἀνέθαλε καρποφόρα,* καὶ ἐβλάστησε βρώσιν εἰς δικαιοσύνην.

Ἔστι δὲ καὶ ὅτε εἰς αὐτὸν ἀναφέρεται τὸν Κύριον ἡ ἀμπέλος πολλαχῶς· εἰς δὲ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἡ συκὴ· ὡς τοῦ μὲν Κυρίου τὰς καρδίας ἰλαρύνοντος τῶν ἀνθρώπων, τοῦ δὲ Πνεύματος ἰωμένου. Καὶ διὰ τοῦτο προστάσσεται πρῶτον Ἐζεχίας παλάθη καταπισθῆναι σύκων· ὃ δὲ ἐστὶ τῷ καρπῷ τοῦ Πνεύματος, ἵνα θεραπευθῇ, οἶονε κατὰ τὸν Ἀπόστολον, τῇ ἀγάπῃ. Ὁ γὰρ καρπὸς, φησὶ, τοῦ Πνεύματος ἀγάπη, χαρὰ, εἰρήνη, μακροθυμία, χρηστότης, πίστις, ἀριότης, ἐγκράτεια· ὧν διὰ τὴν πολλὴν γλυκύτητα σύκα ὁ προφήτης ἐκάλεσε. Καὶ ὁ Μιχαίας δὲ, καὶ ἀναπαύσεται ἕκαστος, φησὶν, ὑπὸ τὴν ἀμπέλον αὐτοῦ, καὶ ἕκαστος ὑποκάτω τῆς συκῆς αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἔσται ὁ ἐκφοβῶν. Δῆλον γὰρ, ὅτι οἱ ὑπὸ τὴν τοῦ Πνεύματος προσφυγόντες καὶ ἀναπαυσάμενοι καὶ τὴν τοῦ Λόγου σκέπην, οὐ δειλιάσουσιν, οὐδὲ πικρήσονται τὸν ταράσσοντα τὰς καρδίας.

CAP. VI. Visionis Zachariæ mysterium.

Ὅτι δὲ καὶ ἡ εἰλαία τὴν ἐπὶ Μωϋσεῶς αἰνίσσεται νομοθεσίαν, ὁ Ζαχαρίας παρίστησιν, οὕτω λέγων· *Καὶ ἐπέστρεψεν ὁ ἄγγελος ὁ λαλῶν ἐν ἐμοί, καὶ ἐξέγειρέ με, ὃν τρόπον ὅταν ἐξεγερθῇ ἄνθρωπος ἐξ ὑπνου αὐτοῦ, καὶ εἶπε πρὸς μέ· Τί σὺ βλέπεις; Καὶ εἶπα· Ἐώρακα, καὶ ἰδοὺ λυχνία χρυσοῦ ἔλη, καὶ τὸ λαμπάδιον ἐπάνω αὐτῆς, καὶ δύο εἰλαῖαι, μία ἐκ δεξιῶν τοῦ λαμπαδίου αὐτῆς, καὶ μία ἐξ εὐωνύμων. Καὶ μετ' ὀλίγα· Καὶ τίνες εἰσιν, ἔρομένου, αἱ εἰλαῖαι, τοῦ προφήτου, αἱ ἐκ δεξιῶν τῆς λυχνίας καὶ αἱ ἐξ εὐωνύμων, καὶ οἱ δύο κλάδοι τῶν εἰλαίων, οἱ ἐν ταῖς χερσὶ τῶν δύο μυησθέντων· ἀπεκρίθη καὶ εἶπεν ὁ ἄγγελος· Οὗτοι οἱ δύο υἱοὶ πιστεύητος, οἱ παρεστήκασιν τῷ Κυρίῳ πάσης τῆς γῆς· τὰς δύο λέγων ἀρχηγόνους δυνάμεις (53) εἶναι, τὰς*

*tamini in Domino Deo vestro, quia dedit vobis cibum in justitiam*¹. Vitem et ficum arbores, fructum in justitiam germinantes filii spiritalis Sion, priores leges appellat : quæ posteaquam Verbum homo factum est, fructificaverunt, castitate in nos adepta imperium; cum prius ob peccatum immensumque errorem enervatæ concidissent ac surculos compressissent. Non enim poterat tale nobis alimentum, quod ad vitam proficeret, vitis vera ac ficus vera præbere, adhuc ficu non vera, et ad fraudem vario cultu ornata, florente. Sed quando arefecit Dominus falsa germina verorumque æmula, prolata sententia in ficum amarulentam, *Non amplius nascatur ex te fructus*², tunc quæ vere fructiferæ erant arbores, floruerunt, et germinarunt cibum in justitiam.

Quandoque vero etiam vitis, neque id paucis locis, ad Dominum refertur³ : ficus vero ad Spiritum sanctum; tanquam nimirum Domino exhilarante corda hominum ac Spiritu sanante. Et propterea jubetur primum Ezechias⁴ ficorum massæ cataplasma facere ac imponere (fructu scilicet Spiritus) ut curetur : tanquam nimirum charitate, ut auctor est Apostolus⁵. *Fructus enim, inquit, Spiritus est charitas, gaudium, pax, lenitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia*. Quas nimirum doctes, donaque ob eximiam dulcedinem propheta ficos nuncupavit. Michæas quoque, *Et requiescet unusquisque, inquit, sub vite sua, et unusquisque sub ficu sua; et non erit qui exterreat*⁶. Certum enim est eos qui sub Spiritus Verbi que umbraculum asyllumque confugerint ac quieverint, nullo consternandos pavore, aut illius percellendos horrore qui corda conturbat.

Porro et Moysis legem olivæ symbolo designari ostendit Zacharias, sic dicens : *Et reversus est angelus qui loquebatur in me, et suscitavit me, quasi virum qui suscitatur de somno suo, et dixit ad me : Quid tu vides? Et dixi : Vidi, et ecce candelabrum aureum totum, et lampas super ipsum. Et duæ olivæ, una a dextris lampadis ejus, et una a sinistris*⁷. Et paucis interjectis, percontanti prophetæ, quid essent duæ olivæ ad dexteram candelabri et ad sinistram ejus; quid item duo rami olivarum, qui sint in manibus duorum rostrorum; respondit et dixit angelus : *Isti sunt duo filii pinguedinis, qui assistunt Domino universæ terræ*⁸ : duas nempe primigenias virtutes significans, assistentes Deo, quæ in domo circa funiculum per ramos spiritale

¹ Joel. II, 21-23. ² Matth. XXI, 49. ³ Joan. XV, 1. ⁴ Mich. IV, 4. ⁵ Zach. IV, 1-3. ⁶ Ibid. 14.

⁷ IV Reg. XX, 7; Isa. XXXVIII, 21. ⁸ Gal. V, 22.

(53) Τὰς δύο ἀρχηγόνους δυνάμεις. Eandem banc expositionem secutus Dionysius cap. 2 De div. nom., § 7. ita explicat divina nomina, ut Pater sit, πηγάα θεότης, origo in divinis, ut reddita Corderius quasi fontalis divinitas, ut idem in Maximi

scholio : Filius et Spiritus sanctus, τῆς θεογένου θεότητος βλαστοὶ θεόφυτοι, καὶ οἷον ἄνθη καὶ φῶτα, secundæ deitatis divina germina ac velut flores et lumina superessentialia. Ubi non bene Corderius τὸ τῆς θεογένου θεότητος, quasi Dei prolem. Ac non

Dei oleum subministrant, ut divinæ lumen cognitionis habeat. Duo namque rami duarum olivarum, lex sunt et prophetæ circa funiculum hæreditatis versantes, quorum auctor Christus et Spiritus sanctus; cum necdum ipsi fructum integrum harumque plantarum magnitudinem capere possemus, priusquam castitas mundi principatum arriperet, eumque imperio regeret: sed ipsarum duntaxat ramos, legem scilicet et prophetas, atque id mediocriter, sæpius nimirum prolapsi, in antecessum excoluimus. Quis enim Christum aut Spiritum perfecte unquam, nisi vitæ prius munditia fretus, capere potuit? Quæ enim ad gloriam desiderabilem ac amabilem a puero animum præparat exercitatio, et hunc illi cultum cum otio tutum importat, ac pro exiguis laboribus ingentes spes ingenerat, ipsa hæc est de qua agimus, immortalitatem corporibus nostris tribuens, castitas: quam omnes lubenter homines omnibus anteferre, et super omnia laudare decet: alios quidem, quod per eam ad honorem nuptiarum cum Verbo assumpti sunt, colendo virginitatem; alios autem, quod per illam ab ea liberati sicut maledictione: *Terra es, et in terram revertis*.*

Hic est, o Arete, quem a me exegisti, pro virium mearum tenuitate, absolutus sermo de virginitate; quem peto, o domina, etsi mediocris exilisque sit, benigno tamen a me accipias animo, cui ultimum assignasti orandi locum.

ORATIO XI.

ARETE.

CAP. I. *Veri virgines et casti, pauci. Castitas, certamen. Thecla, virginum princeps.*

Accipio equidem (respondisse Areten referebat Theopatra) et totam probo ac laudo. Optime enim, etsi non ita clare, cæterum ingenii vi solertique opera, quæ dicta erant suscipiens, prosecuta es, non inanam demulcendis auribus instruens volup-

* Gen. III, 19.

satis ex dignitate divinarum personarum, quod quasi servili more δορυφορούσαι τὸν Θεόν, *satellitio illi adstare*, hic describuntur, ac unde lucernis oleum suppetat ac candelabro, subministrare: σχοίνισμα *funiculus hæreditatis*, ipsi Judæi, circa quem duæ olivæ per ramos suos (legem ac prophetas, quorum auctores sunt) subministrantes oleum spiritale τῷ Θεῷ (editum erat) ἵνα φῶς ἔχη θείας γνώσεως, *Deo, ut divinam scientiam habeat*. At quis sic putrem sensum ac lectionem ferat? Et tamen nulla animadversione præterit ambos interpretes. Nemo sane dicat, inferre Filium et Spiritum sanctum, per legem et prophetas, Deo et Patri divinæ cognitionis lumen. Videbatur τῷ λαῷ reponendum, *populo*, qui ipse funiculus; sed minori mutatione, nullaque tautologia, τοῦ Θεοῦ, scribo. Nempe Dei oleum subministrabant, ut haberet σχοίνισμα (ipse populus) divini cognitionis lumen: hoc enim ex Deo, illoque auctore inferebant Judæis lex et prophetæ. Si Dionysius Methodio auctor fuit hujus sententiæ, antiquus scriptor est, et vel apostolicorum temporum vel his vicinorum. Ac quidem illi sic eosque secutus Maximus: re

A δορυφορούσας τὸν Θεόν· αἱ ἐν τῷ οἴκῳ περὶ τὸ σχοίνισμα διὰ τῶν κλάδων ἐπιχορηγοῦσαι τὸ πνευματικὸν ἔλαιον τοῦ Θεοῦ, ἵνα φῶς ἔχη θείας γνώσεως. Οἱ γὰρ δύο κλάδοι τῶν δύο ἑλαιῶν, ὁ νόμος εἰσεὶ καὶ οἱ προφῆται, οἱ περὶ τὸ σχοίνισμα τῆς κληρονομίας ἐπικληθέντες, οὓς ἐβλάστησεν ὁ Χριστὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οἱ πῶ δυναμένω ἡμῶν χωρῆσαι τὸν καρπὸν ὄλων, καὶ τὸ μέγεθος τῶν φυτῶν τούτων, πρὶν ἄρξαι τοῦ κόσμου καὶ βασιλεύσαι τὴν ἀγγελίαν· ἀλλὰ τοὺς κλάδους αὐτῶν μόνον, τὸν Νόμον ὁλοκλήρως καὶ τὴν προφητείαν, πρόσθεν ἐγεωργήσαμεν, καὶ ταῦτα μετρίως, πολλὰκις διολισθήσαντες. Τίς γὰρ Χριστὸν ἢ τὸ Πνεῦμα τέλειον ἴσχυσε χωρῆσαι ποτε, μὴ καθαρῶς πρῶτον; Ἡ γὰρ πρὸς εὐδοξίαν ἐπιθυμητὴν τε καὶ ἔραστὴν ἐκ παιδῶν ἐργαζομένη τὴν ψυχὴν B δασκίσις, καὶ τὸν κόσμον αὐτῇ τοῦτον μετὰ βρασιωνῆς ἀθασάνιστον ἐκεῖ διακομιζούσα, καὶ μικρῶν αἰρουμένη πόνων μεγάλας ἐλπιδας, ἐστὶν ἡ ἀθανατοποιὸς τῶν σωμάτων ἡμῶν ἀγγελία, ἣν δεῖ πάντας ἀσμένως ἀνθρώπους προτιμᾶν καὶ αἰεῖν· τοὺς μὲν, οἱ δι' αὐτὴν ἐνυμφαγωγῆσαν τῷ Λόγῳ παρθενίαν ἀσκήσαντες· τοὺς δὲ, οἱ πρὸς αὐτῆς ἡλευθερώθησαν τῆς, Γῆ εἰ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ, κατακρίσεως.

Ὅτος, ὦ Ἀρετῆ, καὶ ὁ παρ' ἐμοῦ σοι, καθόσον ἐγὼ δύναμαι, λόγος ὑπὲρ ἀγγελίας· ὅν ἀξιῶ, κἀν μέτριος ἦ, δέσποινα, καὶ ὀλίγος, προθυμότητά σε δέξασθαι παρ' ἐμοῦ, τελευταίαν εἰπεῖν ἡρημένην.

C

ΛΟΓΟΣ ΙΑ.

APETH.

Ἄλλὰ δέχομαι, τὴν Ἀρετὴν ἢ Θεοπάτρα ἔφη φάσθαι, καὶ πᾶσαν ἐπαίνῳ (54). Κράτιστα γὰρ δὴ, κἀν οὕτω μὴ φανερώς, ἀλλὰ μετὰ σπουδῆς τὰ λεχθέντα δεχομένη διεξελήλυθας, οὐ γλυκυμυθίαν πρὸς τέρψιν τῶν ἀκούοντων συσκευασαμένη, ἀλλὰ πρὸς ἐπανόρ-

docti, nec non Rabbini, duos filios pinguedinis, ut οἱ Ὅ, vel, ut alii, olei, vel splendoris, στιλπνότητος, Jesum sacerdotem interpretantur, et Zorobabelem D principem; qui ambo, alter sacerdotali, alter quasi regali, unctione uncti essent, ac etiam Spiritus sancti gratiis delibuti; ambo præclari viri et utraque potestate principes, qui præsidio forent instaurando templo ac reipublicæ Judæorum reparandæ, astarentque Dominatori universæ terræ, divinis mandatis semper parati obtemperare: per quos candelabrum, ipsum funiculus, et populi symbolum, oleo ad lumen et claritatem non deficeretur, sive etiam ad Dei cognitionem, sacerdotis maxime opera illi præstandam; atque etiam a principe, quoad civilia, ipsa in Deum relata, ut erat Dei ipsis legibus instituta respublica; electoque in eam rem Zorobabele ut templum absolveret. COMBESIS.

(54) Καὶ πᾶσαν ἐπαίνῳ. Nulla hic opus emendatione. De una sermo Dominæ, quam perorantem, aliarum more Arete coronat; ac argumento rite defunctam, laudat: τὸ πάσας Allatii mendosum est. Ib.

ὄωσιν ὀπόμνημα καὶ νῆψιν. Προτάττει γὰρ τῶν ἑμῶν ἐπιτηδευμάτων ἀγνείαν ὁ λέγων δεῖν καὶ ἀσπάζεσθαι πρῶτην τῶν ἄλλων, ὀρθῶς παρακελεύεται· ἦν τιμῆν μὲν νομίζουσι καὶ θεραπεύειν πολλοὶ, τιμῶσι δ' αὐτήν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ὀλίγοι. Οὐ γὰρ ὀπόταν τὴν ἑαυτοῦ σάρκα τῆς κατὰ συνουσίαν ἀγευστον ἡδονῆς φιλοτιμῆται τηρεῖν ἄνθρωπος, τῶν ἄλλων μὴ κρατῶν, ἀγνείαν τιμᾷ. Ἀτιμάζει μὲν οὖν αὐτὴν μᾶλλον οὐχ ἡκιστα βαναύσοις ἐπιθυμίαις, ἡδονὰς ἀντικαταλλάσσόμενος ἡδοναῖς. Οὐδέ γε ὅταν πρὸς τὰς ἐξω μὲν ἐπιθυμίας διαπορῶν χαρτερῶν, ὑπεραίρηται δὲ φυσιοῦμενος, αὐτῷ δὴ τούτῳ τῷ δύνασθαι τῶν τῆς σαρκὸς ὑπεκκαυμάτων κρατεῖν, καὶ πάντας ὡς οὐδὲν ἐξουθενῶν, ἡγεῖται ἀγνείαν τιμᾷ· ἀτιμάζει γὰρ αὐτὴν ὑβρίζων ὁ ὑψηλοφροσύνη, τῷ τὸ μὲν ἐξωθεν τοῦ πίνακος καθαιρεῖν καὶ τῆς παροψίδος, τὴν σάρκα, τὸ σῶμα· τὴν δὲ καρδίαν τύφῳ σίνεσθαι καὶ φιλοκρατία. Οὐδέ γε ὀπότε ἐναθρύνεται τις χρήμασι, τιμῆν αὐτὴν σπουδάζει· ἀτιμάζει μὲν οὖν παντὸς μᾶλλον δὲ οὗτος, προκρίνων αὐτῆς ὀλίγον κέρδος, ἧς οὐδὲν ἀντάξιον τῶν ἐν τῷ βίῳ τιμῶν. Πᾶς γὰρ πλοῦτος ἐνώπιον αὐτῆς, καὶ χροῦσός ὡς ψάμμος ὀλίγη. Οὐδέ γε ὁ ἑαυτὸν ὑπερφῶς ἠγούμενος φιλεῖν, καὶ τὸ ἑαυτῷ μόνῳ συμφέρον σπουδάζων σκοπεῖν, ἀφροντις δὲ τῶν πλησίων, ἀγνείαν τιμᾷ· ἀτιμάζει μὲν οὖν αὐτὴν καὶ οὗτος· πολὺ γὰρ λείπεται τῶν κατ' ἀξίαν ἐμιλοῦντων αὐτῇ, τῷ τὴν ἀγάπην αὐτῆς καὶ τὸ φιλήνθρωπον λωβήσασθαι. Οὐ γὰρ τῆδε μὲν ἀγνεύοντας παρθενεύειν δεῖ, τῆδε δὲ κακοπραγούντας χραίνεσθαι καὶ ἀκολασταίνειν· οὐδὲ τῆδε μὲν ἐπαγγέλλεσθαι καθαρεύειν καὶ σωφρονεῖν, τῆδε δὲ μολύνεσθαι καὶ ἀμαρτάνειν· οὐδ' αὖ τῆ μὲν ὀμολογεῖν μὴ πεφροντικένοι τῶν κοσμικῶν, τῆ δὲ κτᾶσθαι καὶ ἐν αὐτοῖς ἐξετάζεσθαι (55)· ἀλλὰ πάντα τὰ μέλη φθορᾶς ἀκοινωνήτα καὶ ἀμιγῆ τηρεῖν, οὐ μόνον τὰ κνησμώδη καὶ συνουσιαστικὰ, ἀλλ' ἡδὴ καὶ τὰ τούτων ἐνεργέστερα (56). Χλευή γὰρ τὰ μὲν τῆς παιδοποιήσεως ὄργανα τηρεῖν παρθένα, τὴν δὲ γλώτταν μὴ τηρεῖν· ἢ τὴν γλώσσαν μὲν τηρεῖν παρθένον, τὴν δὲ ὄρασιν, ἢ τὴν ἀκοήν, ἢ τὰς χεῖρας μὴ τηρεῖν· εἰ [f. ἦ] ταῦτα μὲν ἔχειν καὶ τηρεῖν παρθένα, τὴν καρδίαν δὲ μὴ τηρεῖν, ἀλλ' ἐταιρίζεσθαι τύφῳ καὶ θυμῷ.

¹⁰ *Matth. xxiii, 25.* ¹¹ *Sap. vii, 9.*

(55) *Kal ἐν αὐτοῖς ἐξετάζεσθαι.* In illis versari, ac si quid ejusmodi eo sensu vox illa potest reddi: de qua plura Budæus. Passim in conciliis, οἱ ἐξεταζόμενοι in aliquo gradu vel ordine, qui in illo merent, in ejus censu sunt: ἐξεταζόμενος ἐν τοῖς ἱππικοῖς, eques Romanus. Hic ergo, ἐξεταζόμενος ἐν τοῖς κοσμικοῖς, qui mundanus sit ac sæcularis: nec bene Possinius, studio rerum mundanarum nimio turbati. Quod reddidit Allatius non intelligo, et in illis aliquid esse contendere. COMBEFIS.

(56) *Τὰ τούτων ἐνεργέστερα.* Videtur legisse Possinius ἐναργέστερα, dum longa paraphrasi ita reddit: *Quin potius publicorum, ut illa dicam, et se*

tatem, sed ad morum correctionem ac sobrietatem: luculentum monumentum ponens. Qui enim cæteris meis studiis ac officiis præponendam castitatem docet et præ aliis primam amplectendam, recte admonet: quam se colere et observare multi quidem existimant, at certe colunt pauci, ut verbo dicam. Non enim quicumque suam carnem a venerei congressus voluptate continere studuerit, nisi reliquos affectus coerceat, continuo castitatem colit. Quin potius ignominia traducit, cum ejus professione suscepta, sordidis nihilominus indulget cupiditatibus, voluptates ac libidines voluptatibus commutans ac libidinibus. Neque si cupiditatibus quidem sensuum fortiter obstiterit, inani autem gloria fastuque efferatur, hoc ipso quod potis sit exardescentis in se libidinis æstus comprimere, cunctosque nihil faciat, recte censeatur castitatem colere: quam superbæ contagie dedecore verius afficit; nempe quod exterius est lancis et paropsidis emundans ¹⁰, carnem videlicet ac corpus; animum vero tumoris ambitionisque sordibus inquinans. At neque si quis pecuniarum cupiditate captus, earum copia gloriatur, is eam colere magnifice studet; sed pro omnibus despiciatui habet, lucrum exiguum illi præferens, cui tamen nihil comparabile est, eorum quæ in vita in pretio habentur. Omnes enim divitiæ et aurum in conspectu illius arena est exigua ¹¹. At neque qui se ipsum supra modum amare deprehenditur, et quod sibi soli prodest unice intuetur et curat, necessitatum proximi securus, castitatem colit: quin ipse quoque spernit. Multum enim ab illis abest qui pro dignitate, illius utuntur necessitudine, qui ejus charitatem et misericordiam et humanitatem a se repulerit. Neque enim rectum est, hinc quidem castitatis usu virginitatem colere; illinc vero pravus facinoribus ac libidine animum polluere: neque hinc quidem profiteri puritatem et continentiam, illinc autem inquinari atque vitiiis indulgere. Neque rursus, hinc quidem fateri haud sibi curæ esse res mundi, illinc autem parandis inhiare ac in illis versari. Quin membræ omnia ad omni intacta corruptione servanda ac incommista, non ea duntaxat quæ prurimum ad libidinem habent, remque maritalem exercent; sed ea quoque quæ hisce sunt ad opus obeundum promptiora. Plane siquidem ridiculum fuerit, procreationis filiorum instrumenta integra servare ac intactam, non item linguam; aut servare quidem linguam, oculum autem sui aures aut manus nequaquam: aut denique illa quoque habere ac servare integra, non vero animum, sed illum superbia iraque constuprari.

honeste ostentantium membrorum, etc., qui et τὰ κνησμώδη reddiderat, ea quæ pudor velat. Verum quidem utrisque hæc membris competere; sed non eo comparat Methodius, quod alia obscena, alia honesta, hincque tecta alia, alia ut videantur exposita; sed quod sic exposita atque honesta, procliviorum actum habeant usumque, quibus proinde æqua aut major habenda diligentia, ut casta sint, ne quid habeant quod virginem dedecet; ut sunt lingua, oculi, manus; omniunquæ maxime ipsi animi sensus ac cogitatus, extra quos omnis alia emundatio, carnis est et corporis, non interioris hominis, penes quem vera virginitas potissimum consistit. lo.

Prorsus enim operæ pretium est, ut cui constitutum sit ne colenda castitate a proposito erret, membra omnia sensusque suos mundos astrictosque servet, uti fieri in navium tabulis solet, quarum juncturas navarchi diligenter agglutinant astringuntque, ne qua scilicet peccato sese infundenti in animum via atque aditus pateat. Nam ut nobilissima quæque præstantissimaque professio est, ita maximè gravissimisque offensionibus obnoxia est; ac vere bono malum magis adversatur, quam ei quod nec in bonis numerandum est. Multi itaque quibus persuasum esset, hoc potissimum præstare castitatem, ut effrenes libidinosos æstus ac cupiditates comprimat, reliqua vitæ institutione neglecta, hac quoque exciderunt; sique dedecoris partem, recto ad eam tramite nitentibus, asperserunt, uti vos, quæ in omnibus estis regula, demonstratis: quippe cum et opere et sermone, seu eruditione virginitate perfunctæ, ejus decora protuleritis. Et virginem quidem qualem esse deceat perscripsimus. Vos autem, amplo dicendi facultate celebrato certamine quæ ipsa audiverim, victrices omnes pronuntio ac corona dono. Theclam tamen majori floridiorique, ut inter vos principem, ac quæ magnificentior cunctis claruerit.

CAΡ. II. Thecla hymnum composite canente, reliquæ virgines illi succinunt. Joannes Baptista, martyr cœlitatis. Ecclesia, Dei sponsa, intacta, virgo.

Hæc locutam Aretem aiebat Theopatra, jussisse cunctas assurgere, ei sub agno stantes factaque corona, gratias Domino ac laudes debita veneratione referre. Theclam auspicari, ac choro præire. Uti igitur assurrexerunt, Theclam narrabat virginem mediam a dextris Aretes stantem, composite canere: reliquas vero in orbem, quasi circumducto choro, illi succinere ac respondere.

Hypacoe.

Tibi me servo castam, et splendentem tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

Psalmus.

Cœlitus, virgines, clamoris excitantis mortuos sonus venit, Sponso jubens simul omnes obviam ire in stolis albis et lampadibus, orientem versus. Expergiscimini priusquam occupet intra portas penetrare Rex.

Tibi me servo castam, et splendentem tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

Mortalium luctuosa nimis excussa felicitate, spretisque vitæ luxuriosæ deliciis amoreque, tuis sub ulnis salutaribus protegi desidero, et tuam videre semper, o Beate, pulchritudinem.

Tibi me servo castam, et splendentem tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

Relictis mortalium nuptiarum toris ac domo, o Rex, propter te, auri plena intaminatis in vestibus veni, ut et ego una tecum intra beatissimos thalamos admittar.

Tibi me servo castam, et splendentem tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

Δεῖ γὰρ πάντως τὸν μέλλοντα μὴ ἀμαρτήσεσθαι περὶ τὴν ἀσκησιν τῆς ἀγγελίας, τὰ μέλη πάντα καὶ τὰ αἰσθητήρια τηρεῖν ἑαυτοῦ καθαρὰ καὶ συνεσφιγμένα, καθάπερ δὴ καὶ πλοίων, ὧν οἱ κυβερνηταὶ τὰς ἀρμογάς σφιγγουσι, πρὸς τὸ μὴ σχεῖν ἔσω διδοῦν τὴν ἀμαρτίαν ἐπεισχομένην. Τοῖς γὰρ μεγάλοις ἐξ ἀνάγκης ἐπιτηδεύμασι μεγάλα καὶ τὰ πταίσματα συμβαίνει· καὶ τῷ ὄντι τῷ ἀγαθῷ μᾶλλον ἐναντιώτερον τὸ κακὸν ἢ τῷ μὴ ἀγαθῷ. Πολλοὶ οὖν, δοξάζοντες τὸ περὶ τὰς οἰστρώδεις καρτερεῖν ἐπιθυμίας εἶναι τὴν ἀγγελίαν, τῶν ἄλλων ἀμελήσαντες, αὐτῆς ἑπταίσα, καὶ τοῖς ὀρθῶς πρὸς αὐτὴν ὠρμημένοις προσῆψαν ψόγους, ὡς ὑμεῖς ἠλέγξατε, νόμος διὰ πάντων· αὐταὶ γὰρ παρθενοῦσαι καὶ ἔργῳ καὶ λόγῳ. Καὶ τὰ μὲν δὴ τῆς παρθένου, ποταπὴν εἶναι προσήκει, δι' ἐγράφῃ· ὑμᾶς δὲ διαρκῶς ἀγωνισαμένους τῷ λόγῳ, αὐτήκοος γενομένη, πάσας ἀποφαίνομαι νικᾶν καὶ στέφω· Θέκλαν δὲ τῷ μείζονι στεφάνῳ καὶ δασυτέρῳ, ὡς πρώτῃν ὑμῶν καὶ μεγαλοπρεπέστερον ἐκλάμψασαν.

quæ ipsa audiverim, victrices omnes pronuntio ac corona dono. Theclam tamen majori floridiorique, ut inter vos principem, ac quæ magnificentior cunctis claruerit.

Ταῦτα οὖν εἰποῦσαν, ἔφη κελεύσαι πάσας ἀναστῆναι τὴν Ἀρετὴν ἢ Θεοπάτρα, καὶ πάσας ὑπὸ τὴν ἄγνον εὐχαριστήριον ὕμνον πρεπόντως ἀναπέμψαι τῷ Κυρίῳ· ἐξάρχειν δὲ τὴν Θέκλαν καὶ προαφηγεῖσθαι. Ὡς οὖν ἀνέστησαν, τὴν Θέκλαν μέσσην μὲν τῶν παρθένων, ἔφη, ἐκ δεξιῶν δὲ τῆς Ἀρετῆς στάσασ, κοσμίως ψάλλειν· τὰς δὲ λοιπὰς ἐν κύκλῳ, καθάπερ ἐν χορῷ σχήματι συστάσας, ὑπακούειν αὐτῇ.

Ἑπακοή.

Ἄγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαισφόρους κρατοῦσα, Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Ψαλμός.

Ἄνωθεν, παρθένοι, βοῆς ἐγεραίνεκρος ἤχος ἦλθε, Νυμφίῳ λέγων πασσυδὶ ὑπαντάνειν λευκέσιν ἐν στολαῖς καὶ λαμπάσι, πρὸς ἀνατολάς. Ἐγρεσθε πρὶν φθάσῃ μολεῖν εἰσω θυρῶν Ἄναξ.

Ἄγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαισφόρους κρατοῦσα, Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Βροτῶν πολυστένακτον ἔβλον ἐκφυγοῦσα, καὶ βλου τρυφῆς ἀδονάς, ἔρωτα, σαῖς ὑπ' ἀγκάλαις ζωηφόροις ποθῶ σκέπεσθαι, καὶ βλέπειν τὸ σὸν κάλλος διηνεκῶς, Μάκαρ.

Ἄγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαισφόρους κρατοῦσα, Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Γάμων λιποῦσα τὰ θνητὰ λέκτρα, καὶ δόμον, Ἄναξ, διὰ σέ, πολύχρυσον, ἦλθον ἀσπίλοις ἐν εἰμασιν, ὅπως φθάσω κάγῳ πανορθίων θαλάμων εἰσω σὺν σοι μολεῖν.

Ἄγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαισφόρους κρατοῦσα, Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Δόλους δράκοντος ἐκφυγούσα μυρίους, Μάχαρ, θελ-
κτηρίους, ἔτι δὲ καὶ πυρὸς φλόγα καὶ θηρίων ἀν-
ημέρων ὄρμας βροτοφθόρους, σὲ προσμένουσα ἀπ' οὐ-
ρανῶν.

Ἄγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦ-
σα, Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Ἐλαθόμην πατρίδας, ποθοῦσα τὴν χάριν, Λόγε· ἐλα-
θόμην παρθένων ὁμηλικῶν χοροῦς, μητρὸς τε καὶ
γένους φρύαγμα· πάντα γὰρ σὺ μοι αὐτὸς, σὺ, Χρι-
στὲ, τυγχάνεις.

Ἄγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦ-
σα, Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Ζωῆς χοραγῆς, Χριστὲ, τυγχάνεις. Χαίρει, φῶς ἀν-
έσπερον· ταύτην δέδεξο τὴν βοήν. Χορὸς σε παρθένων
προσενέπει, τέλειον Ἄνθος, Ἀγάπη, Χαρὰ, Φρόνησις,
Σοφία, Λόγε.

Ἄγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦ-
σα, Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Ἦνοιγμέναις θύραις, Ἄνασσα παιδοκόσμε, δέδεξο
θαλάμων εἴσω ἧ ἡμᾶς, ἀχραντόσωμε, καλλίνικε
Νύμφα, καλλίπρους· ὁμόστολοι παρήμεθα Χριστῷ,
πανθλιον μέλπουσαι σὸν γάμον, θάλος.

Ἄγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα,
Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Θρηνοῦσι νῦν βαρύστονοι κόραι πυλῶν πικρῶς ἔξω,
καὶ βοῶσι γοερῶς, ὅτι, τὸ λαμπάδων ἀποσθέσασαι
φῶς, οὐκ ἔφθασαν χαρὰς ταμιεῖον εἰσιδεῖν (57).

Ἄγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα,
Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Ἰερὰς ὁδοῦ γὰρ ἐκτραπέλαι, πρὸς βίου πόρους
κτίσασθ' ἔλαιον ἡμέλησαν ἄθλιαί πλέον· νεκρὰς δὲ
φλογεροῦ πυρὸς φέρουσαι λαμπάδας, στένουσιν ἔνδον
ἐκ φρενῶν.

Ἄγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα,
Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Κρατῆρες ἀδυπλήθεις πρόκεινται νέκταρος· πίνω-
μεν· οὐράνιον ἔστι πόμα, παρθένοι, ὁ Νυμφίος ὅπερ
ἄβειχε τοῖς μετ' ἄξιας εἰς τὸν γάμον κεκλημένοις.

Ἄγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα,
Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Λαμπρῶς σου τὸν θάνατον Ἄβελ προεκτυπῶν,
Μάχαρ, ἔλεξεν αἱματοσταγῆς βλέπων εἰς οὐρανόν·
Ἄηλεῶς με συγγόνου τετρωμένον χειρὶ δέξαι, λιτά-
ζομαι, Λόγε.

Ἄγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα,
Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Μέγιστον ἄθλον ἀγνείας ὁ καρτερός σου παῖς, Λό-
γε, Ἰωσήφ ἀνέλιετο. Γυνὴ γὰρ αὐτὸν εἰς ἄθεσμα λέ-
πτρα βιαίως εἴλκε φλεγομένη πρόθοις· ὁ δὲ, οὐδὲν
ἐτραπέλις, ἐφευγε γυμνός, ἐκβοῶν·

Ἄγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα,
Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

¹¹ Psal. xlii, 11. ¹² Matth. xxv, 11. ¹³ Gen. iv, 10. ¹⁴ Gen. xxxix, 12.

(57) *Εἰσιδεῖν*. Quin scribendum εἰσδύειν, nullus dubitat. Id enim omnis parabola series petit. Luget quippe, quod ingressis quæ paratæ erant, clausa est janua, ad quam frustra pulsant: quod

Innumerabilibus blandientis draconis, o Beate, erepta dolls, ignisque flamma superata, ac immanium rictibus iraque bestiarum in mortalium perniciem natarum, te de cælis exspecto.

Tibi me servo castam, et splendentem tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

Oblita sum patriæ ¹¹, o Verbum, tuæ desiderio gratiæ: oblita sum virginum æqualium choros; matris quoque ac generis fastum: omnia enim ipse tu mihi Christus es.

Tibi me servo castam, et splendentem tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

Vitæ largitor, Christe, es. Salve, lumen inocciduum: hanc accipe acclamationem. Chorus te Virginum compellat, Flos perfectus, Charitas, Gaudium, Prudentia, Sapientia, Verbum.

Tibi me servo castam, et splendentem tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

Apertis januis, o Regina speciose ornata, nos quæque intra thalamos admitte, impolluti corporis, egregie victrix sponsa, decorem spirans; pari vestium cultu Christo astamus, tuas, fortunata pubes, cantico nuptias celebrantes.

Tibi me servo castam, et splendentem tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

Gemunt nunc graviter ejulantes, amarum lacrymis extra thalami fores constitutæ puellæ, ac tristi luctu clamant; quod exstincta lampadum luce ¹², non mature satis in vitæ cubiculum ingressæ sunt.

Tibi me servo castam, et splendentem tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

A sacra enim aversæ via, ad vitæ semitas olei copiam parare, miseræ neglexerunt: exstinctas vero ignis flammei lampades ferentes, gemunt intus ex animo ac præcordiis.

Tibi me servo castam, et splendentem tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

Pocula dulcis nectaris plena proposita sunt: bibamus; cælestis enim liquor est, o virgines, quem Sponsus digne vocatis ad nuptias propinat.

Tibi me servo castam, et splendentem tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

Splendide tuam mortem præfigurans Abel ¹³, o Beate, dixit cruore stillans sublatis in cælum oculis: Crudeliter fraterna me manu cæsum, rogo, o Verbum, suscipe.

Tibi me servo castam, et splendentem tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

Maximam pudicitæ laudem, præmiumque fortis puer tuus Joseph ¹⁴, o Verbum, retulit. Muliere enim incensa libidine in nefarios violenter trahente toros; nihil ille reveritus, fugit nudus, exclamans:

Tibi me servo castam, et splendentem tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

ergo ingredi non licuit, ad quem ingressum sequuntur reliqua, ut videant et iruantur Sponsi conspectibus et amplexibus. COMÆFIS.

Novam Jephthæ victimam Deo filiam offerebat viri A nesciam ¹⁶, aræ jam, agnæ instar, admotam : illa vero generoso mentis proposito, tuæ carnis figuram gerens, o Beate, fortiter clamabat :

Tibi me servo castam, et splendenter tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

Peregrino turbarum ductore, generoso conatu Juditha ingeniosis dolis truncato ¹⁷, quem antea pulchritudinis forma illexerat, nulla membræ corporis macula accepta, ovans pro victoria clamabat :

Tibi me servo castam, et splendenter tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

Conspicua Susannæ decora specie ac vultus forma ¹⁸, duo judices, illius effrene capti amore, O mulier, dixerunt, occulti cubilis tui desiderio perciti. adsumus. At illa tremulis clamoribus inquit :

Tibi me servo castam, et splendenter tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

Multo mihi mori melius, quam vobis turpi libidine æstuantibus, viri toro prodito, Deo igni ultore, sempiternis pœnis addici. Serva me, Christe, ab horum malorum angustiis.

Tibi me servo castam, et splendenter tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

Fluentis lustralibus turbas mortalium lavans tuus Præcursor, improbe a viro scelerato propter castitatem ad cædem ductus est ¹⁹; necisque cruore tingens pulverem, tibi, o Beate, clamabat :

Tibi me servo castam, et splendenter tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

Tua quoque vitæ parens, Gratia intacta, illibata, immaculatos conceptus tuos in viri experte utero gestans Virgo, maritalis tori prodiit in suspicionem venit ²⁰ : dixit vero prægnans, o Beate :

Tibi me servo castam, et splendenter tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

Tuum, o Beate, optantes videre nuptialem diem, quotquot ipse angelorum Rex cælo vocasti ²¹, maxima tibi dona, o Verbum, ferentes, immaculato vestitu conspicui venerunt.

Tibi me servo castam, et splendenter tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

Hymnis, o beata Dei Sponsa, thalamum nos adorantes, nunc celebramus te, intacta virgo Ecclesia, niveo corpore, nigris formosa cirris, casta, irreprehensibilis, amabilis.

Tibi me servo castam, et splendenter tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

Corruptio aufugit, et morborum dolores lacrymosi : mors sublata est : periit omnis insania : mœror interiit, mentis tabes : rursus vero Christi Dei gaudium repente mortalibus illuxit.

Tibi me servo castam, et splendenter tenens lampadem, Sponse, tibi occurro.

Viduatus mortalibus paradus est. Non enim jam

Νεοσφαγῆ ὁ Ἰερθᾶς κόρην ἀνήγε θυσίαν· Θεῷ ἀπειρον ἀνδρὸς, ἀμνάδος δίκην· ἡ δ' εὐγενῶς σου τὸν τύπον τῆς σαρκὸς, ὡς Μάκαρ, τελοῦσα ἐκράζε καρτερώς·

Ἄγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα, Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Ἐόνον στρατηλάταν ἔχλων εὐτολμος εὐτόχοις Ἰουδῆθ ὀδοις καρτομησασα, κάλλεος τύποις θέλξασα τοῦτον, οὐδὲ χράναντα σώματος μέλη, νικηφόροις δ' ἔφη βοαίς·

Ἄγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα, Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Ὅρωντες εἶδος εὐπρεπῆς, ὕφ' ἧς δύο κριταὶ Σουσάννας ἐμμανεῖς ἔρωτι, λέξαν· Ὁ γύναι, κρυπτῶν σου γάμων λέχη ποθοῦντες ἤκομεν, φίλα· Ἡ δὲ ἐντροβμοῖς ἔφησε βοαίς·

Ἄγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα, Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Πολλῶ με κατθανεῖν ἀμεινόν ἐστιν, ἢ λέχη προδοῦσαν, ὡς γυναιμανεῖς, ὑμῖν, αἰωνίαν δίκην ὑπ' ἐμπυρίοις Θεοῦ τιμωραίας παθεῖν. Σῶσόν με, Χριστέ, τῶνδε νῦν.

Ἄγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα, Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Ῥοαίς καθαρσίσις λούων πλήθη βροτῶν ὁ σὸς Πρόδρομος, ἀνόμως κακοῦ πρὸς ἀνδρὸς εἰς σφαγὴν ἤχθη δι' ἀργείαν· λύθρω δὲ φονίῳ κόνιν δεύων ἐκράζε σοι, Μάκαρ·

Ἄγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα, Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Σοῦ καὶ ζητητόκος Χάρις ἀθικτος, ἀτεγκτος, ἀσπίλους τὰς σὰς γονὰς ἐν ἀσπόρῳ φέρουσα νηδῶι, μορφὴν ὑπέσχεον ὡς προδοῦσα λέκτρα, Παρθένος· Ἐλεξε δ' ἔγκυος, Μάκαρ·

Ἄγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα, Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Τὴν σὴν, Μάκαρ, γαμήλιον ποθοῦντες ἀμέραν ἰδεῖν, ὄσους ἀνωθεν αὐτὸς ἀγγέλων ἀναξ' ἐκέκληκας, ἤκασι, μέγιστα δῶρά σοι, Λόγε, φέροντες ἀσπίλοις στολαίς.

Ἄγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα, Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Ἦμοις, μάκαιρα Θεόνημφε (58), θαλαμηπόλοι, αἰσε γεραίρομεν, σὲ νῦν ἀθικτε παρθένε Ἐκκλησία, χιονόσωμε, κυανοδόστρυχε, σῶφρον, ἀμωμ', ἐρασμία.

Ἄγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα, Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Φθορὰ πέφευγε, καὶ νόσων πόνοι δακρυσταγεῖς· θάνατος ἤρθη· ὄλωλε πᾶσα ἀφροσύνη· λύπη τέθηκε τηξίφων· Ἐλαμψε δ' ἡ τοῦ Θεοῦ Χριστοῦ χαρὰ βροτοῖς ἄφρω πάλιν.

Ἄγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα, Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Χῆρος ὁ βροτῶν παράδεισός ἐστιν. Οὐκέτι πάλιν

¹⁶ Jud. xi, 38. ¹⁷ Judith. viii, 1. ¹⁸ Dan. xiii, 19. ¹⁹ Marc. vi, 27. ²⁰ Matth. i, 18. ²¹ Matth. ii, 1.

(58) Θεόνημφε. Sic Allatius. At Possinius, νεόνημφε, nova nupt. COMBEPIS.

γὰρ αὐτὸν ἐκ θείας, ὡς περ τὴ πρὶν, ταγῆς οἰκεῖ, τέ-
χαις δὲ ποικίλαις δράκοντος ἐκπεσὼν, ἀφθαρτος,
ἀφοβος, Μάκαρ.

Ἄγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα,
Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Ψάλλον τὸ καινὸν ἔσμα νῦν χορὸς σε παρθένων
καθίσταται πρὸς οὐρανοῦς, Ἄνασσα σαφῶς ὄλη, ἐστεμ-
μένος λευκοῖς κρίνων κάλυξι, καὶ φλόγας χερσὶ σε-
λασφόρους φέρων.

Ἄγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα,
Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

Ὁ τὰς ἀγράντους οὐρανοῦ, Μάκαρ, ναίων ἔδρας,
ἔναρχε, πάντα συγκρατῶν αἰωνίῳ κράτει, δέξαι σὺν
Πατρὶ σὺ, πάρεσμεν, ἔνδον εἰς ζωῆς πύλας, Πάτερ,
καὶ ἡμᾶς.

Ἄγνεύω σοι, καὶ λαμπάδας φαεσφόρους κρατοῦσα, Β
Νυμφίε, ὑπαντάνω σοι.

CAP. III *Utri meliores, continentes, an qui gaudent ipsa mentis tranquillitate? Pugnæ castitatis periculum : tranquillitatis felicitas. Depurgatæ ac tranquillæ mentes, dii, Deum visuræ. Virtus tentationibus exercita, probatior.*

ΕΥΒΟΥΛΑ. Ἀξίως ἀπηνέγκατο τὰ πρῶτα τῶν ἄθλων
ἡ Θεάλα, ὦ Γρηγόριον.

ΓΡΗΓ. Ἀξίως μὲν οὖν.

ΕΥΒΟΥΛΑ. Τί δὲ ἡ Τελμισιακὴ ξένη, εἰπέ μοι ; καὶ
ἔβωθεν οὐκ ἐπηκροῶτο ; Θαυμάζω γὰρ εἰ ἡσυχίαν εἶ-
χεν ἐκείνη μαθοῦσα τὸ συσσίτιον τοῦτο, καὶ οὐκ εὐ-
θέως ὡς περ ὄρνεν ἐπὶ τροφῆν ἔπατο, τῶν λεγομέ-
νων ἀκουσομένη. Λόγος γὰρ (59) αὐτὴν Μεθοδίου συμ-
παραγεγονέναι, αὐτὰ δὲ ταῦτα τὴν Ἀρετὴν πυθθα-
νομένην. Ἀλλὰ καλὸν καὶ μακάριον τοιαύτην διδασκάλῃ
χρησθῆναι καὶ ὀδηγῶν, τῇ Ἀρετῇ. Ἀτάρ, ὦ Γρηγόριον,
ποτέρους ἀμείνους λέγομεν, τοὺς μὴ ἐπιθυμοῦντας
μὲν, κρατοῦντας δὲ τὴν ἐπιθυμίαν, ἢ τοὺς ἐπιθυ-
μοῦντας, καὶ παρθενεύοντας ;

ΓΡΗΓΟΡ. Τοὺς μὴ ἐπιθυμοῦντας, δηλονότι : ἐπει-
δὴ καὶ τὴν διάνοιαν οὗτοι καὶ τὴν αἴσθησιν ἀμόλυν-
τον κέκτηνται, καὶ εἰσὶν ὀλοτελῶς ἀδιάφοροι, κατὰ
μῆδὲν ἐξημαρτηχότες.

ΕΥΒΟΥΛΑ. Εὖγε νῆ τὴν Σωφροσύνην, ὦ Γρηγόριον,
καὶ συνετῶς. Ἀτάρ μὴ τι κωλύοις, ἐὰν ἀντιλαμβάνω-
μαι τῶν λόγων (60), ἵνα ἐρῶμεν ἐστέρον μάθω, καὶ
μαρτίαις ἐξελέγξῃ με εἶτι.

(59) Λόγος γὰρ, κ. τ. λ. Allatius, Οὐ λόγος
γάρ, *Neque enim aiunt*. Mendose omnino. Recte
Possinius, Λόγος γάρ, absque particula negante.
Minus tamen recte idem Possinius Eubulii ora-
tionem hic abrupens, Gregorium ista narra-
tionem inducit. Ex qua quidem male interposita dis-
tinctione occasionem arripuit editor Lupareus
confirmandi suam conjecturam de Methodio bi-
nomine, quam initio *Convivii* Methodiani pro-
posuit. Sic enim hic inquit : « Quod statim Grego-
rium, Eubulium alloquens, Methodii meminit, tan-
quam diversæ personæ, non infirmitat quod alias
diximus ex Epiphano, Methodium binominem
fuisse, sed potius confirmat conjecturam nostram a
principio indicatam : nimirum, S. Methodium hunc
inter prima sua opera librum edidisse : quo libro
celebritate magna suscepto, primæ personæ in isto
Dialogo loquentis nomen auctori adhæsisse, poste-
rius inde dicto *Eubulio*, ut Clemens *Stromateus* vo-

A eum amplius homo, uti prius, incolit Dei jussu :
variis draconis insidiis, a corruptione metuque im-
munis cum esset, o Beate, illo extrusus.

Tibi me servo castam, et splendentem tenens
lampadem, Sponse, tibi occurro.

Nunc te chorus virginum cælo versus deducet,
concinens canticum novum, o tota palam Regina,
candidatis liliorum coronatus folliculis, flammæque
gestans manibus lucis fulgoribus rutilas.

Tibi me servo castam, et splendentem tenens
lampadem, Sponse, tibi occurro.

O qui incontaminatas, Beate, cæli sedes habitas,
principii expers, qui æterno cuncta robore conti-
nes, nos quoque, Pater, cum Filio tuo intra vitæ ja-
nuas, ecce adsumus, suscipe.

B Tibi me servo castam, et splendentem tenens
lampadem, Sponse, tibi occurro.

EUBUL. Merito primam laudem ac præmia tu-
lit Thecla, o Gregorium.

GREG. Plane merito.

EUBUL. Quid porro Telmisiaca advena, dic, so-
des; num saltem foris aurem januæ admovebat, ut
aliquid raperet? Mirum enim si quiescere potuit
audita hujus convivii fama, et non statim ut avis
ad escam advolavit, auditura sermones qui habe-
rentur. Aiunt enim eam Methodio adfuisse percon-
tanti hæc ipsa ex Arete. Cæterum bonum æque bea-
tumque est, tali magistra uti ac duce; Arete scili-
cet, id est Virtute. Sed, o Gregorium, utros præ-
stantiores dicamus, eosne qui cum non concupis-
cant, concupiscentiæ imperant, an eos qui, pulsante
eos concupiscentiâ, in virginitate perseverant?

GREG. Priores equidem crediderim : cum hi ni-
mirum et animum et sensum immaculatum obti-
neant, nullique culpæ obnoxii, a corruptione pro-
sus immunes existant.

EUBUL. Bene, per castitatem juro, et pruden-
ter, o Gregorium. Sed, quæso, ne quid obstes, si ar-
gumentis in contrarium dicta vexavero, quo firmiter
noverim, nec jam me ullus ulla rationum vi a sen-
tentia deducat.

D catus est, et cætera quæ diximus. Unde nullo modo
infringi, sed potius magis confirmari putamus con-
jecturam, qua virilem sexum Eubulio reddidi-
mus. » GALL.

(60) Ἐὰν ἀντιλαμβάνωμαι τῶν λόγων. Argu-
endi palam veniam petit, dictaque Gregorio argu-
mentis petendi, quibus, ejus responsionibus elisis,
firmam demum sententiam teneat, a qua nulla ar-
gumentorum vi possit deduci. Plato in *Gorg.* : Ἐὰν
δὲ τῷ ὑμῶν μὴ τὰ θνητὰ δοκῶ ὁμολογεῖν ἑμαυτῷ, χρὴ
ἀντιλαμβάνεσθαι καὶ ἐλέγχειν. Si cui videar nolle
fateri quæ ipse sentiam, coarguere licet ac corripere,
id est argumentis vexare. Nec satis apte Possinius,
si hanc plenius quæstionem capessivero jusseroque di-
ligentius; quæ esset altera ejus vocis acceptio, qua
fulcire, juvare, significat : quod ipsum non directe,
sed per occasionem præstat adversarius impu-
gnando, et qua argumentis rem ventilat. Nec apte
satis loquatur, qui argumentis aliquem incessurus,

GREG. Vexa ut libet : per me licet. Ego enim, A Eubulium, abunde mihi suppetere arbitror quo te doceam, præstare eum qui non concupiscit : quod ni tenes, nemo erit qui non argual.

EUBUL. Papæ! Gaudeo enim respondere te mihi magnifice, ac quanta sapientia affluas ostentare.

GREG. Cavillari, ac mecum jocari videris, o Eubulium.

EUBUL. Quid ita vero?

GREG. Quod non vere, sed mei potius irridendæ causa, talia memores.

EUBUL. Bona verba, quæso, o beata : tuam enim prudentiam exquisitæque sapientiæ vim, plurimum admiror ac colo. Hæc autem eo dixi quod de quibus multi sapientum sæpius invicem discerant, ea non modo scire te dicis, verum etiam alios te posse docere gloriaris.

GREG. Num enim vere, dic, sodes, moleste habet, præstare omnino qui non concupiscant, iis qui concupiscentes sese continent et a cupiditatibus temperant? An prorsus per ista mihi illudis?

EUBUL. Qua vero ratione tentans loquor quæ nescire me fatear? Sed age, loquere jam, sapientissima : in quonam excellunt, qui non concupiscentes casti sunt, supra illos qui concupiscentiæ coluctantes virginitatem servant?

GREG. In eo primum quod ipsum animum purum habent, ac in eo Spiritus sanctus semper habitat, quem nullus distrahat cogitationum æstus, serenique mentis impudici motus sensusque nulli inficiant, ut vel ea parte ullam unquam incurrat labem : qui nimirum tum carne tum animo, sedatis affectibus ac tranquillo fruentes, cupiditatem omnino non admittunt. Qui vero sensuum visis illecti, obscenis animo imaginibus turbantur, distillationemque velut per rimas in cor influentis cupiditatis recipiunt, perinde sæpius polluuntur, putantque se obniti atque pugna defungi, cum animo vincantur.

EUBUL. Ergo puros eos dicemus qui sereno gaudeant, ac quibus cupiditas seu libido nihil interturbet?

GREG. Utique. Hos enim tales, qui et deos facit in beatitudinibus, indubitata mente credentes, libere Deum visuros Deus pronuntiat²² : quod nihil D obscurans, aut mentis oculum obturbans afferunt,

²² *Math. v, 8.*

ejus se dicta astruere ac opinionem fulcire, diceret : etsi is illi forte scopus disputationis existat. **COMB.** (61) *Κωτ.λογ.* Ita Possinius. At Allatius *Σχωπητ. λόγ., mordax.* Id.

(62) *ΕΙ διαφέρουσιν ὁλως.* Bene Possinius, *præstare*, quo sensu voce *διαφορώτερον* usus Paulus *Hebr. i, 4,* ubi *interpr. differentius*; quod clarius fuisset, *præstantius, excellentius.* Bene autem Methodius in persona Gregorii primas tribuit his qui sunt depurgatæ mentis, et ipsam adepti sunt imperturbationis arcem, ut nec animus cogitationibus, nec corpus fœda ulla libidine sordeat, sed totus homo Dei habitaculum pacatissimum existat, quantum per viæ statum ejusque perfectionem necdum absolutam et in termino licet; tametsi hoc ipsum

ΓΡΗΓ. Ἄλλ' ἀντιλαμβάνου ὅπη καὶ θέλεις· ἐγὼ γὰρ ἰνακῶς, ὡς Εὐβούλιον, διδάξαι σε ἔχω, ὅτι τοῦ ἐπιθυμούντος ὁ μὴ ἐπιθυμῶν κρείττων ἐστὶ· καὶ οὐδεὶς οὐ μὴ σε ἐλέγξῃ.

ΕΥΒΟΥΛ. Βαβα! Χαίρω γὰρ, ὅτι μοι μεγαλοφρόνως ἀποκρίνη, καὶ δεικνύεις ὅσον πεπλούτηκας ἐπὶ σοφίᾳ.

ΓΡΗΓ. Κωτῆλος (61) τις, ὡς εἶπεν, ἄνθρωπος εἶναι δοκεῖς, ὡς Εὐβούλιον.

ΕΥΒΟΥΛ. Τίνος δὴ χάριν;

ΓΡΗΓ. Ὅτι τυθαζόμενός με ταῦτα λέγεις μᾶλλον, ἢ ἀληθεύων.

ΕΥΒΟΥΛ. Εὐφήμεσον, ὡς μακαρία· θαυμάζω γὰρ σφόδρα σου τὸ συνετὸν καὶ μεγαλόδοξον. Ἐγὼ τοῦτο ἔφη, ὅτι περὶ τὸν πολλοὶ πρὸς ἑαυτοὺς πολλάκις ἀμφισβητοῦσι σοφοί, ταῦτα οὐ μόνον ἐπίστασθαι σὺ λέγεις, ἀλλὰ καὶ διδάσκειν ἕτερον σεμνύνῃ.

ΓΡΗΓ. Σὺ γὰρ ἐξ ἀληθείας. εἰπέ μοι, δυσχεραίνεις, εἰ διαφέρουσιν ὁλως (62) οἱ μὴ ἐπιθυμούντες τῶν ἐπιθυμούντων τε καὶ ἐγκρατουμένων; Ἡ πάντως ἐμοῦ ταῦτα προσπαίξεις;

ΕΥΒΟΥΛ. Καὶ πῶς ἀποπειρωμένη (63), ἢ ὁμολογῶ μὴ εἰδέναι; Ἄλλ' εἶ, φράσον ἐμοί, ὡς σφωτάτη, τίνι διαφέρουσιν οἱ μὴ ἐπιθυμούντες καὶ ἀγνεύοντες τῶν ἐπιθυμούντων τε καὶ παρθενεύοντων

ΓΡΗΓ. Ὅτι πρῶτον μὲν καθαρὴν ἔχουσιν ἐκτὴν τὴν ψυχὴν, καὶ αἰετὸν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν αὐτῇ κατοικεῖ, μὴ περιελομένης αὐτῆς καὶ ἐπιθουμένης φαντασίαις καὶ λογισμοῖς ἀκρασίας, ὥστε καὶ τῆς ἐνθυμήσεως ἐπιλωθῆθαι ποτε· ἀλλ' εἰσὶν ἀνεπίδεκτοι πάντη καὶ κατὰ τὴν σάρκα καὶ τὴν καρδίαν οὗτοι τῆς ἐπιθυμίας, γαλήνην ἀγοντες τῶν παθημάτων. Οἱ δὲ διὰ τῆς ὕψεως ἐξωθεν δελεαζόμενοι ταῖς φαντασίαις, καὶ ἐπεισρέουσιν δεχόμενοι τὴν ἐπιθυμίαν δίκην βέβηματος εἰς τὴν καρδίαν, οὐδὲν ἤττον μολύνονται πολλάκις, καὶ νομίζουσιν ἀντιφιλονεικεῖν καὶ μάχεσθαι πρὸς τὰς ἡδονὰς, ἠττώμενοι τὸν λογισμὸν.

ΕΥΒΟΥΛ. Οὐκοῦν τοὺς γαλήνην ἀγοντας, καὶ μὴ διανοημένους ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας, λέξομεν καθαρούς;

ΓΡΗΓ. Καὶ μάλα. Τούτους γὰρ τοιούτους ὁ καὶ θεοὺς διὰ τῶν μακαρισμῶν ἀπεργαζόμενος τοὺς ἀνεδοκίμους αὐτῶ πιστεύοντας θεοῦ, ἔψεσθαι μετὰ παρρησίας ἀποφθέγγεται τὸν θεόν· ὅτι μηδὲν ἐπι-

evertere videtur in persona Eubulii : quæ ipsa non arduum conciliare, penes arduum ex objecto et ex subjecti imperfectione. Id.

(63) *Πῶς ἀποπειρωμένη.* Eubulium refert, non, ut Possinius, Gregorium; apud quem male τὸ, μὲ εἰδέναι, pro, μὴ εἰδέναι. Clara sententia : ostendit non tentandi causa percontari quæ se nescire fateatur; uti etiam reddidit Allatius, apud quem est masculinum ἀποπειρωμένος : sic etiam supra promiscue, sive ab antiquario est hæc ἀδιαφορία, sive ab ipso Methodio; ratione a me jam ex Apostolo insinuata, quod in Christo, et ut sis sponsa Christi ac virgo, perinde est, sive masculus sive femina sis. Id.

σκοποῦν ἢ συνταράσσον τὸν ὀφθαλμὸν τῆς ψυχῆς πρὸς τὴν θείαν ἐπιφέρονται θεωρίαν· ἀλλ' ἐκτὸς γεγονόσας τῶν ὀφείσεων πάντη τῶν κοσμικῶν, τὴν σάρκα καθαρὰν οὐ μόνον, ὡς ἔφην, μίξως τηροῦσιν, ἀλλ' ἤδη καὶ τὴν καρδίαν ἀνεπίδεκτον λογισμῶν ἀκρασίας, ἐν ἧ μάλιστα καὶ τὸ ἅγιον, ὡς ἐν ναῷ, κατοικοῦν ἀναπαύεται Πνεῦμα.

ΕΥΒΟΥΛΑ. Ἔχε δὴ. Οἶμαι γὰρ ἐπὶ τὴν εὐρεσιν πῶν ὄντων κρείττωνον ὀρθότερον ἡμᾶς ἐντεῦθεν διελθεῖν. Καὶ μοι φράσον· καλεῖς τίνα κυβερνήτην ἀγαθόν;

ΓΡΗΓ. Ἐγώ γε.

ΕΥΒΟΥΛΑ. Πότερον τὸν ἐν μεγάλαις καὶ ἀμηχάνοις περιώσαντα ζῆλαις τὸ σκάφος, ἢ τὸν ἐν γαλήνῃ νημεῖα;

ΓΡΗΓ. Τὸν ἐν μεγάλαις καὶ ἀμηχάνοις.

ΕΥΒΟΥΛΑ. Οὐκοῦν καὶ ψυχὴν τὴν περιαντλουμένην ταῖς τρικυμίαις τῶν παθημάτων, καὶ μὴ ἀποκάμνουσιν ἢ ἐκλυομένην, ἀλλὰ τὸ σκάφος, τὴν σάρκα, γενναίως εἰς λιμένα τὸν τῆς σωφροσύνης ἀπευθύνουσαν, λέζομεν τῆς ἐν εὐδίᾳ πλοιοῦμένης κρείττονα καὶ δοκιμωτέραν.

ΓΡΗΓ. Λέζομεν.

ΕΥΒΟΥΛΑ. Τὸ γὰρ ἀρμόζεσθαι πρὸς τὰς ἐμβολὰς τῶν καταρυσμάτων τοῦ πονηροῦ πνεύματος, καὶ μὴ ἀπορρίπτεσθαι ἢ νικᾶσθαι, ἀλλὰ πάντα πρὸς Χριστὸν ἀνανεύοντα, καρτερῶς μάχεσθαι ταῖς ἡδοναῖς, μείζονα τὸν ἔπαινον φέρει, τοῦ μετὰ βρασιῶν ἀχειμαστὶ παρθενεύοντος.

ΓΡΗΓ. Ἔσιχε.

ΕΥΒΟΥΛΑ. Τί δὲ καὶ ὁ Κύριος; Οὐ δοκεῖ δεικνύναι ἀπαφέρειν τὸν ἐπιθυμοῦντα μάλλον καὶ ἐγκρατεύοντα τοῦ μὴ ἐπιθυμοῦντός τε καὶ παρθενεύοντος;

ΓΡΗΓ. Ποῦ δὴ;

ΕΥΒΟΥΛΑ. Ἐνθα τὸν φρόνιμον παραβάλλον οἰκία θεμελιωμένη καλῶς, ἀπτωτον αὐτὸν ἀποφαίνεται, μὴ δυνάμενον ἀπὸ τῆς βροχῆς καὶ τῶν ποταμῶν καὶ τῶν ἀνέμων καταβληθῆναι· ταῖς μὲν ἐπιθυμίαις, ὡς ἔοικεν, ἀπεικάζων τοὺς χειμῶνας· τῇ δὲ πέτρᾳ τὴν ἀκίνητον ἐνστασιν καὶ ἀδιάπτωτον τῆς ψυχῆς περὶ τὴν ἀγνείαν.

ΓΡΗΓ. Ἀληθῆ λέγειν δόξαις.

ΕΥΒΟΥΛΑ. Τί δαί καὶ ἰατρὸν; Οὐ τὸν ἐπὶ μεγάλαις ἤτῃ δεδοκιμασμένον νόσοις, καὶ πολλοὺς ἰασάμενον, ἱμῶν καλεῖς;

ΓΡΗΓ. Ἐγώ γε.

ΕΥΒΟΥΛΑ. Τὸν δὲ μετὲν μεδέπω διαπραξάμενον, μὴδὲ νοσοῦντας ὅλως ἐν χερσὶν ἐσχικότα, οὐ πάντως ἀνικημώτερον εἶτι;

A quo minus in Dei visionem intendant; sed omnium rerum sæcularium cupiditate eliminata, nedum carnem, uti dicebam, a libidinosi congressus turpitudine immunem servant; verum etiam ut cordis penetrare (in quo et maxime, ut in templo, Spiritus sanctus conquiescit et habitat) nullis obscenis cogitationibus pateat, sedulo navant operam.

EUBUL. Siste jam. Puto enim ad investigationem ejus quod vere præstantius est, rectius nos hinc progressuras. Dic, quæso, vocas aliquem bonum gubernatorem?

GREG. Sane.

EUBUL. Quem vero? An eum qui in magnis vehementissimisque tempestatibus navem servaverit; an qui idem in serena tranquillitate præstitit?

GREG. Utique qui in magnis et arduis.

EUBUL. Igitur et animum sævis perturbationum fluctibus jactatum, nec propterea conatum remittentem aut fatiscentem, sed cymbam, carnem utique, invicta generosi propositi constantia ad castitatis portum dirigentem, præstantiorem dicemus probatæque magis virtutis, eo, qui in malacia pacati maris secure jucundeque navigat.

GREG. Dicemus.

EUBUL. Nam obniti renitentibus ventorum flatibus, quos contra immittit nequam spiritus: nec inflecti tamen unquam dejicive aut vinci; quin potius animo semper in Christum intento, fortiter repugnare voluptatibus, majorem profecto laudem affert, quam in aëno beatoque tranquillæ virginitatis portu desiderare.

GREG. Apparet ita esse.

EUBUL. Quid vero et Dominus? Nonne videtur ostendere, eum qui concupiscentiæ œstro jactatus continentiam teneat, longe illi præcellere, qui hujus pugnæ securus, sedataque aut nulla concupiscentia, virginitate fulgeat?

GREG. Ubi vero hæc Dominus?

EUBUL. Ubi nimirum sapientem comparans cum domo bene fundata, inconcussa eam firmitatis esse decernit, quam imbres irruentes et flumina ventorumque vis dejicere non potuerit²². Nempe hoc volens: per tempestates ventosque et pluvias, concupiscentiæ æstus designari; petræ vero nomine, immobilem virginitatis proposito animi constantiam ac castitatis inconcussam tenorem declarari.

GREG. Videri possis vera dicere.

EUBUL. Quid vero et medicum? An non eum vocas habesque optimum, qui in magnis jam morbis periculum fecit, et plurimis sanitatem restituit?

GREG. Equidem.

EUBUL. Eum autem qui nullum dum sui experimentum dedit, nullisque prorsus ægrotis consuluit, nonne adhuc minus omnino commendabilem dicis?

²² *Matth.* vii, 24.

GREG. Certe.

EUBUL. Ergo et animum qui mollius corpus sustinet, ejusque libidinum æstu ægritudines, castitatis medicamentis lenit et sedat, utique dicamus medicæ facultatis laudem ferre majorem, quam cui probe sanum corpus neque vitiis obnoxium obtigere?

GREG. Fatendum est.

EUBUL. Quid item in lucta? Uter pugil melior, qui magnos et fortes æmulos experitur, ac continue lucta defungens, non succumbit unquam; an qui nullis adversariis decertat?

GREG. Plane qui experitur.

EUBUL. Ain' tu in palæstra quoque athletam præstare, qui adversarios contranitentes sustinet?

GREG. Necesse ut dicatur.

EUBUL. Necesse igitur, ut et quisquis strenue moliatur adversus concupiscentiæ motus, nec se abripi patiat, sed in adversum trahat ac obnitatur, fortior videatur, quam qui ejus nullam interpellationem sentiat.

GREG. Vera dicis.

EUBUL. Quid? Fortiter se habere adversus pravorum affectuum ac libidinum impetus, ad majorem, o Gregorium, fortitudinis laudem pertinere existimas?

GREG. Admodum sane.

EUBUL. Num vero fortitudo, virtutis robur ac tenor?

GREG. Plane.

EUBUL. Igitur si virtutis robur tolerantia est, nonne qui molestiis exercetur animus, fortiterque tolerans cupiditatibus atque vitiis obsistit, illi præstare fortitudinis laude putandus est, qui nullas ejusmodi molestias persentit?

GREG. Profecto.

EUBUL. Igitur si fortior, erit et præstantior.

GREG. Sane.

EUBUL. Mellior ergo et præstantior est, quantum ex modo concessis evidentè sequitur, qui inter concupiscentiæ æstus continentiam tenet, quam qui nulla pulsatus libidine in castitatis secure castris meret.

GREG. Rem meram loqueris. Sed de his alias absolutius tecum sermonem conferre gestio. Si itaque tibi grave non est, cras accedam, de his auditura. Nunc enim, ut vides, tempus est ut et animum ad exterioris hominis vertamus curam.

(64) *Ei δυνατωτέρα, και κρείσσων.* Facillior manus dare Eubulio videtur Gregorium, arguenti ex non causa ad causam; quasi nimirum ipsa vitiorum vis et infestatio sit virtutis vis ac robur, non quid extrinsecum, ex se illi officiens ac remoram faciens; sola vero occasione, obnilitia animi ac contentione, juvenis, dum hæc superare conatur; quibus jam superatis expurgatus animus, illisque factus superior, virtutis iter giganteo decurrit pede, ab actione et pugna cupiditatum, ad scientiam et contemplationem ac rationem, Deumque evolans; ne reputans quidem, quorum vix aspectum ferat, qui

A ΓΡΗΓ. Ναί.

ΕΥΒΟΥΛΑ. Ούκοῦν και ψυχὴν τὴν ἀνεχομένην ὑγρότερου σώματος, και τὰς περὶ ἡδονὰς αὐτοῦ νόσους καταπραΰνουσαν σωφροσύνης φαρμάκοις, ἰατρικωτέραν λεκτέον τῆς ὑγιεινὸν διοικεῖν κεκληρωμένης σῶμα και ἀπαθείς;

ΓΡΗΓ. Λεκτέον γάρ.

ΕΥΒΟΥΛΑ. Τί δαι ἐν πάλῃ; Πότερον παλαιότης ἀμείνων, ὁ ἀνταγωνιστὰς ἔχων μεγάλους και ἰσχυρούς, και προσπαλαίων ἀεὶ και μὴ καθαιρούμενος· ἢ ὁ μὴ ἔχων ἀνταγωνιστὰς;

ΓΡΗΓ. Δῆλον ὡς ὁ ἔχων.

ΕΥΒΟΥΛΑ. Και ἐν πάλῃ ἄρα δοκιμώτερος ἀθλητῆς ὁ τοὺς ἀνταγωνιστὰς ἔχων;

B ΓΡΗΓ. Ἀνάγκη.

ΕΥΒΟΥΛΑ. Ούκοῦν και ψυχὴν ἀνάγκη πᾶσα τὴν μηχανωμένην πρὸς τὰς ἐφόδους τῆς ἐπιθυμίας, μὴ κατασπωμένην, ἀλλ' ἀνθέλκουσαν και ἀντιτασσομένην, ἰσχυροτέραν φαίνεσθαι τῆς μὴ ἐπιθυμούσης.

ΓΡΗΓ. Ἀληθῆ.

ΕΥΒΟΥΛΑ. Τί δαι; τὸ καρτερώς ἔχειν πρὸς τὰς ὀρμὰς, Γρηγόριον, τῶν φαύλων ὀρέξεων, δοκεῖ σοι μᾶλλον ἀνδρείας εἶναι;

ΓΡΗΓ. Και σφόδρα.

ΕΥΒΟΥΛΑ. Ἡ δὲ ἀνδρεία αὐτῆς δύναμις ἀρετῆς;

ΓΡΗΓ. Δῆλον.

C ΕΥΒΟΥΛΑ. Ούκοῦν εἰ δύναμις ἀρετῆς ἐστὶν ἡ ὑπομονή, ἡ διοχλουμένη ἄρα ψυχὴ και καρτεροῦσα πρὸς τὰς ἐπιθυμίας δυνατωτέρα φαίνεται τῆς μὴ ὀχλουμένης;

ΓΡΗΓ. Ναί.

ΕΥΒΟΥΛΑ. Εἰ δὲ δυνατωτέρα, και κρείσσων (64).

ΓΡΗΓ. Ναί.

ΕΥΒΟΥΛΑ. Κρείσσων ἄρα ἡ ἐπιθυμοῦσα και ἐγκρατευσμένη τῆς μὴ ἐπιθυμούσης ἐστὶν, ἐκ τῶν προωμολογημένων, και ἐγκρατευσμένης.

ΓΡΗΓ. Ἀληθῆ λέγεις, και ἐπιθυμῆσω πληρέστερον ἐτι περὶ τούτων διαλεχθῆναι σοι. Εἰ οὖν σοι φίλον, αὐριον ἀφιξομαι πάλιν ἀκουσομένη τούτων. Νῦν γάρ, ὡς ὀρᾶς, ὥρα λοιπὸν τραπέσθαι και περὶ τοῦ ἐξωθεν ἀσχολίαν ἡμᾶς ἀνθρώπου.

adhuc incipiens ac quasi rudimentarius est, nec virtutis lyceo satis exercitatus. Fallacia ergo consequentis est. Plane siquidem melior ac præstantior, qui ex se et qua pollet virtute fortior est ac robustior, non qui debiliore virtute graviore insultus patitur, necdum ovare doctus victoria, sed nitens serio, perturbationum oppressus colluvie, ne, frequenti eo statu, naufragio profundo demergatur; clamans cum Paulo: *Infelix ego homo! quis me liberabit de corpore mortis hujus?* Hæc infantia ac parvuli ætas, illa viri perfectio. COMBESIS

LEONIS ALLATII

IN SYMPOSIUM DECEM VIRGINUM S. METHODII

NOTÆ ⁽¹⁾.

Col. 27. B. Gregorium et Eubulium nomina mulierum diminutiva pro Gregoria et Eubule, multa cum venustate formata, cum dicimus et conquirimus blanditiis benevolentiam colloquentium : more veterum tum Græcorum tum Latinorum, apud quos leges Glycerium, Philenium, Erotium, Adelphasium, Philocomasium, Pbilomatium et similia. Eubulium Methodius est, *Symposii* auctor; Gregorium, quæ symposio interfuit : et quæ viderat et audiverat, Methodio ea scire ambientis narrat.

Col. 32. B. *difficilem viam*. Respicit ad illa Hesiodi in *Operibus* :

Τῆς δ' ἀρετῆς ἰδρῶτα θεοὶ προπάροισεν ἐθηκᾶν
Ἀθάραται· μακρὸς δὲ καὶ ὀρθίος ὁμοσ ἐπ' αὐτῆρ,
καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον· ἐπήρ δ' εἰς ἀκρον ἰχθαί,
ῥηϊδίῃ δὴ ἔπειτα πέλει, χαλεπὴ περ ἑούσα.

Id est, « Ante virtutem vero sudorem disposerunt immortales : longa vero atque ardua via est ad ipsam, primumque aspera : ubi vero ad summum ventum fuerit, facilis deinceps est, quantumvis difficilis fuerit. »

Ibid. *Ingens et decora facie*. Virtutis speciem et pulchritudinem satis eleganter expressit Aristoteles hymno in Hiermiam dicto, Ἀρετὰ πολὺμοχθς. In hunc vere aureum de virtute Aristotelis hymnum exstat noster fusior Commentarius, nondum editus.

Ibid. *Nam verecundia in facie*. Neque enim quælibet pulchritudo laudabilis est, sed quam et verecundia et gravitas, et virtutes aliæ masculæ consecantur. Et ut verbo expediatur, ut Venus altera vulgaris, altera celestis ; ita et forma, et vulgaris et celestis fuerit.

Ibid. G. *Licet inter eundem*. Viarum ad virtutem et ad ignaviam discrimen habes ex Prodicō apud Xenophontem *Rerum memorabilium* lib. v, et ex Xenophonte apud Philostratum lib. vi *De vita Apollonii*, et alios : multumque ad hæc facit Cebe-
tis Tabula.

Col. 43. D. *Prius formam nostram multis peccatorum notis compunctam assumpsit*. S. Hieronymus explicans illud Pauli ad Roman. viii, in *similitudinem carnis peccati*, ideo dictum esse scribit, quia caro Christi fuit proclivis ad peccatum. Quidquid alii dicant, sanior sententia est, qua explicatur Hieronymus, Methodius et alii, non ideo dici, quasi Filius Dei carnem suscepit peccatis obnoxiam, vel ad peccatum proclivem ; sed quia carnem illam assumptam ab omni peccati inclinatione immunem, et peccato minime obnoxiam, de massa carnis suscepit, quæ erat ad peccandum proclivis, et peccato originis commaculata ; ideoque destituta justitia originali.

Col. 54. C. *Adjacentem montibus aditum e caelo in corpora descensusi*. Gregorius Nyssenus *De opificio hominis*, cap. 28, duplicem de animorum procreatione refert antiquorum opinionem, alteram Origenis ex comment. *De principis*, qui asserebat animos hominum, quasi quamdam nationem seorsum quadam ex republica existere longe ante corpora creatos : illisque tum vitutum, tum vitiorum

A proposita esse exempla, et animos virtutibus ditatos corporibus non copulari ; ad vitia vero conversos, tum eos in hanc vitam prolabi, et in corpora immitti : alteram dicentium, animum corporum ortu posteriorem esse ; cum Moyses commemoret primum de terra sumpto pulvere hominem finxisse Deum, deinde per inspirationem animum ei indidisse : neutram tamen harum opinionum reprehensione carere, cum prima Græcicas fabulas præse ferat, altera variis difficultatibus nutet. Lege apud eundem sequens caput, in quo fuse probat idem esse cum animo tum corpori existendi principium, licet quæ ad hoc insinuandum afferuntur, non æque omnibus probentur, de quo plane non una est omnium sententia. Hilarius verba illa psalmi cxxix, *Fiant aures tuæ intendentes*, exponens ait : *Prius quidem animam illam divino illo et incomprehensibili virtutis suæ opere constituit. Non enim cum ad imaginem Dei hominem fecit, tunc et corpus effecit*. Nec aliud innuit Augustinus *De Genesi* ad lit. lib. vii, cap. 24 : *Humanæ opinioni tolerabilius mihi videtur, Deum in illis primis operibus, qui simul omnia creavit, animam etiam hominum creasse, quam suo corpore, membris ex limo formati corporis inspiraret*. Hanc eandem opinionem Rufinus tribuit Hieronymo, ejus verba ex *Comment. in Epistol. ad Ephesios* referens. Philastrius cap. 99 utique hæreticos damnat, qui negant animas ante corpora creatas fuisse. Et Nyssenus addit non tantum Adami, sed omnium quoque animas ante corpus Adæ simul creatas fuisse ; idque sacrarum Scripturarum auctoritate probare contendit. Et hanc sententiam videtur amplecti Methodius *Convivii* orat. vi, cap. 1, dum Agatha dicit : Ἀτηκρίβωνται γὰρ αἱ ψυχαὶ τῷ γεννησαντι τότε μάλιστα καὶ πλασαμένῳ, ὅπως τὴν καθ' ὁμολωσιν ἰδέαν ἀχραντον ἐκλάμπουσιν, καὶ τοὺς χαρακτηριστῆρας τῆς ὀψείας ἐκαίνης, πρὸς τὴν ἀπορῶν ὁ θεὸς ἀθάνατον μορφήν καὶ ἀνώλεθρον ἐχούσας αὐτὰς ἀπειργάζετο, τοιαῦτα διαμένουσι, etc. Hoc Petrus Parisiensis episcopus lib. ii *Sentent.*, distinct. 17, et alii putant defendi posse absque hæreseos periculo, dummodo non existimetur, animas antequam illabantur corporibus peccasse, et propter peccata detrusas in corpora tanquam in carcerem. His tamen retragatur Leonis I auctoritas, epistola ad episcopum Astericensensem scribentis : *Catholica fides constanter prædicat atque veraciter, quod animæ hominum priusquam suis inspirarentur corporibus, non fuere*. Sed posse supradictas opiniones de creatione animarum ante corpora cum catholicis componi, judicat D. Thomas i part., quæst. 90, si dicamus animas hominum præcessisse corpora non secundum actum, sed secundum quamdam similitudinem generis, qua animæ conveniunt cum angelis intellectuali natura. Augustinus non ejusdem semper sententiæ fuit. Nam lib. ii *De Genesi* allegorice cap. 10 docuit corpus hominis non fuisse conditum ante animæ creationem, sed una cum ipsa anima, et eodem simul tempore : et apertissime lib. i *Retract.*,

(1) Notæ hujusmodi Allatianæ hoc signo in textum immisso indicantur.

cap. 10, Origenem confutat Epiphanius et alii, et A
Cyrillus omnium accuratissime lib. 1 *Comment. in Joannem*. Assendum nihilominus est cum D. Thoma et aliis simul, animam creari cum corpore. Quamvis enim Deus quieverit a creatione specifica cunctarum specierum, non tamen ab individua creatione animorum, qui quotidie humanis corporibus infunduntur. Similes de animorum procreatione sententias breviter ac distincte expressit Anastasius Sinaita orat. *De hominis creatione ad imaginem et similitudinem suam*. Vide etiam Nemesii episcopi *De natura hominis* cap. 2 et 3, qui de anima multas antiquorum sententias refert, et strenue refutat. Methodium porro non sequi Origenem, quamvis animorum descensum de cœlo ponat et missionem, fatebitur quicunque amborum dicta contulerit. Origenes eas ante corpora creatas in cœlo reponit liberis suique juris ad bonum et ad malum; si bonum et virtutum secutæ fuerint, corporibus non copulari; ad vitia vero conversas in corpora immitti. Qui reprobat similia et confutat, absurde dicitur Origenem sequi. At hoc facit Methodius. Sed quid hic ipse plura recolare conor? Satis sit ea exscribere quæ doctus quidam vir in margine codicis, ex quo mea hausi, pro Methodio doctissime adnotavit: « Μὴ νόμιζε, ὅτι, κατὰ τοὺς αἰρετικούς τοὺς λέγοντας προὔπαρξιν, φησὶ τὴν κατὰθεσιν καὶ παραπομπὴν τῶν ψυχῶν ἀπὸ τῶν οὐρανῶν. Σαφῶς γὰρ οὗτος μάχεται τῷ τοιοῦτῳ δόγματι, ὡς ἔγνωσεν ἐν τῷ πρὸ τούτου λόγῳ· ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ *Περὶ ἀναστάσεως*. Ἄλλ' ὅτι ἡ τινὲς παραχαράχεται ἐπλαστογράφησαν τοῦτο τὸ χωρίον, καθὼς καὶ τὴν θείαν Γραφὴν πολλοὶ παραποιήσαντες ἠλέγχθησαν παρὰ τῶν ἁγίων· ἢ τὴν κατὰθεσιν νόησον αὐτὸν εἰρηχέναι ἀπὸ τῶν οὐρανῶν, ἐπειδὴ οὐράνια ἐστὶ τὴν φύσιν ἤτοι τὴν οὐσίαν ἢ ψυχὴ· καὶ διὰ τοῦτο κοινωνῶς αὐτὴ λέγεται τῶν θεῶν δυναμένη. Καὶ αὗται γὰρ, ὡς ἐκείναι ἀσώματα, ἀθάνατοι, ἀόρατοι. Ὅθεν οὐράνιον καὶ ἐπίγειον ζῶον λέγεται ὁ ἄνθρωπος παρὰ τῷ Διδασκάλῳ, καὶ κόσμος μικρός· δι' αὐτοῦ γὰρ ἐποίησεν ὁ θεὸς μίαν συμφωνίαν καὶ κοινωνίαν ὁρατῆς καὶ ἀόρατου κτίσεως. Καὶ μάλιστα πάντων ὁ Γρηγόριος ὁ Ναζιανζοῦ ταῦτα διασαφρίζει ἐν τῷ ἑαυτοῦ λόγῳ, μᾶλλον δὲ εἰς τοὺς περὶ τὸ Πάσχα καὶ τὰ Φῶτα λόγους. Ἄλλως τε καὶ ἐντεῦθεν ὁ σκοπὸς δεῖκνυται τοῦ λέγοντος μὴ τοῦτο φρονούντος. Ἐκεῖνοι γὰρ ὡς εἰς καταδίκην, τὸ σῶμα, φασὶ τῆς ψυχῆς πέμπεσθαι ἀπ' οὐρανῶν· οὗτος δὲ τὴν σύστασιν αὐτὴν τὴν τοῦ ἀνθρώπου καὶ τὴν ἀρχὴν τῆς γενέσεως ἐκ τῆς εἰς τὴν μήτραν καταβολῆς τοῦ σπέρματος φησὶ. Καὶ σκόπει πῶς πρὸ δύο φύλλων, ὅπως τὸ ἐκ τῶν ὀστέων ὀστοῦν, καὶ ἢ ἐκ τῆς σαρκὸς σὰρξ, ἄνθρωπος, ἀοράτῳ ληφθέντα δυναμει. Πλάττεται ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ τεχνίτου δημιουργηθέν. Τί δὲ ἐστὶν ἕτερον ἀνθρώπου ἢ τὸ συναμφοτέρον ἐκ τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος; Τοῦτο γὰρ διὸν ἀνθρώπος ἐστίν, ὡς φησὶ Διονύσιος ὁ Ἀρεοπαγίτης ἐν τῷ 7 κεφαλαίῳ τῆς *Ἐκκλησιαστικῆς Ἱεραρχίας*, καὶ Γρηγόριος ὁ Ναζιανζοῦ ἐν τῇ πρὸς Κληδόνιον ἐπιστολῇ. Τοῦτο δὲ καὶ ἡ φύσις αὐτὴ διδάσκει, ὅτι ἀνθρώπος λέγεται ψυχὴ καὶ σῶμα. Διηρημένου γὰρ, τὸ μὲν καλεῖται ψυχὴ, τὸ δὲ σῶμα. Τοῦτο δὲ σαφῶς ἔδειξεν ὁ Κύριος εἰπὼν ἐν Εὐαγγελίῳ: *Μὴ φοβηθῆτε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτείνειν*· ὡς εἶναι τὸ μὲν ψυχὴν, τὸ δὲ σῶμα, συναμφοτέρον δὲ ἀνθρώπος. Καὶ διὰ τοῦτο εἶπε· *Φοβηθῆτε δὲ μᾶλλον τὸν δυνάμενον καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα ἀπολέσαι ἐν τῇ γενέσει*. Καὶ αὐτὸς δὲ ἐν τῷ πρὸ τούτου λόγῳ φησὶν ἐν κεφαλαίῳ γ'. Οὐκοῦν μὴ νομιζέτω τις κατὰ τὸ τῆς προὔπαρξως τὸν Διδάσκαλον εἰρηχέναι ἐνταῦθα τὰ εἰρημμένα· ἀλλὰ καθὼς εἶπομεν, οὕτω νοητέον τὸ χωρίον. Εἰ μὴ οὕτω νοησωμεν, εὐρίσκειται αὐτὸς ἑαυτῷ ἐναντιούμενος· ὅπερ καὶ μωρὸν εἰπεῖν· οὐδεὶς γὰρ τοῖς ἑαυτοῦ μάχεται πώποτε. » — « Ne suspiceris hunc autorem veluti hæreticos asserentes animorum præ-

existentiam, descensum de cœlo, animorum missionem fateri. Simile namque placitum hic aperte oppugnat, ut plane vidisti in superiori libro, imo etiam quem idem edidit *De resurrectione*. Sed aut falsarii locum hunc elinxerunt, quemadmodum et divinas Scripturas plerique depravasse deprehensi sunt a sanctis: aut intelligito eum descensum de cœlo dixisse, quod natura aut substantia animus cœlestis est; proptereaque dicitur virtutum superiorum consors esse. Hi siquidem, uti et illi, incorporei sunt, immortales, invisibiles. Unde et cœleste et terrestre animal, homo nuncupatur a Magistro, et mundus parvus. Per ipsum enim Deus unam concordiam et communionem visibilis atque invisibilis creaturæ effecit. Et præ omnibus aliis hæc Nazianzenus Gregorius sua oratione declarat, et præcipue iis quas in Pascha et Lumina habuit. Alia quoque ratione ostenditur propositum dictantis non esse hæc probare. Namque illi veluti in condemnationem, corpus nempe, tradunt animos de cœlo mitti: hic vero ipsam hominis constitutionem et generationis principium ex circulatione in vulvam seminis esse pronuntiat. Et animadvertite quomodo ante duo folia illud, *os ex ossibus meis, et ex carne caro* 1, invisibili facultate assumptus ab eodem opifice fabrefactus effingitur. Quid porro aliud est homo quam ultimum ex animo et corpore? Hoc enim totum homo est, ut scribit Dionysius Areopagita cap. 7 *Ecclesiasticæ hierarchiæ*, et Nazianzenus Gregorius ad Cledonium epistola. Hoc præterea et natura ipsa docet, hominem dici corpus et animam simul. Nam si dividatur, hoc quidem dicitur animus, illud corpus. Quod plane Dominus etiam in Evangelii ostendit, cum ait 2: *Ne timeatis illos qui occidunt corpus, animam vero non possunt occidere*. Quare est hoc quidem animus, illud corpus, et utrumque homo. Ideoque dixit: *Timeate autem magis eum qui potest animam et corpus occidere in gehennam*. Idem dicit in libro qui ante hunc scriptus est, cap. 5. Quare nemo suspicetur Magistrum hunc dicta in hoc loco digessisse, ut animorum præexistentiam comprobaret, sed ut nos exposuimus, ita accipiendus locus est. Quod si is ita non intelligatur, idem ipse sibimet ipsi contraria dicere comperietur; quod stultum est dicere: nemo siquidem suis unquam adversatur. » An vero anima causetur ex semine, et quomodo uniatu corpori, vide apud S. Thomam 1 parte, quæst. 118.

Ibid. *Ipsa siquidem in occulto homines indumenta animi præterens effingit*. Videtur ex opinione Platonis in *Cratylō* et *Gorgia* loqui Methodius. Plato siquidem aiebat corpora animis deservire vice sepulcrorum, dicens *σῶμα* quasi *σῆμα*. Καὶ γὰρ σῆμα τινὲς φασὶν αὐτὸ εἶναι τῆς ψυχῆς ὡς τεθαμμένης ἐν τῷ νῦν παρόντι· καὶ διότι αὐτοῦ σημαίνει, ἢ ἂν σημήνη ἢ ψυχὴ, καὶ ταῦτα σῆμα ὀρθῶς καλεῖσθαι. Δοκούσι μένοι μοι κάλλιστα θέσθαι οἱ ἄμφι Ὅρσέα τοῦτο τὸ νοῦμα, ὡς δίκην διδούσης τῆς ψυχῆς, ὡν δὴ ἕνεκα δίδωσι. Τοῦτον δὲ περιβολὸν ἔχειν, ἵνα σώζηται δεσμοτηρίῳ εἰκόνα. Εἶναι οὖν τῆς ψυχῆς τοῦτο αὐτὸ, ὡς περ ὀνομάζεται, ἕως ἂν ἐκτίσῃ τὰ ὀφειλόμενα τὸ σῶμα. « Etenim σῶμα nonnulli aiunt esse animæ σῆμα, tanquam ad hoc quidem tempus anima sit in corpore sepulta; vel recte ideo est σῆμα, quoniam corporis ministerio utitur anima ad eas res quas sibi obsignari significandas explicandasque. Quanquam et mihi quidem rectissime videtur Orpheus ipsiusque studiosi istius vocabuli originem notasse, videlicet ut significetur anima pœnas pendere, et quidem explicari qua de causa illas pœnas pendat. Animum igitur quasi vallum claustrumque, carceris scilicet imaginatur et corpus circumferre, ut ipsa σώζηται, servetur, ac proinde illud ipsum esse animæ corpus, quod præ se fert vocabulum, donec quæ debet

1 Gen. 11, 23. 2 Matth. x, 28.

anima plane in corpore persolverit, nimirum sit
τὸ σῶμα. » Et in *Gorgia*: Καὶ ἡμεῖς τῷ ὄντι ἴσως
τέθναμεν· ἔπερ ἤδη που ἔγωγε καὶ ἤκουσα τῶν σο-
φῶν, ὡς νῦν ἡμεῖς τέθναμεν, καὶ τὸ μὲν σῶμά ἐστιν
ἡμῶν σῆμα. « Et nos revera morimur. Illud enim
a sapientibus audivi nos nunc mori, et nostrum
σῶμα, corpus, esse σῆμα, sepulcrum. » Ex quo sua
desumpsit Origenes, qui etiam corpus carcerem
animi nuncupavit, in quo inclusus male factorum
in cælo pœnas lueret : et lib. v et vii *contra Celsum*,
tabernaculum et indumentum sæpius. Late tamen
sumpto vocabulo verba Methodii accipienda sunt.
Cum enim animus ipse non videatur, sed actiones
ipsius per corpus expressæ; ideo corpore velut in-
volucro contegi videtur : et infra *σάρκινον τῆς*
ψυχῆς χιτῶνα, carneam animi vestem, corpus appel-
lavit; et orat. 3, § 7, hominem, Christi indumentum.
Quo etiam modo intelligendus est Paulus apo-
stolus II Corinth. cap. 1, *ἵψι οἰκίαν σκῆνος, domum*
tabernaculi, corpus, exteriore hominem, ad inter-
iores vocavit differentiam; et ad exponendum ex
hoc corpore animi exitum, et incorruptibilitatis
acquisitionem, *exspoliari et supervestiri* vocabulis
usus est.

Col. 58. A. *Hinc et angelis curatoribus*. Nota, stam-
tim atque nascuntur homines, custodia angelorum
committit.

Ibid. B. *Immortalem enim, et quod non vetera-*
scit. His error refellitur asserentium, cum progri-
gnuntur animi, non novam substantiam, neque
aliam ab ea quæ est, importari, sed eam quæ sit,
per providentiam multiplicari. Hinc Eunomius
illud, *Pater meus operatur*¹, non de creatione, sed
de Providentia dictum esse intelligebat. Hinc Apol-
linarius putabat, animos ab animis gigni, ut a cor-
poribus corpora. Progredi enim uti propagationem
corporum, animum per propagationem primi ho-
minis in omnes, qui ex illo generantur : neque
enim sepositos esse et conditos animos, neque nunc
gigni. Qui enim hoc dicunt, Deum mœchis operam
navantem faciunt, quod ex his pueri nascantur;
et mendacii illud evinci, *Cessavit Deus ab omnibus*
*operibus suis, quæ cepit facere*², cum nunc etiam
animos faciat. Errorem confutat Nemesius *De na-*
tura hominis, cap. 2, et notat differentiam Provi-
dentia et creationis : Προνοίας μὲν γὰρ ἔργον ἐστὶ
τὸ ἐξ ἀλλοτρονίας διασωζειν τῶν φθαρτῶν ζώων
οὐσίαν· λέγω δὲ τῶν μὴ κατὰ σπευδόμενα γενομένων·
ἐπειδὴ τὴν τούτων διαδοχὴν σπευδῶν πάλιν ἑτέρα
διαφυλάττει· κτίσεως δὲ τὸ κράτιστον ἔργον τὸ ἐξ
οὐκ ὄντων ποιεῖν. « Providentiæ enim opus est, per
unius ortum ex altero conservare substantiam ca-
ducorum animalium : dico eorum quæ ad putre-
dine non nascuntur. Nam horum propagationem
alia rursus putrefactio conservat. Creationis vero
præstantissimum officium est, ex nihilo aliquid
efficere. » Dicta de prognatis ex putrefactione, ne
ita dicta existimes, quasi ea Nemesius Providentiæ
subtrahat, sed tantum ad notandum Providentiæ
opus circa ea quæ ad sui generationem externo
agente indigent. Et animum produci a Deo dispo-
sita materia per actionem agentis, insinuat D. Tho-
mas 1 part. quæst. 118, art. 1, ad 3.

Col. 62. D. *Et enim cum character ipsius*. Nota de
characterē et profunditate sententiarum Pauli.

Col. 79. A. *Bonum eis est, si manserint ut et ego*.
Oritur ex his verbis Pauli quæstio perdifficilis : Num
D. Paulus cælebs fuerit, vel uxorem duxerit? Uxo-
rem duxisse tradit Ignatius martyr epistola ad Phi-
ladelphenses (2), cum illum inter conjugatos aposto-
los enumerat : Εὐχομαι γὰρ, ἄξιος Θεοῦ εὐρεθῆαις,
πρὸς τοῖς ἑνεσιν αὐτῶν εὐρεθῆναι ἐν τῇ βασιλείᾳ,
ὡς Ἀβραάμ, καὶ Ἰσαάκ, καὶ Ἰακώβ, ὡς Ἰωσήφ,

καὶ Ἰσαίου καὶ τῶν ἄλλων προφητῶν, ὡς Πέτρου
καὶ Παύλου, καὶ τῶν ἄλλων ἀποστόλων τῶν γάμοις
προσομιλησάντων. « Opto enim ut dignus sim in
regno cælorum ad horum pedes locum mihi dari,
ut Abrahæ, Isaac, Jacob, ut Joseph, Isaia et alio-
rum prophetarum : ut Petri et Pauli, et aliorum
apostolorum qui nuptiis operam dederunt. » Ignatius,
apostolis σύγχρονος, consuetudine conjunctissimus,
sanctitate illustris, veritatis amator, cujus laus
apud sanctissimos et præstantissimos viros maxima
est, potuit similia, uti erant, conquirere, et scire
etiam in dubiis ab iisdem apostolis. In argumento
simili, cum virgines conjugatis præfert, non ex
apostolis præcipuos, si illi non erant, in conjuga-
torum numero collocasset. Ergo fuere. Ergo Paulus
inter conjugatos accensendus est. Clemens Alexan-
drinus, falsa epistolæ Pauli interpretatione, Pau-
lum conjugatum facit. Verba Clementis recitat Eu-
sebius lib. II *Histor.*, cap. 24, et Nicephorus Cal-
listus lib. II, cap. 44. Cælibatum tamen illius acer-
rime defendunt Ambrosius, Hieronymus, Chry-
sostomus, Theodoretus, Theophylactus, Œcume-
nius et alii; probantque constantissime ex ipsius
Pauli verbis : *De non nuptiis et viduis bonum est il-
lis, si sic permanserint, sicut et ego*³. Adducta ex
Ignatio dicunt esse corrupta, et nomen Pauli addi-
tum. In margine editionis Antuerpianæ apud Chri-
stophorum Plantinum 1572, in 8°, adnotatur : *Pauli*
nomen in antiquissimis codicibus Anglicanis et aliis
non exstare, et doctissimos plerosque oscitantiam
scolorum aut scribentium assumunt censere. Baro-
nius, anno Christi 57, num. 58, multis atque
optimis argumentis concludit et Pauli cælibatum et
nomen Pauli esse ab adversariis epistolæ additum.
Prostat resolutio quæstionis de S. Paulo apostolo,
an conjugatus fuerit, necne, auctore Kiliano Leib,
priori Rebdorfensi, anno 1645, in-4°, non inductæ.
Alii quoque inter Catholicos hoc argumentum opti-
me pertractarunt, quibus suum calculum addit
noster Methodius in hoc suo *Symposio*.

Col. 94. C. *Hæ autem promissiones post resurrectio-*
nem. Et clarius adhuc orat. v, § 7 : Ἄλλ' Ἰουδαῖοι
μὲν τὴν σκίαν ἀπὸ τῆς εἰκόνας, τρίτην ἀπὸ τῆς ἀλη-
θείας, κατηγγέλασαν· ἡμεῖς δὲ τὴν εἰκόνα τῆς κατ'
οὐρανὸν διοικήσεως ἐναργῶς ἐκθειάζομεν. Τὸ γὰρ
ἀληθὲς ἀκριβῶς μετ' ἀνάστασιν ὀφθαλμῶσται, ὅπote
πρόσωπον κατὰ πρόσωπον τὴν ἀγίαν σκηνήν τὴν
σὺν τῶν ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἧς τεχνίτης καὶ δημιουργὸς
ὁ Θεός, ἀλλ' οὐ δι' αἰνιγμάτων καὶ ἐκ μέρους ἐπ-
οπτεύσομεν. Ἰουδαῖοι μὲν γὰρ τὰ ἡμέτερα προαν-
εφώνησαν· ἡμεῖς δὲ τὰ οὐράνια προαγγέλλομεν· ἐπει-
δήπερ ἡ μὲν σκηνὴ σύμβολον ἦν τῆς Ἐκκλησίας,
ἡ δὲ Ἐκκλησία τῶν οὐρανῶν. « Sed Judæi quidem
umbram ab imagine, a veritate nempe tertiam, de-
nuntiarunt : nos vero cælestis dispositionis ima-
ginem palam admirantes, divinis laudibus extolli-
mus. Nam quod verum est exacte post resurrectio-
nem manifestabitur, cum facie ad faciem sanctum
tabernaculum, civitatem nimirum cælestem⁴, cu-
jus opifex et conditor est Deus, non per speculum
in ænigmate, neque ex parte, aspectu ipso perci-
piemus. Judæi namque nostra prædixerunt : nos
cælestia prænuntiamus : cum tabernaculum typus
esset Ecclesiæ, Ecclesia vero cælorum. » Scribit
Methodius tabernaculum apud Hebræos imaginem
Ecclesiæ fuisse : sic eos per ea quæ sensibus ob-
jiciebantur, rerum divinarum species prænuntiassent,
cum tabernaculum esset divinæ administrationis
species. Et hæc quidem Hebræi in figuris et typis :
Christianos vero coleres clarius, sed veritate et re
ipsa obscurius colere quod purum et sincerum
nondum ad homines pervenit, et eos non posse
conspicere puram putam, nisi post resurrectionem,

¹ Joan. v, 17. ² Gen. II, 2. ³ I Cor. VII, 8. ⁴ Hebr. XI, 10.

(2) Non Ignatius, sed Ignatiaster, veræ Ignatianæ epistolæ interpolator, id tradit. GALL.

immortalitatem. Hinc tres status hominum colligit, Judæorum ante Christum, qui umbram a veritate tertiam denuntiabant; Christianorum, qui celestis dispositionis imaginem laudant et colunt; beatorum; qui non per speculum et in ænigmate et ex parte, sed facie ad faciem Deum post resurrectionem videbunt. Quare visionem Dei post resurrectionem beatis concedendam esse astruit. Sicque videtur præstantissimus martyr favere dicentibus, visionem beatificam post iudicium et resurrectionem corporum adfuturam. Nam si Judæi umbram tertiam a veritate denuntiant; nos imaginem ante resurrectionem colimus, et veritatem celestem profitemur, et veritas ipsa consecutura est post resurrectionem. Ergo veritatem ipsam post resurrectionem consequemur, quæ in visione beatifica consistet, cum facie ad faciem, ut ipse dicit, non per speculum in ænigmate, neque ex parte, sed aspectu ipso illam percipiemus. In hoc vero loco promissiones honorum factas virginibus et cum Christo assistentiam in cælo, postquam incorruptorum præmiorum certamen devicerint, post resurrectionem ad exitum perducendas esse decernit. Et quanam ante resurrectionem beatorum erit fruitio? quæ Dei visio? quod gaudium? quod bene gestorum præmium? Et interim beatæ illæ animæ quonam latent in loco? qua confidentia pro nobis Deum supplicat? Qua nos spe earum intercessionibus adjuvari singulis horis exoramus? Est hoc nugacium hominum delirium, quod fuse rejecimus tum alibi, tum epistola ad D. Boineburgium, Græcorum quibus id tribuitur, adductis testimoniis. Verumtamen verba martyris, si recte examinentur, aliud sonant. Cum enim in duobus primis statibus agat de homine, non ut anima tantummodo est, sed ut animo et corpore constat; pari modo in tertio quoque statu accipiendus est homo, nempe integer ex animo et corpore condatus; et tum vera dicit. Ante enim resurrectionem, licet animus hominis perfecte beatitudinem possideat, non dicitur tamen homo possidere; cum pars ipsius, corpus videlicet mortuum et jacens, nondum illam assecutum sit, quam reurgens et animo unitum consequetur, cum vere tum homo eam constans animo et corpore obtinebit. Quod et ipse apertissime indicavit, cum scribit, *tum non ex parte, sed aspectu ipso percipiemus*. Ergo ante resurrectionem ex parte percipitur, nempe ab homine non integro, cum illa fruatur animus solus a corpore se junctus. Neque dicendum est cum intellexisse beatitudinem *ex parte*, imperfecte nempe et non integram ac totam percipi. Nihil enim in Deo imperfectum est et non integrum: quod de homine dici nequit, cum sua parte destitutus, corpore nempe, integer aut perfectus dici nequit. Et quamvis primo suo dicto animis tantum, nulla facta corporis mentione, dicat post resurrectionem promissa illa persolvenda; eo in loco ex meliore ac potiore parte hominem ex corpore et anima intelligit: et cum insinuat certamina et victorias in hac vita, quorum præmium promissiones illæ sunt; necesse est juxta eundem, cum illa certamina non fuerint animorum solum sed corporum etiam, præmia illa et certantibus et victoribus qui non alii sunt quam animi et corpora, tribuenda esse: quod non nisi post resurrectionem eveniet. Quod et manifestius infra expressit orat. vi, § 3, cum de castimoniam servantibus sermonem inculcans, non tantum de animis, sed de toto homine certante, et qui pro certaminibus præmiis alliciendus est, verba facit: *Ἡ γὰρ πεντάφωτος ἡμῶν ἀληθῶς λαμπὰς ἡ σὰρξ ἐστίν, ἢ ἡ ψυχὴ βαστάζουσα θαρδὸς δίχην τῶν νυμφῶν παρίσταται Χριστῷ, τῇ ἡμέρᾳ τῆς ἀναστάσεως, παραφαίνουσα διὰ πασῶν τῶν αἰσθησῶν διεκθρόσκουσαν λαμπρὰν τὴν πλῆστιν.* « Nam lampas quibus luminibus decora,

A vere caro est, quam anima gestans instar facis adstat sponso Christo, resurrectionis die per omnes sensus commonstrans exsiliemtem splendidam fidem. Quod si tantum hoc de animis dictum contendis, non minus ipse hoc in loco de corpore et carne absque animo et verisimilius dici contendam. Aut tu negabis omnino de corpore solummodo dici, cum post resurrectionem corpus et animus simul perfectissime visione fruentur: et ego nunc nego de animis solummodo illum intelligendum esse, qui absolutissime Deum possident: sed de corpore et animo eum verba facere, quæ nonnisi post resurrectionem beatitudine fruentur. Nec aliud sensit Methodius, ni velimus dicere, eum in paucissimis verbis sibi pugnantia pronuntiasset. Hic enim beatorum visione beata frui palam pronuntiat orat. iv, § 2: *Τούτο γὰρ ἐν τῷ ἑκατοστῷ καὶ τριακοστῷ ἔκτῳ δηλοῦται ψαλμῷ, ἔνθα ὕμνον εὐχαριστήριον ἀναπέμψουσιν ἰαρώς αἱ ψυχὰι τῷ θεῷ, ὁπόσαι δὴ παραλήφθεισαι καὶ κρατηθεῖσαι περιπολοῦσιν ἡδὴ μετὰ Χριστοῦ τὸν οὐρανόν, ὅτι μὴ κατεσπάρθησαν ὑπὸ τῶν ὑλικῶν καὶ σωματικῶν βεβρωμάτων.* « Et satis aperte in sexto et tricesimo supra centesimo psalmo cecinit, in quo pro gratiarum actione hilariter animæ, quæ apprehensæ detentæque nunc cum Christo cælum circumveant, quod a materiis et corporeis fluctibus abreptæ non sunt, laudem Deo transmittunt. In quo notandæ particule δὲ et ἡδὴ, quæ sane, jam, certe, nunc, nempe, et similia significant. Quare cum asseveranter dicat, animos jam in hilaritate constitutos hymnum Deo canere, et detentos apprehensosque cum Christo cælum circumveire, decernit plane nunc in beatitudine illos collocatos, visione beatifica frui. Nemo quod anxie expectat, si non possideat, hilaris est: quin illa expectatione et desiderio boni quod sperat aliquando futurum, indolet et contabescit. Et quis gratias agit, si non receperit beneficium, nec laborum præmium? Et quanam major excogitari poterit beatitudo, quam una cum Christo esse et cum eo cælum circumveire? Non aliam suorum certaminum coronam, non aliud præmium posebat Paulus: *Cupio dissolvi et esse cum Christo*. Et dicto Methodii jam dissoluti corpore animi apprehensique detentique, status nempe sui securitate quam nunquam amittent, cum Christo sunt lætitia exsultantes et Deum collaudantes. Et orat. viii, § 2: *Ὅθεν καὶ πρῶται τῶν ἄλλων μετὰ τὴν ἀνάκλησιν καὶ τὴν ἐντεῦθεν ἐκδημίαν αἱ ὀρθῶς καὶ πιστῶς παρεβουέσασαι τῷ Χριστῷ τὰ νικητήρια φέρονται τῶν ἄλλων, τοὺς τῆς ἀφθορίας ἀνθεσι σταφθεῖσαι παρ' ἑαυτοῦ. Ἄμα γὰρ τῷ καταλεῖψαι τὸν κόσμον τὰς ψυχὰς, λόγος ταῖς πρῶτοις ὑπαντῶντας ἀγγέλους μετὰ πολλῆς εὐφρημίας εἰς τοὺς προειρημένους παραπέμπειν λειμώνας αὐτάς, εἰς οὓς καὶ πρόσθεν ἐλθεῖν ἐγγίχοντο, μακρόθεν αὐτοὺς φαντασσωθεῖσαι τότε, ὅποτε ἐτι ἐπενημοῦσαι τοὺς σώμασιν ἐνθάλλοντο τὰ θεῖα. Ἐνταῦθα οὖν δὴ ἐλθούσας θεάσασθαι θαυμαστά τινα, καὶ ἐκλάμποντα, καὶ μακάρια κάλλη, καὶ ὅποια ἐξεπέειν εἰς ἀνθρώπους δυσχερές. Εἶναι γὰρ αὐτὴν δικαιοσύνην, καὶ αὐτὴν σωφροσύνην, ἀγάπην αὐτὴν ἔχει, καὶ ἀλήθειαν, καὶ φρόνησιν, καὶ τὰ ἄλλα ὡσαύτως ἐπιφανῆ τῆς σοφίας ἀνθὴ καὶ φυτῶν ἡμεῖς ἐνθάδε σκιάς μόνας φασματώδεις ὄνειρώσοντες, ἀπὸ τῶν πράξεων ἡγούμεθα τῶν ἀνθρωπίνων συνίστασθαι, ὅτι μὴ ἐστὶν αὐτῶν δεῦρο μὴδὲν εἰδῶλον καταφανές, ἀλλ' ἀπεικονίσματα τῶν ἁγίων, ἃ δὲ καὶ αὐτὰ σκοτεινῶς πολλάκις ἀπεικονίζοντες αἰσθανόμεθα.* « Hinc et ante alias post vocationem et ex hac vita exitum, rectæ fidelesque Christo virginitatis conservatrices, ab eodem incorruptibilitatis floribus redimita: victoriæ præmia referunt. Simul enim atque mundum animæ deseruerint, dicitur, virginibus angelos obviam factos, non sine laudem ingenti præconio in prædicta prata dedu-

¹ Philipp. i, 23

cere, in quæ antea pervenire appetebant, procul illa imaginatione complexæ tum, cum adhuc in corporibus degentes res divinas sibi repræsentabant. Eo itaque ubi pervenerint, admirabilia quædam et splendida et beata decora, et quæ hominibus verbo exprimere perquam difficile est, intueri. Esse enim ibidem loci ipsam justitiam et ipsam prudentiam, et ipsam dilectionem, et veritatem, et castitatem, et reliqua omnia; similiter præclarissimos sapientiæ flores et plantas: quorum nos hic umbras tantummodo imaginatione confictas somniantes, ex humanis actionibus consistere arbitramur; quod nullum sit eorum hic simulacrum clarum, sed figuræ solum obscuræ et species, quas etiam sæpius subobscurare nos effringentes intelligimus. « Et clariora de visione beatifica animorum ante resurrectionem post hanc vitam in Methodio conquirimus?

Col. 98. D. *Nam secundum Unigeniti effigiem facta.* Hujusce rei satis amplam expositionem vide apud Anastasium Sinaitam, orat. *De eo quod homo factus est ad imaginem et similitudinem Dei.*

Col. 103. C. *Nam qui in alto navigant tradunt eodem vento non in eadem loca vehi.* Hoc nos sic expressimus in nostro *Anachronismo Græco*:

Ὁὐ πέλτατος διάνυσιν ὁμῶς πρόδος, οὐδ' ἶος οὐρός·
 Παντοῶν δ' ἀνέμων ὄρα τάραξεν ἅλα.
 Πνεῦμα δὲ τοῖς μὲν ἔην ἀντίπροος, Ἰαμενον ἄλλοις,
 Χρεῖὸν δ' αὖ ἀνέμῳ τῷ παρόντι τρέχειν·
 Αὐτῷ γὰρ διέπλευσε κατάβροον ὁκλῆς ἀήτη,
 Αὐτῷ νηὺς ἑτέρη δύσσορον ὀδῶμα θέσι.

Col. 125. D. *Sic et sapientiæ Spiritus intellectualis, et sanctus, et unigenitus.* Filium monogenitum, Unigenitum dici, verum et catholicum est, cum ante eum Filius concipiatur nostro modo intelligendi: at Spiritum sanctum generari cum procedat, et processio aliud a generatione sit, catholicæ aures audire non sustinebunt. Possem hic dicere, id ab hæreticis additum, auctoritate Photii sultus, qui multa ab hæreticis in hoc Dialogo addita esse adnotavit. Et insulse concluderet, Spiritum esse genitum, quia multi defendunt, solum Patrem esse ingenitum, cum et ipse dicatur ingenitus negative, nempe non genitus; qui licet ab alio sit ut persona subsistens per processionem non per generationem, quo modo etiam ad relationem pertinet, sicuti non homo ad genus substantiæ, et non album ad genus qualitatis reducitur. Quare dicimus Methodium locutum generationis vocabulo late sumpto, quemadmodum et alii Patres antiqui, ut indicaret nempe principium et fontem Deitatis Spiritum non habere ex se sed ab alio. Sic ante Methodium Jacobus apostolus epistola catholica cap. 1: Πᾶν δῶρημα τέλειον ἔνωθέν ἐστι καταβαῖνον ἀπὸ τοῦ Πατρὸς τῶν οὐρανῶν. « Omne donum perfectum desursum est, descendens a Patre luminum. » Hoc testimonio utitur Dionysius Areopagita *De celesti hierarch.* cap. 1. Pater originale lumen est, Filius et Spiritus sanctus ex illius substantia, lumina de lumine: quod expressius Damascenus in *Carminibus, Lumen*, inquit, *immutable, Verbum luminis Patris ingeniiti, in lumine tuo hodie viso in Thabor, lumen videmus Patrem, lumen et Spiritum illuminantem omnem creaturam.* Dionysius Areopagita cap. 2 *De divinis nominibus.* Filium et Spiritum sanctum nuncupavit Τῆς θεογόνου θεότητος, εἰ οὕτω χρῆ φάναι, βλαστὸς θεοφύτους, καὶ ὅσον ἄνηθ, καὶ ὑπερούσια σῶτα. « Deigenæ divinitatis, si ita dicendum sit, germina Deo oriunda, floresque ac lumina supersubstantialia. » Quam supra dixerat πηγᾶσαν θεότητα, ex qua nempe tanquam origine, fonte et principio prosiliunt et emanant veluti germina, Filius et Spiritus. Nec aliter expouunt Dionysium Maximus Homologeta, et Georgius Pachymerius. Hinc ductus Synecus non alia mente Spiritum et Filium filios appel-

lavit hymno 1:

Ἵπερκύσιος δὲ παρὰ
 Στέφεται ἄλλοι παιδῶν
 Ἀπὸ κέντρον τε θορότων,
 Περὶ κέντρον τε βυέντων.

« Supersubstantialis vero fons coronatur pulchritudine filiorum, qui ex centro proflexerunt, et circa centrum defluerunt. » *Processio enim in divinis*, ut ait D. Thomas 1 part., quæst. 17, art. 4 ad 3, non habet proprium vel speciale nomen nisi generationis. Unde processio quæ non est generatio, remansit sine speciali nomine, sed potest nominari spiratio, quia est processio Spiritus. Et hæc quidem plana sunt. Illud videtur difficultatem augere, quomodo Spiritus unigenitus sit, cum illud tantummodo Filio conveniat. Basiliius in *Antirrheticis*: Μονογενῆς ὁ Υἱός, διὰ τὸ μόνος ἐκ μόνου γεννᾶσθαι. « Unigenitus Filius, quod solus ex solo generetur. » Gregorius Theologus orat. 2, de Filio: Μονογενῆς δὲ οὐχ ὅτι μόνος ἐκ μόνου καὶ μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ μονοτρόπως. « Unigenitus enim non quod solus ex solo et solum, sed quod etiam singulariter. » Maximus in *Colloquio* contra Anomæum: Ἐπειδὴ μόνος ἐκ μόνου. « Quandoquidem solus ex solo. » Gregorius Thaumaturgus: Εἰς Θεὸς Πατὴρ Λόγου, καὶ εἰς Κύριος μόνος ἐκ μόνου. « Unus Deus Pater Verbi, et unus Dominus solus ex solo. » Damascenus orat. *De Triade*: Μόνος ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱός, μόνος ἐγεννήθη. « Solus ex solo Patre Filius generatus est. » Sic Gregorius Nyssenus ad Ablabium, postquam causæ et causati, nec non ex causato causati differentiam expressit, concludit: Ὅστε καὶ τὸ μονογενὲς ἀναμφίβολον ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ μένειν, καὶ τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς εἶναι τὸ Πνεῦμα μὴ ἀμφιβάλλειν, τῆς τοῦ Υἱοῦ μεσιτείας καὶ ἐαυτοῦ τὸ μονογενὲς φυλαττούσης, καὶ τὸ Πνεῦμα τῆς φυσικῆς πρὸς τὸν Πατέρα σχέσεως μὴ ἀπειργούσης. « Ita ut unigenitum sine ulla hæsitatione in Filio maneat, et ex Patre esse Spiritum minime dubitetur, Filii mediatione et ipsi unigenitum conservante, et Spiritum a naturali erga Patrem relatione non arcente. » Similia habent Anastasius Sinaita, et plerique alii Patres Græci. Chrysostomus: Ἰδιότητα γὰρ ὅταν εἶπω, τὸν Πατέρα Πατέρα νόησον, τὸν Υἱὸν Υἱὸν, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον Πνεῦμα ἅγιον· αὐταὶ γὰρ αἱ ἰδιότητες οὐχ ἀντιστρέφονται. Οὐ δύναται γὰρ ὁ Πατὴρ ἢ Υἱὸς εἶναι, ἢ ὁ Υἱὸς Πατὴρ, ἢ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον εἶναι Πατὴρ ἢ Υἱός. « Proprietatem enim cum dixerō, Patrem Patrem intellige, et Filium Filium, et Spiritum sanctum, Spiritum sanctum: hæc enim proprietates non convertuntur. Nam non potest Pater Filius esse, aut Filius Pater, aut Spiritus sanctus aut Pater aut Filius. » Et Theodorus Raitenus: Ταῦτα τὰ τρία οὐδὲν ἀλλήλων διαφέρουσιν ἢ (f. εἰ) μὴ μόνον κατὰ τὰ ἰδιώματα, καὶ τῷ τὸ μὲν εἶναι Πατέρα, τὸ δὲ Υἱὸν, τὸ δὲ Πνεῦμα. « Hæc tria nihilo inter se discordant, nisi solummodo proprietate, et quod hoc Pater est, hoc Filius, hoc Spiritus sanctus. » His tamen non obstantibus, quod postmodum docuerat D. Thomas antea expressit Methodius, cum ait hunc Spiritum unigenitum a paternis thesauris spirari: Καὶ μονογενὲς ἀπὸ τῶν πατρῶν ἄνωθεν πρώτως καταπιεόμενον θησαυρῶν. « Et Unigenitus, qui ex paternis thesauris desuper placide perflatur, vel spiratur. » En quomodo processionem emanationemque quæ non est generatio, generationis nomine inculcatam, spirationis nomine explanavit. Itaque uti supra de genito, ita et de unigenito intelligendus est: cum enim processio amoris non habeat nomen proprium, communiori vocabulo, et quo principium ab alio, et originem suam agnoscit, generationis scilicet explicavit; quam tamen non esse vere generationem, addito alio spirationis nomine indicavit. Ita etiam ut hanc spirationem, et hunc Spiritum unum esse, quemadmodum et genitum unum significaret,

unigeniti nomine, quasi diceret *unspirati* usus est. Unus siquidem est Pater, unus Filius, unus Spiritus sanctus.

Col. 31. C. Addebat siquidem reliquis aliis præstantiorem majoremque. Ergo Pater major est Filio, cujus testimonio ad sua comprobanda Filius utitur. Hoc vero dogma Arii est. Dictionum *μεῖζονος*, *μεγίστου*, καὶ *μεγάλου*, *majoris*, *maximi*, et *magni*, in Trinitate inventorem facit Apollinarium Theodoretus, *De sab. hæret.* lib. iv, cap. 8: Ἐν ἐνόις δὲ βαθμοῦς ἀξιωμάτων ὠρίσατο, ἑαυτὸν διανομεῖα τῆς θείας χειροτονήσας νομῆς. Αὐτοῦ γὰρ ἐστὶν εὐρεμα τὸ *μεγα, μείζον, μέγιστον* ὡς μεγάλου μὲν ὄντος τοῦ Πνεύματος, τοῦ δὲ Υἱοῦ *μεζονος*, *μεγίστου* δὲ τοῦ Πατρὸς· τί δ' ἂν τούτου γένοιτο γελοιώτερον; Εἰ γὰρ μίαν εἶναι τῆς Τριάδος τὴν οὐσίαν τῷ ὄντι φησὶ, πῶς τὴν αὐτὴν καὶ σμικρὰν καὶ μεγάλην ὑπέκλῃσεν; — « In nonnullis vero gradus dignitatum decrevit, semet ipsum divinæ distributionis dispensatorem constituens. Ipsius enim inventum est illud, magnum, majus, et maximum: quasi vero Spiritus magnus existat, Filius major, et maximus Pater; quo excogitare potest magis ridiculum? Etenim si unam esse Trinitatis essentiam vere ait, quomodo eandem et parvam et magnam existimavit? » Et Eusebium Cæsariensis lib. v, cap. 4, *De demonstratione evangelica*, scribit Filium, τῶν δευτέρων ἡξιώσθαι, « Secundas obtinere partes. » Et cap. 2, præstantiorem quidem Filium omni angelica natura esse, *inferiorem* tamen, *μεῖζονα*, *prima causa*. Et clarius ad Euphrasionem episcopum epistola, uti legitur in septima synodo, Act. 6: Οὐ γὰρ συνπαρῆεν φαμέν τὸν Υἱὸν τῷ Πατρὶ, *προὔπαρχειν* δὲ τὸν Πατέρα τοῦ Υἱοῦ· πλὴν αὐτὸς ὁ πάντων μάλλον ἀκριβῶς ἐπιστάμενος Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ἕτερον ἑαυτὸν εἰδῶς τοῦ Πατρὸς, καὶ *μείζονα*, καὶ ὑποδεηχότα, εὐ μᾶλλον εὐσεβῶς τοῦτο καὶ ἡμᾶς διδάσκει λέγων· Ὁ Πατὴρ ὁ πέμψας με *μείζονα* μου ἐστίν. — « Non enim simul cum Patre Filium fuisse fateamur: verumtamen ipse Filius Dei qui magis omnia liquido novit, alium se a Patre, et minorem, atque inferiorem sciens, admodum pie hoc etiam nos docet dicens: Pater qui misit me, major est me⁹. » Isidorus Pelusiota lib. i, epist. 422: Τὸ *μείζονα* καὶ *ἐλάττον* ἐπὶ τῶν ὁμοουσίων ζητεῖται, καὶ κρίνεται, pag. 108. Hinc Aetius insolue argumentabatur, quod Spiritus secundas partes a Filio teneret, et dignitate et ordine tertius esset, natura quoque tertium illum esse. Verum enimvero has easdem dictiones non in Methodio orthodoxe de Trinitate sentiente reperiri tantum, sed in aliis quoque Patribus et scriptoribus antiquis, qui in illis exercitus est, minime dubitabit. Athanasius orat. i *contra Arianos*: Τοῖς μαθηταῖς ὁ Κύριος τὴν θεότητα καὶ μεγαλειότητα δεικνύς ἑαυτοῦ, οὐκέτι ἐλάττονα ἑαυτὸν τοῦ Πνεύματος, ἀλλὰ *μείζονα* καὶ ἴσον ὄντα σημαίνων, εἰδίδου μὲν τὸ Πνεῦμα καὶ ἔλεγεν· Ἐγὼ αὐτὸ ἀποστέλλω, *κακείνος* ἐμὲ δοξάσει, καὶ ὅσα ἀκούσει λαλήσει. — « Discipulis vero deitate et magnitudine suam ostentans, non minorem semet ipsum Spiritu, sed majorem et æqualem denotans, elargiebatur Spiritum, et dabatque: Ergo illum mittam, et ille me glorificabit, et quæcumque audiet, loquetur⁹. » Basilius oratione iii, δευτερεύειν τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα, plane fateatur; quemadmodum Filius δευτερεύει τοῦ Πατρὸς. Christus quoque in Evangelio de Patre sermonem habens, eum vocat se ipso *majorem*¹⁰. Non me fugit sub Emmanuele Commeno coactam synodum de humanitate Christi et divinitate Patris verba Christi, *Pater major me est*, exposuisse, et quod non bene illa exponerent, Constantinum Bulgaricæ, metropolitam Corycensem, et Joannem Irenicum eorum scriptis condemnasse, de qua nos fusius volumine *De consensione utriusque Ecclesiæ* disseruimus. Ne vero

prolixiores simus, et Methodiana verba contra atque ea exponebant Arius et alii. sensu vero catholico interpretentur, ut alii se Patres interpretantur, apud Athanasium in divinis, ut supra vidimus, hæc eadem formula dicitur, major et æqualis Filius Spiritu, quæ Arianos ipsos atque Sabellianos jugulat, si originem et causam, ut Græci loquuntur, respicias. Georgius Trapezuntius *De processione Spiritus sancti* ad Joannem Cuboclesium: Ὁ δὲ Υἱὸς οὐ μόνον *μείζονα* τοῦ Πνεύματος, ἀλλὰ καὶ ἴσος. Λέπεται ἄρα τὴν ὑπόστασιν νοεῖν τοῦ Πνεύματος. Ταύτη δὲ ἴσος ὁ Υἱὸς τῆ θεότητι, καὶ *μείζονα* τῷ αἰτίῳ. Τὸ γὰρ *μείζονα* οὐ δυνάμενον ἐν τῇ Τριάδι τῆ οὐσία λέγεσθαι, ἀνάγκη τοῖς διακριτικοῖς ἀπονέμεσθαι. Μόνω δὲ τῷ αἰτίῳ καὶ τῷ αἰτιατῷ τὰ θεῖα πρόσωπα διακρίνεται. *Μείζονα* ἄρα ὁ Υἱὸς τοῦ Πνεύματος μόνω τῷ αἰτίῳ. « Filius vero non tantum Spiritu major est, sed et æqualis. Reliquum est igitur, ut hypostasis Spiritus intelligatur: illi enim æqualis est Filius divinitate, et major causa. Nam cum majus in Trinitate essentia nihil dici possit, necesse est illud discernentibus attribui. Sola vero causa et effectus divinæ personæ discernuntur. Major ergo Filius Spiritu, causa tantummodo. » Joannes Plusiadenus *Dialogo de concilio Florentino*: Ἐργως ἄρα τί δηλοῦν βούλεται τὸ *μείζονα* καὶ ἴσον αὐτὸν εἶναι τοῦ Πνεύματος; ἴσον μὲν κατὰ τὸ ὁμοούσιον· οὐδὲν γὰρ τῶν τριῶν προσώπων *μείζονα* καὶ ἐλάττον τῆ οὐσία καὶ τῆ θεότητι, ἀλλ' ἄκρα ἰσότης; *μείζονα* δὲ, ὅτι ἀπ' ἐκείνου τὸ εἶναι ἔχει. « Cognovisti itaque quid innuere vult majorem et æqualem esse ipsum Spiritu; æqualem quidem secundum substantiam: ex tribus enim personis nulla major aut minor aut essentia aut divinitate est, sed summa in illis æqualitas: majorem quod ab eo habeat, quod sit. » Simon Byzantius *De processione Spiritus sancti* ad Sophonium Athrescum verba Basilii ex tertio *Antirrhethico* exponens: Ἄλλ' ἴσως εἰποι τις ἂν, πρόδηλον, ὡς ἐπὶ τῆς ὑπερουσίῳ Τριάδος τὸ *ἀξίωμα*, εἴπερ ἐστὶν ἐκ τῶν οὐσιωδῶν ἰδιωμάτων, ἐξ ἴσου κοινὸν ἐστὶ ταῖς τριῶν θεαρχικαῖς ὑποστάσεσι. Τί οὖν ἐστὶν ὃ λέγει ἐνανθῶ ὁ μέγας Βασίλειος, ὅτι τὸ Πνεῦμα, ὡσπερ τῆ τάξει, οὕτω καὶ τῷ *ἀξιώματι* δευτέρον ἐστὶ τοῦ Υἱοῦ; *Δοκεῖ* γὰρ ἐκ τούτου εἰσάγειν τῇ Τριάδι αὐτὸς βαθμοῦς ἀξιωμάτων, καὶ ἐπακολουθῶς φύσεων. Καὶ γὰρ εἰ τῷ *ἀξιώματι* τὸ Πνεῦμα δευτέρον ἐστὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦμπαλιν ὁ Υἱὸς ἔσται τοῦ Πνεύματος *μείζονα* τῆ ὑπεροχῇ τοῦ *ἀξιωματος*, καὶ ὁ Πατὴρ ἀκολουθῶς τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἰδίου· ὅπερ ὁ αὐτὸς ἐν τοῖς *κατ' Ἐννομίον Ἀντιρρητικαῖς* οὐδαμῶς καταδέχεται. Τί τὸ λοιπὸν ἐστὶν ὃ φησι; *Δοκεῖ* γὰρ αὐτὸς ἑαυτῷ ἀντιλέγειν ἐν τούτῳ τῷ *μέρει*. Ἄλλ' εἰς λύσιν τοῦ τοιούτου ζητήματος προσεχτέον, ὡς ὁ Εὐνόμιος ἐν τοῖς *ψευδοπέσειν* αὐτοῦ συγγράμμασιν, εἰπὼν περὶ τῶν ἁγίων Πνεύματος, ὡς ὁ αὐτὸς καὶ οἱ αὐτοῦ ὁμόφρονες τὴν τῶν ἁγίων ἐν ἅπασιν διδασκαλίαν φυλάσσοντες, *παρ' ὧν αὐτὸ τρίτον τῷ *ἀξιώματι* καὶ τῇ τάξει μαθόντες, τρίτον εἶναι καὶ τῆ φύσει πεπιστευχασιν· ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τῷ εἰρημένῳ περὶ τοῦ Πνεύματος τρίτῳ λόγῳ αὐτοῦ ἀποκριθεὶς αὐτῷ δύο ποιεῖ· πρῶτον μὲν ἐλέγχει Εὐνόμιον, ὡς ἐψεύσατο ταῦτα εἰπὼν, διδὲ καὶ λέγει· « Τίνες οἱ ἄγιοι καὶ ἐν ποίοις λόγοις τὴν διδασκαλίαν πεπολήθησαν, εἰπεῖν οὐκ ἔχει. Ἄρα γέγονεν οὕτω τολμηρὸς ἀνθρώπος τὰς περὶ τῶν θεῶν δογμάτων καινοτομίας εἰσηγούμενος! » Τὸ δεύτερον, εἰδὼς ὁ μέγας Βασίλειος, ὅτι τὸ *ἀξίωμα* ἐπὶ τῆς ὑπερουσίῳ Τριάδος, διχῶς ἐκλαμβάνεται, οὐσιωδῶς τε καὶ προσωπικῶς, συγχωρεῖ Εὐνόμιῳ, ὡς ἐκ τῶν ἀνωτέρω δηλὸν καθίσταται, τὸ *ἀξιώματος* τὴν φωνήν· διδὲ καὶ *κατ' ἐκείνου φησὶ*: « Τίς γὰρ ἀνάγκη, εἰ τῷ *ἀξιώματι* καὶ τῇ τάξει τρίτον ὑπάρχει τὸ Πνεῦμα, τρίτον εἶναι αὐτὸ καὶ τῆ φύσει; *ἀξίωματι* μὲν γὰρ, οὐ τῷ οὐσιωδῶς, ἀπαγεῖ! Κατὰ γὰρ τὸ αὐτὸ οὐδέμια τῶν τριῶν θεῶν ὑποστάσεων προσεπιθευρεῖται, ἢ προθεωρεῖται τῆς ἄλλης· ταυτίζονται γὰρ τῇ αὐτῇ· ἀλλὰ τῷ ἰδίῳ προ-*

⁹ Joan. xiv, 28. ¹⁰ Joan. xvi, 23. ¹¹ Joan. xiv, 28.

ἁπλοῦς αὐτοῦ ἀξιώματι δευτέρον χρηματίζει Υἱοῦ· καίτοιγε, ὡς φασιν, πρῶτον ἔστιν ὄνομα ἀξιώματος. « Sed forte quispiam dixerit : manifestum est in supersubstantiali Triade dignitatem, siquidem est ex essentialibus proprietatibus, eodem modo communem esse tribus divinitatis principibus hypostasibus. Quid igitur est, quod hic magnus Basilius asserit, Spiritum uti ordine, ita et dignitate secundum esse a Filio? Videtur enim hisce insinuare in Trinitate gradus dignitatum, et consequenter naturarum. Namque si dignitate Spiritus secundus a Filio est, erit item Filius excellentia dignitatis major Spiritu, et Pater consequenter proprio Filio : quod ipse in *Antirrheticis adversus Eunomium* nullo modo admittit. Quid ergo est quod ipse dicit? namque ipse contraria hoc in loco videtur insinuare. Verumtamen pro resolutione hujusmodi questionis attendendum est, Eunomium in suis mendaciloquis commentariis, cum dixisset de Spiritu sancto, semetipsum et reliquos qui una cum eo sentirent, sanctorum in omnibus doctrinam servare, a quibus cum didicerimus tertium ipsum esse dignitate et ordine, tertium itidem natura ipsum esse credere; magnus Basilius in jam laudato tertio suo *De Spiritu sancto* libro respondens, duo peragit : Primum quidem, Eunomium uti mendacem cum similia asserit, redarguit, quare et subdit : Quinam vero isti sancti sunt, et quibus verbis id docuerunt, dicere non potest. An vero quispiam unquam sese novis divinis placitis introducendis tam audacem præbuit? Secundum, cum sciret magnus Basilius dignitatem in supersubstantiali Triade dupliciter sumi, essentialiter et personaliter; concedit Eunomio, ut ex supra jam allatis manifestum sit, dignitatis vocem; ideoque adversus eumdem dicit : Quæ ergo necessitas est, Spiritum sanctum tertium esse natura, etiamsi ordine et dignitate tertius est? Nam dignitate quidem, non essentiali, absit! secundam enim illam rationem nulla ex divinis personis aut intelligitur aut præintelligitur : namque una sunt illa; sed propria sui ipsius dignitate secundus est a Filio, licet, ut inquitur, persona est nomen dignitatis. » Sed hi recentiores sunt. Fateor. Antiquiores advocemus. Constantinus Melitenota orat. *De processione Spiritus sancti* : "Ὅσπερ γὰρ, ἴνα κατ' αὐτὸν τὰ θεῖα πολλὴν καὶ αἰθρῆς ἔρῳ, τάξει καὶ ἀξιώματι τοῦ Πατρὸς ἔστιν ὁ Υἱὸς δευτέρον, ὅτι παρ' αὐτοῦ κέχρηται μεθ' ἄλλων πλουτεῖ καὶ τὴν αἰτίαν καὶ τὴν ἀρχὴν τῆς ὑπάρξεως, οὐ κατ' ἔνοιαν ἐτέραν πινὰ τοῦ ἀξιώματός τε καὶ τῆς τάξεως· οὐδαμῶς· ἐπειδήπερ αἱ λοιπαὶ πᾶσαι χωρὶς ταύτης ἀποφέρονται πᾶσι τῶν βλάσφημων· οὕτω δευτέρον τάξει, καὶ τῶν αὐτῶν τοῦ θεηγόρου Πατρὸς καὶ ἀξιώματι τὸ ἕκθεμα τὸ ἅγιον κατ' οὐδεμίαν αὐτῶν ἔνοιαν, ἀλλ' ἢ πέφυκε τοῦ Μονογενοῦς, πλην ὅτι σοι παρ' αὐτοῦ τὸ εἶναι ἔχει, καὶ παρ' αὐτοῦ λαμβάνει, καὶ ἀναγγέλλει ἡμῖν, καὶ ὅπως ἐκείνης τῆς αἰτίας ἐξήπται. « Quemadmodum enim, ut iuxta divinissimum hunc virum denuo sermonem institutum, ordine et dignitate a Patre Filius secundum quod est, et quod ab eo pendeat, tum rebus aliis omnibus quibus abundat; et causam et principium suæ existentie, non secundum aliam quampiam dignitatis aut ordinis intelligentiam, cum reliquæ aliæ omnes præter hanc usam solum multum in se blasphemie contineant : sic secundum quid ordine, quod ipsius divinitati Patris est, Spiritus sanctus est, secundum nullam aliam intelligentiam, nisi quod ex eo est, et ab eo quod sit habeat, et ab eo accipiat, et nobis annuntiet, et omnino ab ipsa causa pendeat. » Nicetas Maronix archiepiscopus Thessalonicensis, oratione secunda de *processione Spiritus sancti*, cum Græcis opposuisset, si Spiritus a Filio procederet, majus quid haberent Pater et Filius ipso Spiritu, cum a Spiritu nihil procedat; et illi haberent aliquid,

A quod Spiritus non haberet, respondet Latinus, et optime : 'Αλλ' οὐ κατ' οὐσίαν, ὡ οὗτος, τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ τὸ μείζον πρὸς τὸ Πνεῦμα, ἀλλ' ἢ ἄρα κατὰ τὴν ἰδιότητα, ὅτι ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα· οὐ μὲν ὁ Πατὴρ ἢ ὁ Υἱὸς ἐκ τοῦ Πνεύματος. Καὶ ὅτι τοῦ Πνεύματος ἰδιότης οὐ τὸ γεννᾶν ἢ προβάλλεσθαι, ἀλλὰ τὸ ἐκπορεύεσθαι. Οὕτω δὲ τὸ μείζον ἔστι καὶ τῷ Πατρὶ πρὸς τὸν Υἱόν· μείζων γὰρ ὁ Πατὴρ τοῦ Υἱοῦ, καθὰ φησιν αὐτὸς ὁ Κύριος, 'Ὁ Πατὴρ μου μείζων μου ἔστιν, ἀλλὰ τῷ αἰτίῳ, ἢ ἐτέρῳ λόγῳ τινί, οὐ τῇ οὐσίᾳ. Καὶ γὰρ ὁ Υἱὸς ἐκ τοῦ Πατρὸς, καὶ οὐχ ὁ Πατὴρ ἐκ τοῦ Υἱοῦ· ἢ δὲ οὐσία μία καὶ ἡ αὐτὴ, καὶ κατ' αὐτὴν ἀπαρτλαξία καὶ ἰσότης ἔστιν· ἢ ταυτότης τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ οὐδεμία διαφορά. Ὅσπερ οὖν ἐπὶ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ κατὰ μὲν τὴν οὐσίαν ταυτότης ἔστιν ἀπαράλλακτος, κατὰ τὸ αἴτιον δὲ μείζων ὁ Πατὴρ τοῦ Υἱοῦ, καὶ ὡς γεννῆται οὐχ ὡς Θεός, καὶ τούτο οὐκ ἄστοπον· οὕτως καὶ ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος, κατὰ μὲν τὴν οὐσίαν αὐτὸ ἴσον καὶ τὸ ταυτὸν, κατὰ δὲ τὸ εἶναι τὸν μὲν Υἱὸν προβολέα τοῦ Πνεύματος, τὸ δὲ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι, καὶ τὸ μὲν Πνεῦμα εἶναι ἐκ τοῦ Υἱοῦ, οὐ μὴν τὸν Υἱὸν ἐκ τοῦ Πνεύματος, τὸ μείζων ἰσως ἀρμύσει τῷ Υἱῷ, "Ὅτι δὲ ὡς ὁ Πατὴρ τοῦ Υἱοῦ καὶ μείζων καὶ ἰσός, οὕτω καὶ ὁ Υἱὸς καὶ μείζων τοῦ Πνεύματος καὶ ἰσός, ὁ μέγας τῆς Ἀλεξανδρέων ἀρχιερέως φησιν Ἀθανάσιος ἐν τῷ πρώτῳ κατ' Ἀριανῶν λόγῳ. Καὶ πάλιν· Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὁ ἅγιος. Δῆλος δὲ ἔστι λέγων, ὅτι κατὰ μὲν τὴν τῆς θεότητος οὐσίαν ἰσός τῷ Πνεύματι ὁ Υἱὸς· μείζων δὲ πάλιν κατ' ἄλλο τι· καὶ ὄχιον, ὅτι ἰσός κατὰ τὴν τῆς ἐαυτοῦ θεϊκῆς ὑποστάσεως ἰδιότητα· ὡσπερ καὶ ὁ Πατὴρ μείζων τοῦ Υἱοῦ λέγεται, οὐ κατὰ τὴν φύσιν, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἰδιότητα, ἢ ὡς κατὰ τὸ αἴτιον. Καὶ γοῦν καὶ ὁ Υἱὸς μείζων τοῦ Πνεύματος, ὅτι χορηγεῖ τὸ Πνεῦμα πρὸς ἡμᾶς καὶ ἀποστέλλει, καθὼς καὶ αὐτὸς ἀποστέλλεται παρὰ τοῦ Πατρὸς. Τάχα δὲ, ὅτι καὶ προβολέα ἔστι τοῦ Πνεύματος, ὡσπερ λέγομεν. « Sed non secundum essentialiam, o amice, Patri et Filio respectu Spiritus majus inest, sed secundum proprietatem, quod ex Patre et ex Filio Spiritus est, non vero Pater aut Filius ex Spiritu; et quod Spiritus proprietatem est non generare aut producere, sed procedere. Pari ratione Patri quoque inest majus respectu Filii : major enim est Pater Filio, ut ipse Dominus ait, *Pater meus major me est* 14; sed causa aut alia quampiam ratione, non essentialia. Namque Filius ex Patre est, et non Pater ex Filio : essentialia vero una et eadem, et in ipsa immutabilitas et æqualitas est; aut etiam unum idemque Patri et Filio, nullumque discrimen. Quemadmodum enim in Patre et Filio secundum essentialiam quidem unum idemque immutabile est; secundum causam autem major Pater Filio, sed ut genitor, non ut Deus; neque hoc inconueniens, sic et in Filio et Spiritu secundum essentialiam quidem unum æqualeque; secundum vero quod Filius producit Spiritum, et Spiritus ex Filio procedit, et Spiritus ex Filio est, non vero Filius ex Spiritu; majus Filio adaptabitur. Uti vero Filio Pater major est et æqualis, ita et Filius major æqualisque Spiritui fuerit. Magnus Alexandrinæ Ecclesiæ præsul Athanasius *prima contra Arianos orat.* 1 affirmat et (*relatis Athanasii verbis, a nobis quoque supra adductis*) subdit : Et hæc quidem sanctus ea mente profert, secundum Deitatis essentialiam æqualem Spiritui esse Filium : majorem vero rursus secundum aliud; et manifestum est esse secundum divinæ ipsius hypostaseos proprietatem : quemadmodum et Pater major Filio dicitur, non natura, sed proprietate, causa videlicet. Quare Filius major erit Spiritu, quod nobis Spiritum exhibet mittitque, uti et ipse mittitur a Patre. Forte etiam quod productor est Spiritus sancti, ut dicimus. » Et his Græcus

14 Joan. xiv, 28.

acquiescens, ad alia se Græcorum confert argumenta. Non dici potuit clarius. Non placet? Ad ipsius Ecclesiæ lumina recurramus. Gregorius Nazianzenus, orat. II, *de Filio*, quæ est xxxvi, pag. 582: Πῶς συμβήσεται τὰ ἀσύμβατα; τὸ γὰρ αὐτὸ τοῦ αὐτοῦ μείζον καὶ ἴσον εἶναι τῶν ἀδυνάτων. Ἡ δὲ ὄλον, ὅτι τὸ μείζον μὲν ἐστὶ τῆς αἰτίας, τὸ δὲ ἴσον τῆς φύσεως; Καὶ τοῦτο ὑπὸ πολλῆς εὐγνωμοσύνης ὁμολογούμεν ἡμεῖς. Τάχα δ' ἂν εἴποι τις ἄλλος τῷ ἡμετέρῳ λόγῳ προσφιλοεικῶν, μὴ ἔλαττον εἶναι τὸ ἐκ τοιαύτης αἰτίας εἶναι τοῦ ἀναίτιου· τῆς τε γὰρ τοῦ ἀνάρχου δόξης μετέχει ἂν, ὅτι καὶ ἐκ τοῦ ἀνάρχου· καὶ πρόσθεσιν ἢ γέννησιν, πρᾶγμα τοσοῦτο τοῖς γε νοῦν ἔχουσι, καὶ οὐτὸν σεβάσιμον. Τὸ γὰρ δὲ λέγειν, ὅτι τοῦ κατὰ τὸν ἀνθρώπων νοουμένου μείζων, ἀληθὲς μὲν, οὐ μέγα δέ. Τί γὰρ θαυμαστόν, εἰ μείζων ἀνθρώπου θεός; Ταῦτα μὲν οὖν εἰρησάτω πρὸς τοὺς τὸ μείζον κομπάζοντας. « Quomodo convenient, quæ convenire nequeunt? Idem enim ut se ipso majus sit sibi que ipsi æquale, qui fieri possit? Nonne ergo perspicuum est, majoris vocem ad causam, æqualis autem ad naturam referendam esse? Ac nos istud ingenue admodum et candidè confitemur. Fortasse autem dixerit alius quispiam, sermonem nostrum acriter animi contentione prosequens, inferius habendum non esse, ab hujusmodi causa, causæ omnis experte, proficisci. Nam et quia ab eo qui principio caret originem trahit, ejus quoque gloriæ partem sibi vindicat, et accedit insuper generationis prærogativa, res tanta tamque veneranda, iis quidem certe qui mente præditi sunt. Nam quod ratione humanitatis Pater Filio major intelligendus sit, vere quidem dici potest, sed non perinde honorifice. Quid enim mirum, Deum homine majorem esse? Atque hæc mihi dicta sint adversus eos, qui majoris vocem insolentius jactant. » Et, orat. in *sanctum baptismum*, quæ est xl, pag. 669: Οὐ γὰρ δόξα τῷ ἐξ οὗ ἢ τῶν ἐξ αὐτοῦ ταπεινώσις. Πρὸς τὸ δὲ καὶ ὑπορώμαι τὴν σὴν ἀπληστίαν, μὴ τὸ μείζον λαβὼν διχοτομήσῃ τὴν φύσιν, κατὰ πάντα τῷ μείζονι χρώμενος. Οὐ γὰρ ἄρα τὴν φύσιν τὸ μείζον, τὴν αἰτίαν δὲ· οὐδὲν γὰρ τῶν ὁμοουσιῶν οὐσία μείζον ἢ ἔλαττον. « Neque enim ei (Patri) gloria est, eorum quæ ex ipso sunt, depressio. Ac præterea inexplebilem tuam aviditatem suspectam habeo, ne arrepta hac voce, majus, naturam seces, atque hac voce ad omnia abutaris. Non enim hæc dictio, majus, ad naturam, sed ad causam referenda est. Neque enim quidquam eorum quæ eandem substantiam habent, substantia majus aut minus est. » Nec aliter sentit Basilius, orat. tertia, adversus Eunomium disputans; (3) Τίς γὰρ ἀνάγκη, εἰ τῷ ἀξιώματι καὶ τῇ τάξει τρίτον ὑπάρχει τὸ Πνεῦμα, τρίτον εἶναι αὐτὸ καὶ τῇ φύσει; Ἀξιώματι μὲν γὰρ δευτερεύειν τοῦ Υἱοῦ, παρ' αὐτοῦ τὸ εἶναι ἔχον, καὶ παρ' αὐτοῦ λαμβάνον, καὶ ἀναγγέλλον ἡμῖν καὶ ὅλως ἐκείνης τῆς αἰτίας ἐξηγούμενον, παραδίδωσιν ὁ τῆς εὐσεβείας λόγος. Φύσει δὲ τρίτη χρῆσθαι οὐτε παρὰ τῶν ἁγίων Γραφῶν δεδιδάχμεθα, οὐτε ἐκ τῶν εἰρημένων κατὰ τὸ ἀκόλουθον δυνατόν ἐστι συλλογίζεσθαι. Ὡς γὰρ ὁ Υἱὸς, τάξει μὲν δεύτερος τοῦ Πατρὸς, ὅτι ἀπ' ἐκείνου, καὶ ἀξιώματι, ὅτι ἀρχὴ καὶ αἰτία, τῷ εἶναι Πατέρα αὐτοῦ καὶ ἴτι δι' αὐτοῦ ἢ πρόσδος καὶ παραγωγῆ πρὸς τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα· φύσει οὐκέτι δεύτερος, διότι ἢ θεότης ἐν ἐκατέρῳ μία· οὕτω δηλονότι καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, εἰ καὶ ὑποβέβηκε τὸν Υἱὸν τῇ τάξει καὶ τῷ ἀξιώματι, οὐκέτι ἂν εἰκότως ὡς ἀλλοτριᾶς ὑπάρχον φύσεως ἀκολουθεῖν εἴποιμεν. « Quæ enim necessitas est, si dignitate et ordine tertius est Spiritus, tertium quoque esse eundem natura? Dignitate enim secundum esse a Filio, cum habeat

A esse ab ipso, atque ab ipso accipiat et annuntiet nobis, et omnino ab illa causa dependeat, tradit pietatis ratio: sed natura tertia uti, neque a sanctis Litteris edocemur, neque ex his quæ dicta sunt, recta ducta sequela possumus demonstrare. Quemadmodum enim Filium ordine quidem secundus est a Patre, quoniam ex illo; et dignitate, quod principium et causa Pater illius est, et quod per ipsum accessus et adductio ad Deum et Patrem; natura vero neutiquam secundus, quod Deitas in utroque una: ita videlicet et Spiritus sanctus, etsi ordine Filio inferior est et dignitate, nunquam tamen rite dicemus sequi, eum alterius esse naturæ. » Isidorus Pelusiota, lib. III, epist. 333: Εἰ τοίνυν ταύτης τῆς ἀληθοῦς ἐννοίας οὐκ ἐφικνεῖσθε, ἀφεστάναι δὲ τῆς τῶν Ἀνομοίων ἀσεβείας προφήρησθε, δύνασθε λέγειν, ὃ ἐφησάτε τις πρὸς ἀποτοὺς διαλεγόμενος, ὅτι καὶ τὸ μείζον ἴσασται, ἢ γέννητωρ· καὶ τὸ ἴσον, καθὼς Θεὸς καὶ ὁμοούσιος. « Quocirca si veram hanc sententiam haud assequimini, atque interim tamen ab Anomœorum impietate absistere constituistis; illud vobis dicere licet quod a quodam, dum adversus eos dissereret, allatum est: nempe quod majus consistit, qua ratione genitor est; et æquale, quatenus Deus est ejusdemque substantiæ. » Nec ad aliud videtur respexisse Nicephorus patriarcha Constantinopolitanus tractatu *De immaculata et pura Christianorum fide*, cap. 19: Τὸ ὑπερβάλλον ἐν τοῦτοις, ἢ μειονεκτούμενον ἀποπειμύμενον· τὸ γὰρ μείζον ἢ ἔλαττον, ὡς περ ἐν τῇ οὐσίᾳ θεωρησάτω οὐκ ἐνδόν, οὐδὲ ἐν τῇ Τριάδι κατὰ τὴν οὐσίαν, ἢ τὴν θεότητα, ἴσα τὴν Ἀρειανικὴν λύσασιν, ἐξ ἧς καὶ πρὸς τὴν ἡμῖν ὁ νῦν πόλεμος, καταστέσωμεν. « Supereminens in his aut imminutum rejicientes: majus enim et minus, quemadmodum in essentia considerari nequit, sic et in Triade secundum essentiam et divinitatem, ut Arianam rabiem ex qua et contra quam præsens hæc pugna nobis est, exterminemus. » Hinc Theophylacti argumentum pro Græcis contra Latinos de processione Spiritus sancti eluditur: *Si major est Pater Filio causa, si et Filius esse causa Spiritus, esset et hic Spiritu major*, quo veluti ariete Italum impetit, clamans: *Ubi unquam inventisti, majorem Filium Spiritu dici?* An non negligenter Theophylactus sanctorum dicta pertractavit, qui similia efflagitat, et solem in meridie quærit? Ipse plane nec Athanasium, nec Nazianzenum, nec Basilium, nec alios observavit. Nam si observasset, probe invenisset, Filium majorem Spiritu dici, quia Spiritus ex eo est, et ex eo originem suam et principium agnoscit, non quia natura inferior est. Cum itaque doctores similes dicta sua catholice explicent, ne dicamus Methodium vel Arianæ hæc locum semina suis Commentariis inspersisse, vel locum postmodum ab Arianis corruptum, non dubitamus dicere eum non alio sensu neque alia mente similia diclasse: « Hν γὰρ ἐμπρεπὲς μείζονα τῶν ἄλλων μετὰ τὸν Πατέρα μόνῳ τῷ ἑαυτοῦ μείζονι χρῆσασθαι μάρτυρι. » Addecebat siquidem reliquis aliis præstantiorem, etiam Spiritu sancto, ratione nempe originis et causæ, et eadem ratione causæ et originis, solum Patrem sui majorem in testimonium adducere. » Nunquam enim de divinitate Filii et Spiritus, quos essentia et natura et substantia æquales semper fassus est, dubitavit: in Triade siquidem sicuti essentiam unam, ita tres personas earumque unius ab alia productionem, et originem Filii et Spiritus a Patre, et cum majorem Spiritu Filium prædicat, Spiritus quoque originem a Filio, hoc ipso *De castitate* tractatu, agnoscit. Plures aliæ expositiones adduci possent: sed ista ex sanctorum

(3) Locus iste celeberrimus de processione Spiritus sancti ex Filio, exstat in noviss. edit. Paris. an. 1721, tom. I, p. 272, sed mutilus. Huic autem incommodo occurrit doctissimus Prudentius Maranus in præfat. ad tom. III ejusdem editionis pag.

17, § 4. Allatius vero hic eundem locum recitat, quemadmodum proferebant illum Latini ex codice vetustissimo; in concilio Florentino, ut patet ex sess. 20.

Patrum deprompta commentariis, licet non nemini nova videri poterant, pro dicto Methodiano sufficient.

Col. 147. A. *Ideoque nove illuminati nuncupantur.* Inter alia baptismi nomina hoc quoque et præcipuum fuit. Hinc φωτισμός est, et φώτισμα, apud antiquos Patres baptismus ipse, et apud Paulum: *Qui semel sunt illuminati*¹¹, et, *Quibus illuminati magnum certamen sustinulistis*¹². Et νεοφώτιστοι sunt recens et nuper illuminati. Habentur Cyrilli Hierosolymitani πρὸς τοὺς νεοφωτιστούς catecheses quinque. Eisdem novella germina nuncupavit Augustinus. Appellationis causam diversam a Methodiana reddidit Dionysius Areopagita *De ecclesiastica hierarchia*, cap. 3: Οὕτω δὴ καὶ τὴν ἱεράν τῆς θεογενεσίας τελετήν, ἐπειδὴ πρῶτον φωτὸς μεταδίδωσι, καὶ πασῶν ἐστὶν ἀρχὴ τῶν θείων φωταγωγῶν, ἐκ τοῦ τελουμένου τὴν ἀληθῆ φωτίσματος ἐπινοοῦμαι ὀνομαζόμεν. Et γὰρ καὶ πᾶσι κοινὸν τοῖς ἱεραρχικοῖς τὸ φωτὸς ἱεροῦ μεταδίδοναι τοῖς τελουμένοις, ἀλλ' αὐτῆ τὸ πρῶτως ἰδεῖν ἐδωρήσατό μοι, καὶ διὰ τοῦ ταύτης ἀρχικωτάτου φωτὸς ἐπὶ τὴν τῶν ἄλλων ἱερῶν ἐπιφάνειαν φωταγωγῶμαι. » Ita quoque sacram divinæ regenerationis initiationem, quod primam lucem conferat, omniumque divinarum illustrationum principium existat, ex effectu, vero illustrationis nomine celebramus. Quamvis enim etiam aliis hierarchicis functionibus commune sit, eos qui iniantur sacræ lucis consortes facere; attamen hæc illa est, quæ primum mihi visum impertivi, perque illius lucem principaliorē, ad cætera quoque sacra contuenda lumen accipio. » Dionysium sequuntur Maximus, et Pachymeres in *Expositione*. Aliam Proclus Constantinopolitanus, orat. in *sanctam Pentecosten*: Τοῦτο γὰρ τὸ Πνεῦμα συναγαμίγνυται τῷ ὕδατι, καὶ χωρεῖται τὰς ἀμαρτίας ὡς πῦρ, καὶ τοὺς νεοφωτιστοὺς λαμπρύνει ὡς φῶς, καὶ ἡμᾶς ἔλατ' ὡς Θεός. « Hic namque Spiritus commissetur aqua, et peccata nostra non secus ac in fornace ignis consumit et conflat, et nuperos baptizatos ut lux illuminat, nostrique miseretur ut Deus. » Aliam Michael Glycas epistola 18: Ἀλλὰ καὶ λαμπὰς ἐπὶ τοῖς βαπτιζομένοις ἀνάπτεισθαι εἰσθῆναι, τὴν φωταγωγίαν αὐτῆν ὑπεμφανίσαι, μεθ' ἧς κατὰ τὴν εὐαγγελικὴν φωνήν τε καὶ παραβολὴν ὡς νομφίω τῷ Χριστῷ ὑπαντήσομεν. Τοιοῦτων μὲν οὖν μυστηρίων τεκμηρίων ἡ λαμπὰς· ὁ γὰρ βαπτιζόμενος θεῖαν τινὰ ἑλαμψὴν παρ' αὐτοῦ τοῦ ἱερέως ἐξ ἀνάγκης εἰσδέχεται, καθ' ὃν δὴ τρόπον αἱ ἀνω δυνάμεις παρ' αὐτοῦ τοῦ πρῶτου ἀρχιερέως ἀμείψως φωτίζονται. « Sed et cereus super eos qui baptizantur accendi assuevit, illuminationem ipsam indicans, cum quo secundum evangelicam vocem et parabolam uti sponso Christo obviam exhibimus. Horum arcanorum indicium cereus est: qui enim baptizatur, divinam quamdam illuminationem a sacerdote necessario suscipit, qua ratione superiores virtutes ab ipso primo sacerdotum principe immediate illuminantur. » Multa alia baptismi nomina recenset et explicat Vasquez tom. II in III part., disputat. 140, cap. 1.

Col. 162. C. *Secundum Ægyptiorum et Chaldæorum principia et hypotheses.* De his Chaldæorum et Ægyptiorum principis et hypothesis recolenda sunt, quæ tradit Sextus Empiricus *adversus Mathematicos* lib. v et excerpta Photii ex Theodori, sive Diodori, Tarsensis libris *De fato*, mem. 223. Multum enim ad ea quæ Thecla hic dixerat, conducent.

Col. 163. B. *Hinc qui vere Christum cognoverunt, non semper pueri.* Respexit ad illa Platonis, quæ Soloni dixit sacerdos Ægyptius in *Timæo*: Ὁ Σόλων, Σόλων, Ἕλληνας ἀεὶ παῖδες ἐστε, γέρον δὲ Ἕλληνα οὐκ ἐστίν. « O Solon, Solon, Græci semper pueri estis; senex Græcorum est nullus. »

Col. 178. A. *Prænantiantes resurrectionem.* Opinio-

nem, præsentis sæculi durationem ab orbe condito usque ad diem iudicii sex millium annorum spatio concludendam, multi ex antiquioribus Patribus et Græcis et Latinis tenuerunt. Vide quæ adnotabamus nostris in Eustathii Antiocheni *Hexameron* notis, pag. 248. Si Latinorum computum sequaris, qui ad annos quatuor mille plus minus nativitatem Christi referunt, cum millenarius iste annorum terminus nondum prætergressus est, sed a præscripto termino plurimum distet, adhuc in dubio est, an uti Patres isti asseruerunt, eveniet. Verum ex Græcorum sententia annorum hic terminus præterisse videtur. Sive enim Christus natus est ex Eusebio anno 5190, sive ex Theophilo Antiocheno ad Autolycom anno 5476, sive ex Eustathio Antiocheno 5531, sive ex Niceta 5503, sive ex Cedreno 5506, sive ex Græcorum communi calculo 5508, sextus iste annorum millenarius terminus durationis mundi ab Elia propheta et reliquis decretus, plurimos annos excessit, ut cuique, si illos computet detrahatur, patebit. Quare Eliæ prophetæ vaticinium, quod in Bibliis nusquam exstat, *Sex millia annorum mundi, et postea destructio, duo millia inane, duo millia lex, duo millia Christus*, nihili faciendum est; et condonandum illis qui Eliæ propter in Ecclesiam Dei sævam dominantium tyrannidem, et piorum hominum crudelissimas strages, necnon hæreticorum continuas, et singulis momentis exorientes novas opiniones, et in Deum verum blasphemias, adde etiam Catholicorum crebra et perniciosa disidia, assensum præbuere, et mundi finem non diu post adfuturum opinati sunt. Nisi cum nostro hoc Methodio dicere cautius velimus, non concludi hoc millenario annorum, sed eo expleto in septenario consummationem futuram, et humanarum rerum statum in melius reformandum, cum scribat: *Prænantiantes resurrectionem, et nostri in terram delapsi tabernaculi concreationem quod septimo millenario rursus immortale nos resumentes, magnum diem festum celebrabimus*, etc. Et infra orat. IX, § 5: *Non remanens in tabernaculis, tum neum tabernaculum, non ut erat prius permaneat, sed post millenarium ab habitu humano et corruptione, in angelicam magnitudinem et pulchritudinem immutetur*, etc. Quod an ita futurum sit, adhuc in occultissima Dei providentia latet. Et forte etiam ante quam septenarium hoc finem habuerit, succedet. *Sed quis novit sensum Domini, aut quis consiliarius ejus fuit*¹³?

Col. 163. D. *Erat quippe nostrum tabernaculum, et antea casus ignarum.* Et supra dixerat orat. III, § 8: *Nam et ille procreatus erat extra corruptionem*, etc. Exstat Michaelis Glycæ ad Maximum Smetiotam epistola satis prolixa et docta, apud me inter alias ejusdem epistolæ. nondum, quod ipse sciam, edita, in qua multis rationibus et testimoniis ex veterum Patrum Joannis Damasceni, synodi Carthaginienensis, Joannis Chrysostomi, Andreae Cretensis, Anastasii Synaitæ, Gregorii Nazianzeni, Cyrilli, Basilii Casariensis, Athanasii Alexandrini, Gregorii Nysseni, Theodori Studitæ, Maximi Confessoris, Barsanuphii, Macarii Ægyptii et aliorum commentariis probat, Adamum ante peccatum, immortalem et anima et corpore fuisse; post peccatum, corpus illius corruptioni traditum. Dictis Patribus potest addi et hic noster Methodius.

Col. 187. B. *Et absque illa neminem futurum, qui promissionum illarum compos evadit.* Et infra repetit: *Absque illa, nempe castimonia, neminem futurum, qui promissionum illarum compos evadet.* Quasi vero nemo nisi castus et virgo cælorum regnum ingreditur. Verumtamen ipse senetipsum explicat: namque cum supra dixisset, et infra virtus inculcet, nomine castimonie et virginitatis non tantum intelligere a voluptatibus venereis, sed ab omnibus aliis vitiis abstinentiam, et vitam integrara

¹¹ Hebr. vi, 4. ¹² Hebr. x, 30. ¹³ Rom. xi, 34.

et puram et ab omni peccato disjunctam; consequenter intelligitur, cum dicit tantum castos et virgines possidere promissiones, sub nomine illo intelligi reliquos omnes, qui, licet virgines non sint, nec castimoniam coluerint, fuerunt tamen et sanctitate vitæ, et pietate in Deum, et virtutibus aliis instructi atque ornati. Justorum enim, quomodocunque justus sunt, est regnum cælorum.

Col. 194. A. *Cum non ita commode lex a corruptio-*

A ne genus humanum liberare potis esset. Hisce Methodii verbis opinio refellitur asseverantium, ante Christi adventum plerosque, neque a Christo, neque per Christum, æternam salutem consecutos. De qua opinione nos alibi fuse disputavimus, et quomodo ea intelligenda sit, ne dicta Patrum id asserentia condemnare cogamur. Vide etiam quæ de paganorum animabus libris quinque Franciscus Collius copiosissime disseruit.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΕΡΟΜΑΡΤΥΡΟΣ
ΜΕΘΟΔΙΟΥ
ΕΚΛΟΓΑΙ ΚΑΙ ΛΟΓΟΙ ΤΙΝΕΣ.

SANCTI METHODII
MARTYRIS
EXCERPTA AC ORATIONES ALIQUOT.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΥΤΕΞΟΥΣΙΟΥ.

LIBER

DE LIBERO ARBITRIO.

Hoc primum excerptum Methodianum *de libero arbitrio*, primus Græce vulgavit Joannes Meursius in *Variorum divinarum* libro; Joannes autem Lamius V. C. Latine vertit, excudendumque curavit in sua luculenta Meursianorum operum collectione, tom. VIII, pag. 725-758. Nos vero primum interpretem Combefisium ejusque notas exhibemus. (GALLAND.)

Senex quidem Ithacensis, cum, ut Græci fabulantur, voluptatis auditus incontinens, Sirenum cantum audire vellet, navigavit victus ipse in Siciliam, sociorumque obstruxit aures: non quasi vel illis invideret auditum, vel se ipse vinculis libens insereret, sed quod cantilenam ejusmodi audientibus mors tandem immineret. Tales quippe Græcis sunt Sirenum voluptates. Enimvero, haudquaquam ego talis cantionis auditor fio; nec Sirenas funebre carmen hominis concinentes, quarum silentium plus voce hominibus prosit, audire desidero: cupio autem divina quadam voce frui, cujus sæpius repetita auditio desiderium accumulatur; non velut impudicæ vocis voluptas superaverit, sed ut qui sacramenta divina habeam addiscere, et ad extremum, non mortem, sed salutem æternam expectem. Siquidem concinunt cantilenam, non Græcorum Sirenes mortiferæ, sed divinus quidam au-

Ο μὲν (1) Ἰθακήσιος γέρων, κατὰ τὸν τῶν Ἑλλήνων μῦθον, τῆς Σειρήνων βουλόμενος ἀκούσαι ψῆδης, διὰ τὴν τῆς φωνῆς ἀκόλαστον ἡδονὴν, δεσμώτης ἔπει εἰς τὴν Σικελίαν, καὶ τὰς τῶν ἐταίρων ἐνέφραττεν ἀκοάς· οὐκ ἐκεῖνοις ἕνεκα τῆς ἀκροάσεως φθονῶν, οὐδὲ ἑαυτὸν δεσμῶ περιβάλλειν ἐπιθυμῶν· ἀλλ' ὅτι τέλος τῆς ἐκεῖνων ψῆδης τοῖς ἀκούουσι θάνατος ἦν. Τοιαῦται γὰρ παρ' Ἑλλήσιν ἦδοναὶ Σειρήνων. Ἐγὼ δὲ, τοιαύτης μὲν ψῆδης ἀκροατῆς οὐ γίνομαι· οὐδὲ ἀκούειν ἐπιθυμῶ Σειρήνων, ἐπιτάφιον ἀνθρώπων φθουρῶν, ὧν ἡ σιγὴ τῆς φωνῆς ἀνθρώπου χρησιμωτέρα γίνεται· θείας δὲ τινος ἀπολαύειν φωνῆς εὐχομαι, ἧς κἂν πολλάκις ἀκούσω, πάλιν ἀκούειν ἐπιθυμῶ· οὐκ ἀκόλαστου φωνῆς ἡδονῇ νευκημένοσ, ἀλλὰ θεῖα διδασκόμενος μυστήρια· καὶ ὃ τέλος οὐ θάνατον, ἀλλ' αἰώνιον ἀπεκδεχόμενος σωτηρίαν. Ἄδουσι γὰρ τὴν ψῆδην οὐχ αἱ θανατηφόροι Σειρήνες Ἑλλήνων, ἀλλὰ θεῖός τις χορδὴ προφητῶν, ἐφ' ᾧν

(1) *Mér.* Ita Combefisius. Meursius tamen edit. Florent. μὴν.

οὐκ ἔστι ἀποφράττειν τῶν ἑταίρων τὰς ἀκοάς, οὐδὲ ἑαυτὸν τινι δεσμῷ περιβάλλειν, δεδοικότα τὴν ἐκ τῆς ἀκροάσεως τιμωρίαν. Τῶν μὲν γὰρ μετὰ τῆς φωνῆς ὁ ἀκροατῆς τοῦ ζῆν παύεται· τῶν δὲ ἐπὶ πλείον ἀκούων, τοῦ κρείττονος ἀπολαύσει βίου, ὑπὸ θεοῦ Πνεύματος χειραγωγούμενος. Ἥκτω τοίνυν σύμ- πας, καὶ ἀκούετω τῆς θείας ᾠδῆς, μηδὲν πεφοβημέ- νος. Οὐκ εἰσὶ παρ' ἡμῖν αἱ παρὰ Σικελίαν Σειρήνες, οὐδὲ τὰ Ὀδυσσεύς δεσμὰ, οὐ κηρὸς τηχόμενος εἰς ἀνθρώπων ἀκοάς· ἀλλὰ δεσμῶν μὲν ἄνεστι πάσα, ἐλευθερία δ' ἀκοῆς παρ' ἑκάστῳ τῶν προσόντων. Τοιαύτης γὰρ ᾠδῆς ἀκούειν βξιοι, τοιούτους ἄδοντας ἔχειν, εὐκτέον εἶναι μοι δοκεῖ. Εἰ δέ τις καὶ τοῦ τῶν ἀποστόλων χοροῦ ἀκούειν ἐθέλοι, εὐρήσει τὴν αὐτὴν τῆς ᾠδῆς συμφωνίαν. Οἱ μὲν γὰρ προῆδον μουσι- κῶς τὴν θείαν οἰκονομίαν· οἱ δ' ἄδουσιν ἐρμηνεύον- τες τὰ ὑπ' ἐκείνων μουσικῶς ἀπηγγεμένα. Ὡ συμ- φώνου ἀρμονίας, ὑπὸ θεοῦ Πνεύματος συγκατεμένης! Ὡ καλοῦ τῶν ἄδόντων τὰ μυστήρια! Τοῦτοις καὶ συνάδειν εὐχομαι. Ἄσωμεν τοιγαρὸν καὶ ἡμεῖς τὴν ἑμοίαν ᾠδὴν, καὶ τὸν ὕμνον ἀναπέμφωμεν τῷ ἁγίῳ Πατρὶ, Πνεύματι δοξάζοντες Ἰησοῦν, τὸν ἐν κόλποις αὐτοῦ. Μὴ φύγης, ἀνθρώπε, ὕμνον πνευματικόν, μηδὲ ἀπεχθῶς πρὸς τὴν ἀκροασίαν διατεθῆς. Θάνατον οὐκ ἔχει· σωτηρίας ἔστι διήγημα ἢ παρ' ἡμῖν ᾠδῆ. Ἐγὼ μὲν οὖν ἦδη καὶ τῶν κρειττόνων ἀπολαύειν δοκῶ, περὶ τοιούτων διαλεγόμενος· καὶ μάλιστα, ὅτε ὁ τοιοῦτός μοι πάρεστιν ἀνθέων λειμῶν· τουτέστιν ἢ ἡμετέρα σίνδος, τῶν ἅμα τε καὶ ἀκούοντων καὶ συναδόντων τὰ βεβαία μυστήρια. Ἐφ' ὧν καὶ τὸ λέγειν θαρρῶ, ὅτι μοι παντὸς φθόνου καθαρὰς παρέχετε τὰς ἀκοάς, οὐ τὸν ζῆλον τὸν τοῦ Κάιν μιμούμενοι· οὐχ ὁμοίως τοῦ Ἡσαῦ διώκοντες τὸν ἀδελφόν, οὐ τοῦ Ἰωσήφ ἐπαινοῦντες ἀδελφούς, ὅτι ἐφ' οἷς ἔλεγον ἐμίσουν τὸν ἀδελφόν· ἀλλὰ τούτων ἀπάντων μακρὸν ἀπεστῶτες, διόπερ ἕκαστος ὕμνων τὸ τοῦ πλησίον νομίζει λέγειν. Καὶ διὰ τοῦτο ζῆλος πονηρὸς οὐκ ἔστιν ἐν ὕμνῳ, τὰ λείποντα τῷ ἀδελφῷ ἀναπληροῦν δεδεγμένοις. Ὡ ἀκροατηρίου καλοῦ, καὶ συμποσίου σεμνοῦ, καὶ πνευματικῶν ἐδεδματων! Τοιούτοις ἀεὶ συνεῖναι δικαίως (2) εὐξαίμην.

ΟΥΑΛ. Χθὲς τὸ δειλινὸν περιπατῶν, ὦ φίλε, παρὰ τὸν τῆς θαλάσσης αἰγιαλόν, καὶ ὀξείως πως ἀτενίζων εἰς αὐτὴν, ἐύρων, ὑπερβολὴν τινα θείας δυνάμεως, καὶ σοφῆς ἐπιστήμης τέχνην· εἰ γὰρ καὶ τέχνην τὸ τοιοῦτο καλεῖν χρή. Ὡσπερ γὰρ ὁ Ὀμηρικὸς στίχος φέγγεται ἐκείνος·

Ὡς δ' ἀνεμοὶ (3) δύο πόντον ὀρίετον ἰχθυόεντα, Βορέης καὶ Ζέφυρος, τότε θρηκῆθεν ἄητον Ἐλθόντε' ἐξαίτητος· ἀμυδὶς δὲ τε κύμα κελαινὸν κορβύεται· πολλὸν δὲ παρῆς ἄλα φύκος ἔχευαν·

ὣτω μοι καὶ χθὲς γεγονέναι δοκεῖ. Κορρυαῖς γὰρ

¹ Joan. i, 18. ² Gen. iv, 5. ³ Gen. xxvii, 41. ⁴ Gen. xxxvii, 4.

(2) Δικαίως. Forte δικαίως.

(3) Ὡς δ' ἀν. Iliad. ix, 4.

(4) VAL. Assumptam personam Valentiniani seu Gnostici inducit, qui eadem atque Manichæi de mali principio sentiret; ponendo ingenitum aliud a Deo,

A gustusque chorus prophetarum; in quibus nec opus fuerit ut quis sociorum obtuleret aures, neque ut ipse, auditionis veritus pœnam, in vincula se con- jecerit. Illic quidem auditor, mox ut audit, vi- vere desinit; hic autem, qui multum audierit, di- vino Spiritu duce, vitæ melioris felicitatem acquirat. Omnes ergo simul accedant, audiantque, nihil ve- riti, cantionem divinam. Absunt a nobis Sirenes Siciliæ, Ulyssisque vincula, ac cera humanis auri- bus liquata. Potius vero omnimoda vinculorum re- missio, suusque liber cuique auditus, adest. Plane enim meretur auditum ejusmodi cantio, deprecandique videntur musici tales. Quod si quis etiam apostolorum chorum velit audire, eamdem can- tionis consonantiam offendet. Nam illi quidem oc- culte præcinerunt dispensationem divinam; hi au- tem, occulte ab illis annuntiata, canendo explicant. O consonam harmoniam, componente divino Spi- ritu! O decorem canentium Dei sacramenta! Desi- derat animus una concinere. Canamus ergo et ipsi eamdem cantionem, hymnumque submittamus Patri sancto; Jesum qui in ejus sinu est¹, Spiritu glori- ficantes. Ne, homo, canticum spirituale fugeris, neve auditionem fueris aversatus. Mortem non habet. Salutis narratio, nostra cantio est. Sane quidem mihi ipse jam videor melioribus frui, qui de talibus disseram: idque in primis, cum tale talibusque florens pratum coram habeam: dico autem vestram concionem, qui et auditores et concentores sacra- mentorum cœlestium considetis. Propterea etiam audeo dicere, quod livore omni mundis auribus auscultetis, nec Cainam æmulationem imite- mini², aut sicut Esau³ fratrem persequamini, vel fratres Joseph⁴ probetis, fratri propter sermones ipsius infensos: sed ab his omnibus longe remoti sitis, existimantibus singulis dicere, quod proximus dicit. Quare etiam desideratur in vobis mala æmu- latio, qui fratris defectus adimplendos suscepit. O pulchram concionem, honestumque convivium, et spirituales epulas! Talibus ego semper interscæ, merito optaverim.

VAL. (4). Cum, amice, heri sero, ad maris litus ambulare, atque in ipsum aciem oculorum inten- derem, statim se, virtutis divinæ præstantia, arsque sapientis scientiæ, objecit oculis: si quidem res ejusmodi ars vocanda sit. Ut enim habet versus ille Homericus:

Sicut autem venti duo pontum commovent piscosum, Boreas et Zephyrus, qui e Thracia spirant Ruentes repente: simul autem et unda nigra Attollitur: multam autem extra mare algam sun- [dunt];

ita et heri mihi fieri videbatur. Videbam enim

et materiam, ex cujus concretionem mala in homines provenirent. Agit multis in hunc errorem Irenæus lib. ii *Adversus hæres.*; Tertullianus lib. *De præ- script.* et *Contra Marcionem.* Solidissime etiam Chry- sostomus hom. 2 in *Act.*

fluctus montanis superciliis proximos, atque ut rem dicam, ad ipsum pertingentes cœlam : nec mihi inde aliud exspectandum occurrebat, quam ut universam terram submergerent, veniebatque in mentem fugæ locus, et arcam Noe animo effingebam. Cæterum secus erat ac opinabar. Mox quippe mare, ut intumuerat, in se ipsum resolvebatur, non transgrediens locum suum, reveritum, ut verho dicam, divinum mandatum ². Ac quemadmodum, haud raro, servus aliquis cogente domino invitum quiddam facere, mandato quidem timore obsequitur : nec quidquam tamen, quod reluctantia sentit animo, audet dicere : sed plenus ira quadam, secum immurmurat : sic certe et mihi videbar videre, velut iratum mare, secumque ipsum claudens iram ac se continens, veritum Domino prodere. Hæc ita habentia, tacitus, intentis oculis, aspicere cœperam ; volebamque cœlum animo metiri, et orbem ejus : quærebam ego unde inciperet quoque desineret : quali item ciceretur motu : num transitivo, hoc est, ab uno in aliam locum, vel in orbem ferretur : sed et quomodo statim consisteret. Atqui etiam de sole quærendum videbatur, quo is modo positionis in cœlo habeat : quis verò terminus sit cursus illius : quo item brevi esset concessurus ; ac neque ipse transgrediatur cursum proprium : sed et ipse, quod verum liceat loqui, melioris præceptum aliquod custodiat ; tuncque nobis conspicuus appareat, cum est concessum ; rursus vero, ceu vocatus abcedat. Interim ergo dum hæc exquiro, videbam solis jubar occidere, dieique lumen deficere ; ac statim adesse tenebras, lunamque soli succedere : ac primum quidem minutam oriri ; postmodum vero, cursu promoventem, majori specie apparere. Ac neque de illa quærere cessabam, causamque minutionis et accretionis scrutabar ; quod ipsa nihilominus circulum dierum teneat : indeque mihi quandam divinam providentiam ac vim meliorum omnia continentem, quam et Deum jure dicimus, colligere videbar. Cæterum vero cœpi laudare Opificem, qui terram fixam, animaliumque differentias ac varios plantarum flores aspicerem. Enimvero, haudquamquam animus in hisce et solis constitit : sed de cætero, quærere cœpi unde hæc constituta essent : num ex aliquo quod semper coexistat Deo, vel ex ipso soloque Deo, nulla ei re coexistente, consisterent. Nam nihil ex nihilo fecisse, ratione non omnino improbabili suppetente considerandum duxi. Habent enim quæ sunt, ex aliquo fieri ac constitui. Similiter etiam vere dicendum videbatur, nihil Deo præter ipsum coexistere ; esseque res, ipso create : siquidem id suaserat compositus elementorum ordo, naturæque in eis concinnitas. Sic vero, bene statuisse arbitrans, domum redibam. Cæterum, cum sequenti, nempe hodierna die, existem, duos quosdam, eodem genere, homines, in-

ὄρεων παραπλήσιον ἐώρων κύματα, καὶ (ὡς λόγον εἰπεῖν,) αὐτοῦ ἐφικνούμενα τοῦ οὐρανοῦ· τὸ δ' ἐντεῦθεν οὐδὲν ἕτερον προσεδόκων ἢ ἅπασαν ἐπικλυθήσεσθαι τὴν γῆν· καὶ μοι φυγῆς ἐν τῷ νοί τόπον, καὶ τὴν τοῦ Νῶε ἀνεπλάττον κιβωτόν. Τὸ δ' οὐκ ἦν ὁ ἐνόμιζον. Ἀλλὰ γὰρ ἅμα κυρτωθῆναι τὴν θάλασσαν, πάλιν ἀνελύετο εἰς ἑαυτὴν, οὐχ ὑπερβαίνουσα τὸν οἰκεῖον τόπον, (ὡς ἔπος εἰπεῖν,) θεῖόν τι πρόσταγμα πεφοβημένη. Καὶ καθάπερ πολλάκις τῶν οἰκετῶν τις, ἄκον τι πρὸς τοῦ δεσπότητος πράττειν ἀναγκάζομενος, τῷ μὲν προστάγματι διὰ τὸν φόβον πείθεται· ὁ δὲ πάχει, πράττειν μὴ θέλων, λέγειν τι οὐ τολμᾷ· τονθορῶζει δὲ ἐν ἑαυτῷ, θυμοῦ τινος πληρούμενος· οὕτω μοι πως ἐφαίνετο καὶ τὴν θάλασσαν, ὡσπερὲ θυμουμένην, καὶ ἐν ἑαυτῇ φράττουσαν τὴν ὄργην, κρατούσαν τε ἑαυτῆς, οὐ βουλομένην τῷ δεσπότη φανερῶν ποιῆσαι τὸν θυμόν. Ταῦτα οὕτω γινόμενα σωπῶν ἀτενίζειν ἤρχόμην, καὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τὸν κύκλον αὐτοῦ, τῷ νοί καταμετρῆειν ἤθελον· πόθεν τε ἀρχεται, καὶ ποῦ καταπαύει, ἀνεζήτου ἐγώ· ποίαν τε κίνησιν ἔχει· πότερον τὴν μεταβατικὴν, τουτέστι τὴν ἀπὸ τόπου εἰς τόπον, ἢ τὴν κύκλῳ φορᾶν· πῶς δὲ καὶ τὴν ἐπίμονον βᾶσιν ἔχει. Ἀλλὰ μὴν καὶ περὶ τοῦ ἡλίου ζητεῖν ἔδοκει, τίς τε ὁ τρόπος αὐτοῦ τῆς ἐν οὐρανῷ θέσεως· τίς δὲ καὶ ἡ περίοδος τοῦ δρόμου· ποῦ δὲ καὶ μετ' ὀλίγον χωρεῖ, καὶ ὅτι μὴδὲ οὕτως παρέρχεται τὸν οἰκεῖον δρόμον· ἀλλὰ καὶ αὐτὸς, ὡς ἔνεστιν εἰπεῖν, ἐντολὴν τινα φυλάττει κρείττονος· καὶ φαίνει μὲν τότε παρ' ἡμῖν, ὅτε ἔξεστιν αὐτῷ· ἀπέρχεται δὲ, ὡς καλούμενος. Καὶ τούτων τοῖνον τὴν ἐξέτασιν ποιούμενος, ἐώρων παυόμενον μὲν τὸ τοῦ ἡλίου φέγγος, ἐπιλείπον δὲ καὶ τῆς ἡμέρας τὸ φῶς· εὐθέως δὲ γινόμενον σκότος, καὶ σελήνην διαδεχομένην τὸν ἥλιον· καὶ τὰ μὲν πρῶτα ἀνιούσαν μείονα, μετέπειτα δὲ προκόπτουσαν τῷ δρόμῳ, φαντασίαν παρέχουσαν μείζονος. Οὐκ ἐπαυόμην δὲ καὶ περὶ ταύτης ζητῶν, καὶ τὴν αἰτίαν τῆς ἀφαιρέσεως καὶ τῆς προσθέσεως ἀνηρεῦναν, ὅτι τε καὶ αὕτῃ τηρεῖ τὸν κύκλον τῶν ἡμερῶν· καὶ μοι ἔδοκει τὸ ἐντεῦθεν, ὡς θεῖα τις ὑπάρχει οἰκονομία καὶ δύναμις κρείττο·νων, ἢ συνέχουσα τὰ ἅλα, ἦν καὶ Θεὸν δικαίως ἀν εἶπομεν. Καὶ τὸ λοιπὸν τὸν Δημιουργὸν ἐπαινεῖν ἤρχόμην, τὴν τε γῆν πεπηγυῖαν ὄρων, καὶ ζώων διαφορὰς, καὶ ποικίλα φυτῶν τὰ ἐξανθήματα. Οὐχ ἴστατο δὲ μοι ἐπὶ τούτοις καὶ μόνοις ὁ νοῦς· ἀλλὰ τὸ λοιπὸν, ὅθεν ταῦτα τὴν σύστασιν ἔχει, ζητεῖν ἤρχόμην· πότερον ἐκ τινος συνόντος ἀεὶ τῷ Θεῷ, ἢ ἐξ αὐτοῦ καὶ μόνοι, συνυπάρχοντος αὐτῷ οὐδενός· τὸ γὰρ ἐξ οὐκ ὄντος πεποιηθέναι οὐδὲν σκοπεῖν μοι καλῶς ἔδοκει, μὴ τέλεον ἀπιθάνου ὑπάρχοντος τοῦ λόγου. Τὰ γὰρ γινόμενα ἐξ ὄντων πέφυκε τὴν σύστασιν ἔχειν. Καὶ ὁμοίως ἀληθῶς ἔδοκει μὴδὲν λέγειν ἀεὶ συνεῖναι τῷ Θεῷ ἕτερόν τι παρ' αὐτόν, ἀλλ' ἐξ αὐτοῦ τὰ ὄντα γεγονέναι· καὶ γὰρ πως ἔπειθέ με τὸν εὐτακτοῦ τῶν στοιχείων, καὶ ἢ περὶ αὐτῶν τῆς φύσεως εὐκοσμία. Οὕτως δὲ πως εὐ διατεθεῖσθαι νο-

² Job xxxviii, 11.

ρίζων, ἐπὶ τὴν οἰκίαν ἐχώρουν τὴν ἐμήν. Τῇ δ' ἄποιόση, τουτέστι σήμερον, ἐλθὼν ἐώρων δύο τινὰς ὁμογενεῖς (ἀνθρώπους δὲ λέγω,) διαπληκτιζομένους καὶ διαλοιθερομένους ἀλλήλοις· ἕτερον δ' αὖ πάλιν ἀφιματώσαι βουλομένον τὸν πλησίον· ἦδη δὲ τινεὶ καὶ δεινότερον τολμᾶν ἤρχοντο. Ὁ μὲν γὰρ ἐσκέυετο νεκρὸν, καὶ τὸ κρυφίον ἤδη σῶμα τῆ γῆ πάλιν ἐδείκνυεν ἥλιψ, καὶ τὴν ὁμοίαν οὕτως ἐνύβριζεν εἰκόνα, βορὰν κυστὴ καταλείπων τὸν νεκρὸν· ὁ δὲ ξίφος ἐγύμνου, καὶ ἐπὶ τὸν ὁμοίον ἀνθρώπων ἐχώρει. Καὶ ὁ μὲν φυγῆ τὴν σωτηρίαν πορίζειν ἤθελεν· ὁ δὲ διώκων οὐκ ἐπαύετο, οὐδὲ τοῦ θυμοῦ κρατεῖν ἤθελε. Καὶ τί δεῖ πλείονα λέγειν; Ἄλλ' ὅτι χωρήσας ἐπ' αὐτὸν εὐθέως ἔπαιε τῷ ξίφει. Ὁ δὲ ἐκείτης τοῦ πλησίον ἐγένετο, καὶ χεῖρας ἰκεσίας ὤρεγε· καὶ τὴν μὲν ἐσθῆτα διδόναι ἤθελε, μόνον δὲ τὸ ζῆν ἔχειν ἤξιου. Ὁ δὲ οὐκ ἔβρανε τὸν θυμὸν, οὐδ' ἤλθει τὸν ὁμογενῆ, οὐδὲ ἑαυτὸν διὰ τῆς εἰκόνης ἐν ἐκείνῳ βλέπειν ἤθελεν, ἀλλ' ὡς ἄγριος θῆρ, τῷ ξίφει τῆς βορᾶς ἤρχετο. Ἦδη δὲ καὶ τὸ στόμα τῷ ὁμοίῳ προσέφερε σῶματι· τοσοῦτος γὰρ ἦν τῷ θυμῷ. Καὶ ἦν ἰδεῖν, τὸν μὲν ἠδικημένον, τὸν δὲ λοιπὸν σκυλεύοντα, καὶ μηδὲ γῆ σκεπάζοντα τὸ σῶμα, ὃ τῆς ἐσθῆτος ἐγύμνωσε. Πρὸς δὲ τούτοις ἕτερος προσῆν, ἔς τοῦ πλησίον γυναῖκα παίζειν ἤθελε, ληστεύων γάμον ἀλλότριον, καὶ ἐπὶ παράνομον κολίτην τραπήναι παρορμῶν, τὸν γεγαμηκότα γνήσιον πατέρα (5) γίνεσθαι θέλων. Ἐντεῦθεν δὲ ταῖς τραγωδίαις πιστεῦσαι ἠρχόμεν, καὶ τὸ θεύστειον δεῖπνον ἀληθῶς ἐδόκει μοι γεγονέναι· πιστεῦειν δὲ καὶ τῇ Οἰνομαίου παρανόμῳ ἐπιθυμίᾳ, καὶ τῇ τῶν ἀδελφῶν διὰ ξίφους φιλονεξίᾳ οὐκ ἀπιστεῖν. Τοσοῦτων τοίνυν καὶ τοιούτων θεατῆς γενόμενος ἐγὼ, πόθεν ταῦτα ἀναζητεῖν ἠρχόμεν· τίς δὲ καὶ ἡ τῆς κινήσεως αὐτῶν ἀρχή, καὶ τίς ὁ τῶν αὐτῶν κατ' ἀνθρώπων μηχανησάμενος· πόθεν τε ἡ εὐρησις αὐτῶν, καὶ τίς ὁ τούτων διδάσκαλος. Καὶ τὸν μὲν Θεὸν τούτων ποιητὴν λέγειν τολμᾶν οὐχ οἶόν τε ἦν, ἀλλὰ μὴν οὐδὲ ἐξ αὐτοῦ τὴν ὑπόστασιν ἔχειν, οὐδὲ τὴν τοῦ εἶναι σύστασιν. Πῶς γὰρ οἶόν τε ἦν ταῦτα περὶ Θεοῦ νοεῖν; ὅς μὲν γὰρ ἔστιν ἀγαθός, καὶ τῶν κρειττόνων ποιητής, τῶν δὲ φαύλων αὐτῷ πρόσεστιν οὐδέν· ἀλλ' οὐδὲ τοῖς τοιοῦτοις χαίρειν πέφυκεν· ἀπαγορεύει δὲ καὶ τὴν γένεσιν αὐτῶν· καὶ τοὺς μὲν χαίροντας τούτοις ἀποβάλλεται, τοὺς δὲ

A quam, contententes invicem, seque conviciis proscindentes aspexi: alterum item, qui vellet exspoliare proximum: sed et qui jam gravius aliquid praesumere inciperent. Hic siquidem deprædatus est mortuum, corpusque jam terra occultatum iterum exhibuit soli; atque ita, mortuo canibus laniatum vorandumque relicto, cognatam imaginem contumelia affecit. Ille autem, nudato strictoque gladio, in similis naturæ hominem irrui. Atque hic quidem volebat fuga salutem consulere: at persequens, nihil desistebat, aut iram moderari studebat. Quid vero necessum est plura dicere? Hoc satis; irruentem illum, statim alterum gladio cecidisse. Atque is quidem supplex orabat proximum, manusque supplices tendebat. Ac quidem offerebat vestem, solumque vitæ remissionem poscebat. At ille perstitit infracto animo, nec eodem secum genere est miseratus; vel se ipsum, ratione imaginis, in eo voluit inspectare: imo tanquam immanis bellua, gladio laniare cœpit (6). Sed et jam, corpori sui simili os admoventem: tanto siquidem furore exarserat, ut et videre, alterum quidem injuriam passum; alterum vero, deinceps spoliante, ac neque terra operientem corpus, quod veste nudaverat. Ad hæc autem erat alius, qui, furatus alienas nuptias, uxori proximi illuderet, quique cubile iniquum perrumpens, maritum legitimum patrem fieri vellet. Hinc tragœdiis etiam fidem habere cœpi, putavique fuisse revera cœnam Thyestæam (7): credidi vero iniquæ Oenomæi cupiditati (8), nec fraternæ (9) per ferrum contentioni fidem subtraxi. Tantarum ergo taliumque rerum spectator factus, cœpi requirere unde hæc essent: quodnam vero etiam ea principium habuissent; quisve tanta in homines molitus esset: unde etiam eorum inventio, quisve talium doctor fuisset. Ac nemo quidem talium auctorem Deum habuerit dicere; sed neque ab eo habere, quo sint et consistant. Qui enim talia de Deo cogitare licuerit? qui sane bonus est auctorque meliorum; cui nec quidquam vitii inest; sed neque talibus suapte ipse natura gaudere possit, fieri vero prohibeat: iisque gaudentes, rejiciat; fugientes autem, acceptos habeat. Qui vero non absurdum, ut eorum Deus auctor audiat, quæ ipse

D. rent, ceu præcipuas epulas, convivio vorabant, ut in relatione rerum ipsorum Claudius Abbavilar., Ord. Min. capucinus.

(7) Cœnam Thyestæam. Τὸ θεύστειον δεῖπνον. Sic Ovid. xv Metam.:

Neve Thyestæis cumulemus viscera mensis.

De hoc Thyeste et Atreo fratre, Servius ad 1 et II Æneid.

(8) Iniquæ Oenomæi cupiditati. Forte Oenomai. Fuit is Hippodamiæ pater, a cujus marito cum se occidendum ex oraculo didicisset, eaque a multis ambiretur, proposito certamine curuli, tredecim occidit ejus procos, donec victus ipse est et occisus a Pelope, Tantali filio, Myrtilo auriga pretio corrupto et subnectente infirmos axes, etc. Strab. l. viii. Alium Homerus commemorat occisum ab Hectore.

(9) Nec fraternæ, etc. Videtur Remum et Romulum, quorum alter mortem fratri conscivit, referre.

(5) Γνήσιον πατέρα. Menasium existimat hunc locum Cotelerius ad Clement. hom. xiii, § 19, legendumque ἀγνήσιον, vel μὴ γνήσιον, quæ quidem sive littera sive particula facile potuit excidisse. Sic autem locum integrum reddit: Aderat alius, qui proximi uxori cupiebat illudere, alienum matrimonium prædatus, et incitans eam ut ad concubitum illicitum verteretur, e marito volens facere patrem non verum. GALL.

(6) Gladio laniare cœpit. Τῷ ξίφει τῆς βορᾶς ἤρχετο, velut vorandum conscindere. Forte etiam fuerit εἴχετο. Significatur supra belluinam feritas, qua sæpe homines inhumani in se invicem furunt, ut vel os tanquam devorandis admoveant, ut statim additur: ἦδη δὲ καὶ τὸ στόμα τῷ ὁμοίῳ προσέφερε σῶματι. Sic Maragnenses barbari, non tam ventri quam furori exsaturando, laniatos hostes, etiam stomacho respuente, antequam Galli nostri dedoce-

aversatur et repudiat? Neque enim non voluerit esse, si quidem primus ipse opifex fuit. Vult siquidem ut, ad ipsum accedentes, ipsius imitatores fiant. Quare alienum a ratione duxi, illa Deo affingere; aut tanquam ab eo facta accipere: quanquam maxime concedendum sit (10), posse aliquid ex nihilo fieri, si quidem Deus (ex illo) fecit mala. Nam qui fecit ex nihilo, non jam ultra in nihilum redigeret. Iterumque necessitate dicendum, fuisse, quando Deus malis delectaretur, quæ modo non placent. Quare non arbitror, posse hoc dici de Deo. Alienum quippe est ab ejus natura, ut hoc illi conveniat. Existimavi ergo esse aliquid quod ei coexistat, dictum *materia*; ex qua sapienti arte discernens ac pulchre exornans, res condiderit; ex qua et mala videntur orta. Cum enim illa et sine qualitate et informis existeret; ad hæc vero, etiam inordinate ferretur Deique arte indigeret, non invidit ipse, neque ita semper permisit ferri, sed elaborare cœpit, optimaque ab ejus pessimis discernere voluit; atque ita, quæcunque Deum ex illa procreare decebat, procreavit; quæcunque vero, ut verbo dicam, habuit sæculenta, ceu inepta opificio, qualia erant, nihil ipsi utilia, dereliquit: ex quibus modo apud homines mala influere (11) arbitror. Sic bene visum est sentire. Tu vero, amice, si quid minus recte dictum videatur, suggerens loquere; plane enim ea audire desidero.

ἔδοξέ μοι εὖ ἔχειν φρονεῖν. Σὺ δὲ, ὦ φίλε, εἰ τινὰ σοι καὶ πάνυ περὶ τούτων ἀκούειν ποθῶ.

ORTH. Equidem acceptam habeo, amice, alacritatem tuam, studiumque illud tuum circa doctrinam laudo. Quod porro ita de rebus existimasti, ut eas Deus ex præjacenti aliqua substantia creaverit, non prorsus reprehenderim. Revera enim ita habet, ut ortus malorum, in id sensus multos impulerit. Etenim ante ambos, viri plures sufficienti doctrina, maximam ea de re quæstionem moverunt. Atque alii quidem, tibi similia existimaverunt; alii vero Deum, eorum auctorem pronuntiarunt, coævam ei substantiam assignare veriti: illi contra, quod Deum malorum auctorem dicere vererentur, concedendam putarunt materiam coævam. Contigit vero, ut neutri secundum veri scientiam Deum timentes, bene dixerint. Alii autem, principio etiam, de ea re quæstionem vitandam duxerunt, velut ea non haberet finem. Cæterum non sinit communis amicitia debitum, ut ipse amoliar, ubi maxime quid tibi sit animi tu ipse annuntias: quod nimirum minime teneat præsumptio (quanquam

(10) *Quanquam maxime concedendum sit*, etc. Videtur littera minus sana: nisi sit ratio peculiaris clausa parenthesi, a qua statim redeat ad probationem præmissæ illius, quod mala non debeant tribui Deo ut auctori; qui ipse auctor existens, non age-ret ad malorum destructionem. Voluerit ergo, ad mala incommoda, neque hoc vitari, ut ne dicantur mala ex nihilo, si quidem Deus est eorum auctor.

(11) *Influere*. Ἐπιφθρεῖν. Sic Photius: vox aptis-

σφύγοντας αὐτὰ προσέεται. Καὶ πῶς οὐκ ἄτοπον ἦν τὸν Θεὸν τούτων λέγειν εἶναι δημιουργόν, τὸν ταῦτα παραιτούμενον; Οὐδὲ γὰρ ἂν ἐβούλετο μὴ εἶναι αὐτὰ, εἰ πρῶτος αὐτῶν ποιητὴς ὑπῆρχεν αὐτός. Τοὺς γὰρ προσιδόντας αὐτῷ μιμητὰς αὐτοῦ γίνεσθαι θέλει. Ὅθεν ἄλογον ἔδοξεν εἶναι μοι ταῦτα προσάπτειν τῷ Θεῷ, ἢ ὡς ἐξ αὐτοῦ γεγονότα.... εἰ καὶ τὰ μάλιστα συγχωρῆσαι δεῖ, ἐξ οὐκ ὄντων δυνατὸν εἶναι τι γίνεσθαι, ὅτι καὶ τὰ κακὰ ἐποίησεν αὐτός· ὁ γὰρ ἐκ τοῦ οὐκ εἶναι εἰς τὸ εἶναι αὐτὰ ποιήσας οὐκ ἂν ἐκ τοῦ εἶναι εἰς τὸ μὴκεῖ εἶναι αὐτὰ. Πάλιν τέ που ἀνάγκη λέγειν, ὡς ἦν ποτε καιρὸς, ὅτε τοῖς κακοῖς ἔχαιρεν ὁ Θεός· νῦν δὲ οὐκ ἔστι. Διόπερ ἀδύνατον εἶναι μοι δοκεῖ λέγειν τοῦτο περὶ Θεοῦ. Ἀνοίκειον γὰρ τῆς φύσεως αὐτοῦ τοῦτο προσαρμόζειν αὐτῷ. Διόπερ ἔδοξέ (12) μοι συνυπάρχειν τι αὐτῷ ἢ τοῦνομα ὄλη, ἐξ ἧς τὰ ὄντα ἐδημιούργησε, τέχνη σοφῆ διακρίνας, καὶ διακοσμήσας καλῶς, ἐξ ἧς καὶ τὰ κακὰ εἶναι δοκεῖ. Ἀποῦοι τε γὰρ καὶ ἀσχηματίστου οὐσίας αὐτῆς, πρὸς δὲ τοῖς τοῖς ἀτάκτως φερομένης, δεομένης τε τῆς τοῦ Θεοῦ τέχνης, οὐκ ἐφθόνησεν οὗτος, οὔτε διὰ παντὸς κατέλιπεν αὐτὴν οὕτω φέρεσθαι, ἀλλὰ δημιουργεῖν ἤρχετο, καὶ ἀπὸ τῶν χειρίστων αὐτῆς τὰ κάλλιστα διακρίνειν ἤθελε· καὶ οὕτως ἐδημιούργησεν, ὅσα ἐξ αὐτῆς ἤρμοξε Θεῷ δημιουργεῖν· τὰ δ' ὅσα ἐξ αὐτῆς (ὡς ἔπος εἰπεῖν,) τρυγώδη ἐτύγγανε, ταῦτα, ἀνάρμοστα ὄντα πρὸς δημιουργίαν, ὡς εἶχε, κατέλιπε, κατ' οὐδὲν αὐτῷ προσήκοντα· ἐξ ὧν δοκεῖ μοι νῦν παρὰ ἀνθρώποις ἐπαίρειν τὰ κακὰ (13). Οὕτως

δοκεῖ μὴ καλῶς εἰρησθαι πρὸς ἐμοῦ, ἀναφέρων λέγε,

C OPΘOΔ. Τὴν μὲν προθυμίαν ἀποδέχομαι τὴν σὴν, ὦ φίλε, καὶ σοῦ περὶ τὸν λόγον σπουδὴν ἐπαίνω· ὃ δὲ περὶ τῶν ὄντων οὕτω διετέθη, ὡς ἄρα ἐξ ὑποκειμένης τινὸς οὐσίας ταῦτα ἐδημιούργησεν ὁ Θεός, οὐ πάνυ τι μέφομαι. Ὡς ἀληθῶς γὰρ ἡ τῶν κακῶν γένεσις τοὺς πολλοὺς διατεθῆναι ποιεῖ. Καὶ γὰρ πρὸ σοῦ τε καὶ ἐμοῦ πολλοὶ τινες ἄνδρες ἱκανοὶ περὶ τοῦτου τὴν μεγίστην ζήτησιν ἐποίησαντο. Καὶ οἱ μὲν ὁμοίως διετέθησάν σοι· οἱ δ' αὖ πάλιν τὸν Θεὸν τούτων δημιουργὸν ἀπέφηναντο, σύγχρονον αὐτῷ ὑπὸ στασιν δοῦναι πεφοβημένοι· κάκεινοι, ἐκ τοῦ φοβηθῆναι τῶν κακῶν ποιητὴν εἰπεῖν τὸν Θεὸν, σύγχρονον αὐτῷ δοῦναι τὴν ὕλην ἔδοξαν. Καὶ συνέθη ἀμφοτέροις, ἐκ τοῦ μὴ κατ' ἐπιστήμην τοῦ ἀληθοῦς φοβηθῆναι τὸν Θεὸν, τὸ μὴ καλῶς εἰπεῖν. Ἔτεροι δὲ τὴν ἀρχὴν καὶ περὶ τοῦ τοιούτου ζητεῖν παρητήσαντο, ὡς οὐκ ἔχοντος τέλος τοῦ τοιούτου ζητήματος. Ἐμὲ δὲ τὰ κοινὰ τῆς πρὸς σὲ φιλίας παρατεῖσθαι τὸ ζητούμενον οὐκ ἔξ, καὶ μάλιστα ὅτε τὴν προαίρεσιν ἀπαγγέλλεις τὴν σὴν· ὡς οὐ προλήψει κρατούμενης

sima, significandæ illi in genus humanum velut invectioni malorum, ex contagione materiae. Τὸ ἐπαίρειν, videtur mendosum: nisi sit, *oriri, enasci, surgere*.

(12) *Διόπερ ἔδ*. Hæc habes apud Photium cod. ccxxxvi, sub init. GALL.

(13) *Τὰ κακὰ*. Huc usque primum Photianum excerptum, ubi tamen ita effertur hic locus: ἐξ ὧν δοκεῖ μοι νῦν ἐπιφθρεῖν τὰ κακὰ. Ib.

(εἰ καὶ τὰ μάλιστα οὕτω πως ἐξ ὧν ὑπενόησας, ἔδοξας ἔχειν τὰ πράγματα), ἀλλ' ἐν ἐπιθυμίᾳ τῆς τοῦ ἀληθοῦς γνώσεως καθεστάναι λέγεις. Ὅθεν προθύμως κατὰ ἐπὶ τὸν τῆς ζητήσεως τραπήσομαι λόγον. Βούλομαι δὲ καὶ τούτων τὸν ἑταῖρον ἀκροατὴν γενέσθαι τῶν ἡμετέρων λόγων. Καὶ γὰρ δοκεῖ πως κατὰ τι περὶ τούτων ὁμοίως σοι δοξάζειν καὶ αὐτός· διδκοινὸν πρὸς ἀμφοτέρους τὸν λόγον ποιεῖσθαι βούλομαι. Ἄ γὰρ ἂν εἰποιμι πρὸς σὲ οὕτως ἔχοντα, ταῦτα καὶ πρὸς τοῦτον ὁμοίως λέξω. Εἰ σοι τοίνυν ἀληθῶς περὶ τοῦ κρείττονος λέγειν εὐγνώμωνός δοκῶ, πρὸς ἕκαστον ἀποκρίναι ὧν ἐρωτῶ· ἐκ γὰρ τούτων γενήσεται καὶ σὲ μὲν τὸ ἀληθὲς μανθάνειν, κάμῃ δὲ μὴ μάτην τοὺς λόγους ποιεῖσθαι πρὸς σέ.

ΟΥΑΛ. Ταῦθ', ἄπερ εἶπας, πρᾶττειν ἐτοίμως ἔχω. Καὶ διὰ τοῦτο μετὰ πάσης προθυμίας ἔκεινα πυνθᾶναι, ἐξ ὧν περ νομίζεις δύνασθαι με τὴν ἐπιστήμην τοῦ κρείττονος μαθεῖν. Οὐ γὰρ μοι τὸ νικῆσαι πρόκειται κακῶς, ἀλλὰ τὸ ἀληθὲς ἐκμαθεῖν. Ὅθεν ἔχου τὸ λοιπὸν τοῦ λόγου.

ΟΡΘΟΑ. Ὅτι μὲν οὖν (14) ὑπάρχειν ἀδύνατον ἀγέννητα δύο ἄμα, οὐδὲ σε ἀγνοεῖν νομίζω, εἰ καὶ τὰ μάλιστα δοκεῖς προλαβὼν τοῦτο προτεθεικέναι τῷ λόγῳ. Ὡς πάντως ἐξ ἀνάγκης τὸ ἕτερον δεῖ λέγειν, ἢ ὅτι κενώρισται τῆς ὕλης ὁ θεός, ἢ αὐτὸ πάλιν, ὅτι ἀμεριστος αὐτῆς τυγχάνει. Εἰ μὲν οὖν ἠνώσθαι τις εἰπεῖν αὐτὰ ἐθέλοι, ἐν τῷ ἀγέννητον λέξει· (ἕκαστον γὰρ τούτων μέρος ἔσται τοῦ πλησίον·) ἀλλήλων δὲ μέρη τυγχάνοντα, οὐκ ἔσται ἀγέννητα δύο, ἀλλ' ἐν ἐκ διαφόρων συνεστός. Οὐδὲ γὰρ τὸν ἀνθρωπον ἔχοντα διάφορα μέλη κατακερματίζομεν εἰς πολλὰ γενητά. Ἄλλ' ἢ, ὡς ὁ λόγος ἀπαιτεῖ, ἐν τῷ γενητῶν, τὸν ἀνθρωπον, πολυμερές, πρὸς τοῦ θεοῦ γεγονέναι φαμέν. Οὕτως ἀνάγκη, εἰ μὲν μὴ κενώρισται τῆς ὕλης ὁ θεός, ἐν τῷ ἀγέννητον εἶναι λέγειν· εἰ δὲ κενώρισται φήσει τις, ἀνάγκη εἶναι τι τὸ ἀναμέσον ἀμφοτέρων, ὅπερ καὶ τὸν χωρισμὸν αὐτῶν δεῖκνυσιν. Ἀδύνατον γὰρ ἐν διαστάσει ἐξετάσθαι τι ἀπὸ τινος, οὐκ ὄντος ἐτέρου, καθ' ὃ ἡ διάστασις ἑκατέρου γίνεται. Ὅπερ οὐ μὲχρι τοῦτου ἴσεται καὶ μόνου, ἀλλὰ καὶ πλείστον ὄσων. Ὅν γὰρ ἐπὶ τῶν δύο ἀγενήτων εἴπαμεν λόγον, τοῦτον ἐξ ἀνάγκης ὁμοίως προχωρεῖν, εἰ τὰ ἀγέννητα δοθεῖν τρία. Καὶ γὰρ περὶ τούτων ἐροίμην ἂν, εἰ κενώρισται ἀπὸ ἀλλήλων, ἢ αὐτὸ πάλιν ἕκαστον ἦνεται τῷ πλησίον. Εἰ μὲν γὰρ ἠνώσθαι τις εἰπεῖν θέλοι, τὸν αὐτὸν ἀκούσει τῷ πρώτῳ λόγον· εἰ δ' αὐτὸ πάλιν κενώρισται, οὐ φεύξεται τὴν ἐξ ἀνάγκης τοῦ χωρίζοντος ἀπόστασιν. Ἄν δ' ἄρα τις καὶ τρίτον εἶναι λέξοι λόγον ἀρμόζοντα περὶ τῶν ἀγενήτων λελέχθαι, τουτέστι τὸ μήτε κενώρισθαι τὸν θεὸν τῆς ὕλης, μήτ' αὐτὸ πάλιν

A maxime, ex iis quæ considerasti, ita res habere visum sit), sed scientiæ veri desiderium habet. Quare etiam ego libens alacrisque ad quæstionem accedam. Placet vero, ut et hic amicus susceptæ disputationis auditor fiat. Nam et ipse, eadem quadamtenus tibi videtur opinione: quare volo communi cum utroque oratione conferre. Quæ enim tibi sic affecto dixerim, eadem et illi similiter dixerō. Si igitur vere tibi videor ac sincere quod est melius dicere, responde ad singula quæ percontor: sic enim fiet, ut et ipse ad discas verum, nec ego frustra disserens insumam sermones.

VAL. Promptum mihi est, ut quæ dicis faciam. B Quare omni alacritate ea percontare, ex quibus arbitraris posse me discere quod est melius. Neque enim propositum habeo ut male vincam, sed ut verum edocear. Jam itaque sermonem proseguere.

ORTH. Sane igitur, quod nullo modo (15) fieri possit, ut sint duo simul increata, nec te quidem ignorare puto, quanquam id maxime videaris sermone jam habito statuuisse. Plane siquidem duorum alterum necessum fuerit dicere; vel quod Deus separatus sit a materia, vel contra quod indivisus illi cohæreat. Si quis igitur unita velit dicere, unum increatum dixerit. (Erit siquidem unumquodque horum propinqui pars (16).) Porro quæ sunt invicem partes, non duo increata, sed unum diversis consistens, increatum erunt. Nam neque hominem, multis constantem membris, dividimus in multa creata. Quin, ita exigente ratione, hominem, unum quid creatum dicimus, multarum partium, a Deo factum. Atque adeo necesse est, ut nisi Deus separatus sit a materia, unum increatum esse dicatur. Sin vero divisa et separata aliquis dixerit, necesse est intercedere aliquod medium, quod separata exhibeat. Nequit enim fieri ut aliquid ab aliquo distans consideretur, nisi existente alio secundum quod fiat discretorum distantia. Neque id in uno hoc soloque sistit, sed extenditur ad innumera ejusmodi. Quam enim in duobus increatis rationem diximus, similiter oportet procedere, si concessum fuerit illa esse tria. Nam et de illis quæsierim, sintne ab invicem separata, vel unumquodque propinquo unitum sit? Si quidem vero velit aliquis dicere unita, id ipsum ac prius auditurus est. Sin contra dixerit separata, non effugiet, ut ne necessario desit quod separaret (17). Quod si quis etiam tertiam

(14) Ὅτι μὲν οὖν. Hæc item occurrunt apud Photium l. c., iis statim subjecta, quorum modo meminimus. GALL.

(15) Sane igitur, quod nullo modo, etc. Ὅτι μὲν οὖν ἀδύνατον. Incipit hic Methodii doctrina, ubi Photii vel interpres vel librarius: Quod si fieri nullo modo possit, etc., conditionali adjecta totum sensum perimente.

(16) Erit siquidem unumquodque horum propinquo pars. Μέρος τοῦ πλησίον. Sola enim ad hoc videtur sufficere ἔνωσις et continuitas. Interpres Photii:

Unaquæque enim pars horum erit alteri similis, etc. Quibus nec Methodium reddit, nec ejus rationi aliam ipse probabilem substituit: aliquorum enim similitudo non arguit, esse alterum partem alterius. Quod ibi sequitur, ita punctandum: ἀλλήλων δὲ μέρη τυγχάνοντα, ἀγέννητον· ἀλλ'. Ubi interpres partes inter se pares, etc., quod tamen fuerit mendum typographi pro, partes inter se partes, etc.

(17) Non effugiet, ut ne necessario desit quod separaret. Οὐ φεύξεται τὴν τοῦ χωρίζοντος ἀπόστασιν, quia nimirum ipsum separans, oportet esse uni-

sententiam, quæ in increata congruat, dictam voluerit; nempe, neque Deum a materia separatam esse, ac neque rursus ambo ut partes uniri (18): sed esse Deum in materia ut in loco: materiamque, habere in Deo rationem continentis: noverit ille, fore, ut si materiam Dei locum dixerimus, necessario etiam dicendus sit comprehensibilis, et qui a materia circumscriptur. Quin et simili, atque materia, ratione, circumferatur oportet. Nec vero consistere potest, aut in se ipso manere, eo temere moto, in quo est. Præterea fatendum necessario est, fuisse Deum in deterioribus. Nam si materia quandoque ornatu caruit; Deus vero, volens ad statum meliorem reducere, ornatum contulit: fuit aliquando, cum Deus in inornatis incultisque existeret. Sed et illud jure quæserim: Totamne materiam Deus occuparet, an solum in parte aliqua existeret? Sane quidem, si quis Deum in parte tantum materiam affirmare velit, perquam angustiores minoremque materia dicit; quando pars ejus totum capere potuit. Sin dixerit esse in tota, totamque pervasisse materiam, quomodo eam elaboravit (19)? Necessè est enim ut dicamus, fuisse Deum aliquo modo in se retractum ut, contractione facta, illam partem componeret, a qua se retraxisset; veletiam una cum materia effluxisse, non habentem locum quo se interim reciperet. Si vero quis asserat materiam in Deo fuisse, similiter exquirendum restat: utrum scilicet, velut ipso diviso a se ipso (20), ac sicut animalium genera in aere existunt; diviso ipso sectoque ad ea suscipienda quæ in eo sunt: vel sicut in loco hoc est, eo modo quo aqua in terra est. Si quidem eo modo dixerimus quo res sunt in aere; necesse est, ut Deum divisibilem dicamus. Sin autem eo modo quo aqua est in terra: cum materia indigesta esset et incomposita; ad hæc etiam, mala contineret; necessitate conficitur, ut

tum extremis, eoque illis idem, identitate scilicet partium in toto. Paulo aliter formatur hæc ratio apud Photium: post verba enim non longe superius posita, ὅπερ καὶ τὸν χωρισμὸν αὐτῶν δείκνυσι: ita arguit, τούτο δὲ, ἥτοι ταυτὸν ὄν, ἥνωται θατέρω τῶν δύο: καὶ ἀνάγκη πάλιν ἢ ἔνωσιν ἢ χωρισμὸν πρὸς τὸ ἕτερον ζητεῖν. Ἐνωσιν γὰρ ἀδύνατον ἰδεῖν, εἴπερ θατέρω ταυτὸν εἶναι καὶ ἥνωσθαι δέδοται: ἡνοῦτο γὰρ οὕτως ἂν καὶ τὸ ἐξ ἀρχῆς, ὅ ἑαυτὸν εἶναι τοῦτο ἐδόθη. Εἰ δὲ κεχωρισθαι ἀπαιτεῖ ὁ λόγος, πάλιν τὸ χωρίζον ἀπαιτητέον, ἕως ἂν ἀπέλων ἡμῖν ἀγενήτων ἐσμὸς ἀναφανῆ. Ego sic redderem: *Hoc autem (nempe separans) velut quod sit idem alteri duorum, illi unitum est: rursumque necesse erit quærere aut conjunctionem aut separationem ab altero. Unionem enim videre, impossibile fuerit, si quidem concessum est, esse idem cum altero, et illi unitum. Sic enim uniretur etiam primum illud, cum quo istud idem esse concessum fuit. Quod si ratio docet separatam: rursus quærendum est quo separaretur, donec infinitorum ingentium nobis copia occurrat.* Est hæc ratio satis facilis et consequens: nisi quod ubique minus probabiliter videtur supponere, distinguere aliqua necessario, non se ipsis, sed per alia. Valet nihilominus illa ad hominem, et supposita crassa illa æstimatione de Deo, in qua erant Valentiniani.

(18) *Ac neque rursus ambo ut partes uniri.* Μηδ' αὐ πάλιν, ὡς μέρη ἥνωσθαι Photiana, μηδ' αὐ πάλιν

ὡς μέρη ἥνωσθαι· εἶναι δὲ, καθάπερ ἐν τόπῳ, τῆ ὕλη τὸν Θεόν, καὶ τὴν ὕλην ἐν τῷ Θεῷ τὸ συνέχον· ἀκουέτω, ὅτι, ἐὰν τόπον τοῦ Θεοῦ τὴν ὕλην λέγωμεν, ἐξ ἀνάγκης αὐτὸν καὶ χωρητὸν λέγειν δεῖ, καὶ πρὸς τῆς ὕλης περιγραφόμενον. Ἀλλὰ μὴν καὶ ὁμοίως αὐτὸν τῆ ὕλη ἀτάκτως φερεσθαι δεῖ. Μὴ ἴσασθαι δὲ, μηδὲ μένειν αὐτὸν ἐφ' ἑαυτοῦ, ἀνάγκη, τοῦ ἐν ᾧ ἔστιν ἄλλοτε ἄλλως φερομένου. Πρὸς δὲ τούτοις καὶ ἐν χειροσσι γεγενῆσθαι τὸν Θεὸν εἰπεῖν ἀνάγκη. Εἰ γὰρ ποτε ἄκοσμος ἦν ἡ ὕλη, ἐκόσμησε δὲ αὐτήν, εἰς τὸ κρεῖττον τρέψαι προαιρούμενος, ἦν ποτε ὄτ' ἐν ἄκοσμήτοις ἦν ὁ Θεός. Διχαίως δ' ἂν καὶ τοῦτο ἐροίμην, πότερον ἐπλήρου τὴν ὕλην ὁ Θεός, ἢ ἐν μέρει τινὶ τῆς ὕλης ὑπῆρχεν αὐτῆς. Εἰ μὲν γὰρ ἐν μέρει τινὶ τῆς ὕλης εἰπεῖν τις θέλοι τὸν Θεόν, πλείστον ὅσον μικρότερον αὐτὸν τῆς ὕλης λέγει· εἰ γὰρ δὴ μέρος αὐτῆς ὅλον ἐχώρησε τὸν Θεόν. Εἰ δὲ ἐν πάσῃ εἶναι λέγοι, καὶ δι' ὅλης κεχωρηχέναι τῆς ὕλης, πῶς ταύτην ἐδημιούργησε φρασάτω. Ἀνάγκη γὰρ συστολήν τινα τοῦ Θεοῦ λέγειν, ἥς γενομένης ἐδημιούργει ἐκεῖνο ἀφ' οὗ ὑπεχώρησεν, ἢ καὶ αὐτὸν τῆ ὕλη συνδημιουργεῖν, οὐκ ἔχοντα ὑποχωρήσεως τόπον. Εἰ δὲ τὴν ὕλην ἐν τῷ Θεῷ εἶναι τις λέβει, ὁμοίως ἐξετάζειν δεῖ· πότερον ὡς δισταμένου αὐτοῦ ἀφ' ἑαυτοῦ, καὶ ὥσπερ ἐν ἀέρι ὑπάρχει γέννη, διαιρουμένου καὶ μεριζομένου αὐτοῦ εἰς ὑποδοχὴν τῶν γινομένων ἐν αὐτῷ, ἢ ὡς ἐν τόπῳ, τουτέστιν, ὥσπερ ἐν γῆ ὕδωρ· εἰ μὲν γὰρ εἰποιμεν, ὡς ἐν ἀέρι, μεριστὸν ἀνάγκη τὸν Θεὸν εἰπεῖν· εἰ δ' ὥσπερ ἐν γῆ ὕδωρ· ἦν δὲ ἄτακτος ἡ ὕλη καὶ ἄκοσμητος, πρὸς δὲ τούτοις ἔχουσα καὶ κακὰ· τὸν Θεὸν λέγειν ἀνάγκη τόπον εἶναι ἄκοσμήτων καὶ τῶν κακῶν. Ὅπερ οὐκ εὐφημον εἶναι μοι δοκεῖ, ἐπιφαλὲς δὲ μᾶλλον. Ἔλην γὰρ εἶναι θέλεις, ἵνα μὴ τῶν κακῶν ποιητὴν ἐπιησ τὸν Θεόν· καὶ τοῦτο φυγεῖν προαιρούμενος, δοχεῖον αὐτὸν τῶν κακῶν εἶναι λέγεις. Εἰ μὲν οὖν, τὴν ὕλην ἐκ τῶν (21) ὑποστάντων γεννητῶν ὑπονοῶν, ἀγενήτων ὑπάρχειν ἔλεγες, πολὺν ἂν περὶ ταύ-

[ὡς] ἐν μέρει ἥνωσθαι, nempe Deum uniri vel ut in parte: vel, ut pars unitur parti. Est altera probatio ab altero modo unionis, per modum contigui: locatique et loci: quæ et ipsa ad hominem procedit.

(19) *Quomodo eam elaboravit?* Πῶς ταύτην ἐδημιούργησε, similitudine artificum, quos oportet casu nonnihil loco discretos a materia quam componunt et perficiunt; sic Archimedes nonnullum locum extra universum quærebat, toti illi ciendo et sede movendo. Interpres passim τὸ δημιουργεῖν reddit *creare*, quod hoc loco non congruit, ubi agitur de formatione materiam, adversus eos qui ipsam a se et ingentiam dicebant. Ut ergo non tulerint aures, ut faber dicatur creare ferrum, ita neque ut Deus, eo sensu, dicatur creare materiam.

(20) *Velut ipso diviso a se ipso.* Velut in loco communi et proprio, ut quovis modo sequatur aliquid absonum vel divisio Dei; vel indigni et turpis, ceu in vase et loco proprio, continentia, cum probro continentis: unde quod sequitur ἢ ὡς ἐν τόπῳ, videtur supplendum addito ἰδίῳ, nisi legendum est ἀγγελίῳ, cujus continentia: exemplum statim in terra ponat, hoc est, vase terre et fictili continente aquam: qua continentia, vas dicitur, vel in honorem, vel in contumeliam, I Tim. 11.

(21) *Ἐκ τῶν.* Forte ἔξω τῶν.

της ἐπισησάμην λόγον εἰς ἀπόδειξιν τοῦ ὅτι ἀδύνατον ὑπάρχειν αὐτὴν ἀγένητον· ἐπεὶ δὲ τὴν τῶν κακῶν γένεσιν αἰτίαν φῆς εἶναι τῆς τοιαύτης ὑπονοίας, διὰ τοῦτο ἐπὶ τὴν ἐξέτασιν τοῦτων ἔρχεσθαι μοι δοκεῖ. Φανεροῦ γὰρ γινόμενου τοῦ λόγου, καθ' ὃν τρόπον ἐστὶ τὰ κακὰ, καὶ ὅτι οὐχ οἶδόν τε ἐστὶν αἷτιον τῶν κακῶν εἰπεῖν τὸν Θεόν, ἐκ τοῦ ὕλην αὐτῶ ὑποτιθέναι τὴν τοιαύτην ὑπόνοιαν, ἀναιρεῖσθαι μοι δοκεῖ· ὅτι, εἰ τὰς ποιότητας μὴ οὐσας ἐδημιούργησεν ὁ Θεός, καὶ τὰς οὐσίας ὁμοίως. Φῆς τοίνυν ἄποιον ὕλην συνυπάρχειν τῷ Θεῷ, ἐξ ἧς τὴν τοῦ κόσμου γένεσιν ἐδημιούργησεν;

malorum auctor dici nequeat, suggerente materia Deus qualitates quæ non erant, creavit, simili etiam ratione substantias creavit. Ain' ergo materiam nudam qualitate et informem, Deo coexistere, ex qua mundum creaverit?

ΟΥΑΑ. Οὕτω μοι δοκεῖ.

ΟΡΘΟΔ. Οὐκοῦν εἰ ἄποιος ἐτύγχανεν ἡ ὕλη, γέγονε δὲ κόσμος πρὸς τοῦ Θεοῦ, ἐν δὲ τῷ κόσμῳ αἰ ποιότητες· τῶν ποιότητων γέγονε ποιητῆς ὁ Θεός.

ΟΥΑΑ. Οὕτως ἔχει.

ΟΡΘΟΔ. Ἐπεὶ δὲ σου καὶ λέγοντος πρόσθεν ἤκουον, ὡς ἀδύνατον ἐξ οὐκ ὄντων γίνεσθαι τι, πρὸς ἐρώτησιν ἀποκρίναι τὴν ἐμὴν· δοκεῖ σοι τὰς τοῦ κόσμου ποιότητας μὴ ἐξ ὑποκειμένων ποιότητων γεγενῆσθαι;

ΟΥΑΑ. Δοκεῖ.

ΟΡΘΟΔ. Ἐτερον δὲ τι παρὰ τὰς οὐσίας ὑπάρχειν αὐτάς;

ΟΥΑΑ. Οὕτως ἔχει.

ΟΡΘΟΔ. Οὐκοῦν εἰ μήτε ἐξ ὑποκειμένων ποιότητων τὰς ποιότητας ἐδημιούργησεν ὁ Θεός, μήτε ἐκ τῶν οὐσιῶν ὑπάρχουσι, τῷ μηδὲ οὐσίας αὐτάς εἶναι· ἐκ μὴ ὄντων αὐτάς ὑπὸ Θεοῦ γεγενῆσθαι ἀνάγκη εἰπεῖν. Ὅθεν περιττῶς ἐδόκει μοι λέγειν, ἀδύνατον δοξάζειν ἐξ οὐκ ὄντων γεγενῆσθαι τι πρὸς τοῦ Θεοῦ. Ἄλλ' ὁ μὲν περὶ τούτου λόγος ὧδε ἔχεται. Καὶ γὰρ πρὸς ἡμῖν ὁρῶμεν ἀνθρώπους ἐξ οὐκ ὄντων ποιούντας τινα, εἰ καὶ τὰ μάλιστα δοκοῦσιν οὗτοι ποιεῖν ἐν τινι. Οἶον ἐπὶ τῶν ἀρχιτεκτόνων τὸ παράδειγμα λάβωμεν· καὶ γὰρ οὗτοι ποιοῦσι πόλεις οὐκ ἐκ πόλεων, καὶ ναοὺς ὁμοίως οὐκ ἐκ ναῶν (22). Ἀτελής.

ΛΟΙΠΑ ΕΚ ΤΩΝ ΦΩΤΙΟΥ.

(Biblioth. cod. ccxxxvi.)

Εἰ δ', ὅτι τούτοις οὐσίαι ὑπόκεινται, οἷε ἐξ (οὐκ) ὄντων (23) αὐτάς ταῦτα ποιεῖν, τῷ λόγῳ σφάλλη. Οὐδὲ γὰρ ἡ οὐσία ἐστὶν ἡ ποιούσα τὴν πόλιν, ἢ τοὺς ναοὺς, ἀλλ' ἡ περὶ τὴν οὐσίαν τέχνη, ἢ οὐκ ἐξ ὑποκειμένης τινὸς τέχνης ἐν ταῖς οὐσίαις γίνεται· ἀλλ' ἐξ οὐκ οὐσης ἐν αὐταῖς γίνεται. Ἀπαντήσιν δέ μοι δοκεῖς οὕτω τῷ λόγῳ· ὅτι τεχνίτης τῆ ἐν τῇ οὐσίᾳ

(22) Ἐκ ναῶν. Huc usque Meursii editio. Photius vero l. c. post verba οὐκ ἐκ ναῶν, subdit statim quæ sequuntur: Εἰ δ' ὅτι, x. τ. λ. Quæ quidem doctissimus Lamius, una cum tertio operis Methodiani excerpto ex codice Sirmondi descripto, hausit ex edito Combefisiano, et in præfatione ad vol. VIII operum Meursii exhibuit, pag. v-x. quo nimirum ab eodem Meursio Methodiana evulgata completeret. G. L.

A Deum, locum dicamus (24) incompositorum et turpium, atque malorum: quod minus decens mihi videtur, quin etiam periculosum. Nam ideo vis esse materiam, ut ne Deum malorum auctorem affirmaveris: cumque hoc velis cavere, malorum conceptaculum, eum dicis. Quod si materiam extra subsistentia creata existimans, increata dixisses existere, multis de ea locutus essem, probando non posse fieri, ut ea increata sit. Quia vero malorum ortum, ejusmodi opinionis dicis causam, propterea visum est, ut ad istorum examen progrediar. Declarato enim, quomodo fiant mala, quodque Deus ejusmodi opinionem, mihi confici videtur, ut si

B VAL. Ita mihi videtur.

ORTH. Ergo si materia sine qualitate et informis fuit, mundus vero factus est a Deo; in mundo autem sunt qualitates; utique qualitatum conditor fuit Deus.

VAL. Ita est.

ORTH. Quia porro in superioribus dicentem audivi, non posse aliquid ex nihilo fieri, responde ad meam quæstionem: Videntur tibi qualitates mundi, ex non subjectis qualitatibus factæ?

VAL. Videntur.

ORTH. Et has esse aliquid aliud a substantia existimas?

VAL. Ita, aliud.

ORTH. Cum ergo Deus qualitates ex non subjectis qualitatibus condiderit, nec illæ sint factæ ex substantiis, cum non sint substantiæ: necesse erit dicere, illas ex nihilo a Deo creatas esse. Quare videbaris superflue dicere esse inopinabile, quod Deus aliquid ex nihilo creaverit. Enimvero ea sit ejus rei decisio. Nam etiam apud nos, quædam videmus hominum opera fieri ex nihilo, quanquam ipsi maxime videantur facere in aliquo. Ut si exemplum ab architectis capiamus: nam et illi urbes conduunt ex non urbibus, et templa ex non templis. Imperfectus.

RELIQUA EX PHOTIO.

D Quod si, quia his substantiæ subjectæ sint, existimas (eos) non hæc facere ex nihilo, verbo falleris. Neque enim substantia condit civitatem aut templa, sed ars versatur circa substantiam: eaque, non ex subjecta aliqua arte quæ sit in substantiis, sed ex non arte in illis, procreatur. Videris tamen ita rationi posse occurrere: ut nimirum

(23) Ἐξ (οὐκ) ὄντων. Deest μὴ, aut supervacaneum τὸ οὐκ. Statim vero forte legendum αὐτοῦς, ut referatur ad *architectos*, de quibus paulo superius.

(24) *Locum dicamus*. Τόπον εἶναι. Photiana, mendose, αἰτίον, tota enim argumentatio in loco est, a quo arguitur ad causam; ut quorum Deus nequirit esse causa. nec debeat esse locus et conceptaculum, δοξαίον, ut statim subditur.

artificem arte quam in substantia habeat, dicas operari (25). Ad hoc respondeo : Neque homini adnasci artem ex subjecta arte ; nam neque concedi potest, ipsam in se substantiam, artem esse. Ars enim accidentibus ad censetur, iisque, quorum tunc sit esse, cum in substantia aliqua procreata fuerint. Homo quidem, sine etiam tectonica fuerit : at illa, nisi prius existente homine, nulla erit. Quare dicendum necessario, habere artes natura, ut ex nihilo flant in hominibus. Ergo si ita habere ostendimus in hominibus ; quomodo non æquum erit dicere, posse a Deo, non solum qualitates, sed et substantias, fieri ex nihilo ? Dum enim possibile videtur ut aliquid ex nihilo fiat, posse etiam substantias ex nihilo fieri ostenditur.

Iterum vero instituta de malis disputatio resumatur. Mala, utrum substantiæ videntur vel qualitates substantiarum ?

VAL. Qualitates.

ORTH. Materia vero, eratne sine qualitatibus et informis ?

VAL. Maxime.

ORTH. Hæc ergo nomina substantiæ junguntur ex iis quæ ipsi accidunt. Neque enim homicidium est substantia, neque quidquam aliorum malorum ; sed agnominatur ab operationibus. Nam neque homicidium est homo ; sed is, ob illud perpetratum quadam velut nominis deflexione, homicida agnominatur ; cum ipse haudquaquam sit homicidium ; atque, ut compendio dicam, nihil quidquam ex aliis malis est substantia : sed potest dici mala, quod malorum quidpiam egerit. Simili modo ratiocinare, si quid aliud quod sit causa malorum, mente confinxeris : nempe etiam illud malum esse, quod hominibus cooperetur, et suggerat ut mala faciant. Est enim et ipse malus, ob ea quæ facit. Propterea enim dicitur esse malus, quod sit auctor malorum. Porro, quod quis facit, non ipse est qui facit, sed ejus operatio, unde sibi cognomen mali asciscit. Nam si id ipsum dixerimus esse quod facit ; cum faciat cædes et adulteria et hoc genus similia, ipse illa erit. Quod si ipse, illa est ; habet suum esse, cum illa sunt : ubi autem non fuerint, etiam ipse desinit esse. Fiunt autem hæc ab hominibus : erunt ergo homines horum auctores ; et ut sint vel non sint, causæ. Atqui si ob ea quæ quisque facit, malus est ; quæ autem facit, principium habent ; consequens sit, ut et ille cœperit esse malus, cœperintque etiam ista mala. Quod si verum est, nemo igitur ante omne principium æternumque malus est, ac neque mala sunt increata.

(25) *Ut nimirum artificem arte quam in substantia habeat, dicas operari, τῇ ἐν τῇ οὐσίᾳ τέχνη ποιεῖ. Non bene interpres Photii, per artem aliquid in substantia fieri. Qui enim hoc ad propositum, quo quaeritur, num ars ex præjacente arte fiat, in habente, vel ut ex arte quam artifex substantialiter habeat, ut ista solutiō contendit ; vel ex nihilo sui, tanquam verum accidens, quod tantum sit, cum in substantia aliqua fuerit factum ; quod Methodius*

τέχνη ποιεῖ. Φημι δὲ πρὸς τοῦτο, ὅτι οὐδὲ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ἐκ τίνος ὑποκειμένης τέχνης προσγίνεται· οὐδὲ γὰρ ἐνεστι τὴν ἐφ' ἑαυτῆς οὐσίαν δοῦναι τὴν τέχνην. Τῶν γὰρ συμβεβηκότων ἐστὶ, καὶ τῶν τότε τὸ εἶναι ἐχόντων, ὁπότεν ἐν οὐσίᾳ τινὶ γένηται. Ὁ μὲν γὰρ ἄνθρωπος καὶ χωρὶς τῆς τεκτονικῆς ἐσται, ἢ δὲ οὐκ ἐσται, ἐὰν μὴ πρότερον ἄνθρωπος ᾖ. Ὅθεν, τὰς τέχνας ἐξ οὐκ ὄντων εἰς ἀνθρώπους πεφυκέναι γίνεσθαι, λέγειν ἀναγκαῖον. Εἰ τοίνυν τοῦτο οὕτως ἔχειν ἐπ' ἀνθρώπων ἐδείξαμεν, πῶς οὐχὶ προσῆκε τὸν Θεὸν μὴ μόνον ποιότητας, ἐξ οὐκ ὄντων φάναι δύνασθαι ποιεῖν, ἀλλὰ καὶ οὐσίας ; Τὸ γὰρ δυνατόν φανῆναι τὸ γίνεσθαι τι ἐξ οὐκ ὄντων, καὶ τὰς οὐσίας οὕτως ἔχειν δείκνυται.

Πάλιν δὲ διαληπτέον τῶν κακῶν πέρι. Τὰ κακὰ πρότερον οὐσίαι σοι δοκοῦσιν εἶναι, ἢ ποιότητες οὐσιῶν ;

ΟΥΑΑ. Ποιότητες.

ΟΡΘΟΔ. Ἡ δὲ ὕλη ἀποιος ἦν καὶ ἀσχημάτιστος ;

ΟΥΑΑ. Οὕτω.

ΟΡΘΟΔ. Πέπλεκται ἄρα τὰ ὀνόματα ταῦτα τῇ οὐσίᾳ ἐκ τῶν συμβεβηκότων αὐτῇ. Οὐτε γὰρ ἐστὶν ὁ φόνος ἢ οὐσία, οὔτε τι τῶν ἄλλων κακῶν· ἀλλ' ἐκ τῶν ἐνεργειῶν παρονομάζεται. Οὐτε γὰρ φόνος ὁ ἄνθρωπος· ἀλλὰ τῷ ἐνεργηθέναι τοῦτον, παρωνύμως φονεὺς παρονομάζεται, μὴ ὦν φόνος αὐτός· οὔτε, συλλήβδην εἰπεῖν, τὶ τῶν ἄλλων κακῶν ἐστὶν ἢ οὐσία· ἀλλὰ τῷ πρᾶξαι τι τῶν κακῶν κακῇ λέγεσθαι δύναται. Ὅμοιος ἐπιπόησον, εἰ τι ἕτερον ἀναπλάττεις ἐν τῷ νῷ, κακῶν τοῖς ἀνθρώποις αἴτιον, ὡς κάκεινο κακόν (26), ἐν τῷ τούτοις ἐνεργεῖν, καὶ ὑποβάλλειν ποιεῖν τὰ κακά. Ἔστι γὰρ καὶ αὐτὸς κακὸς, ἐξ ὧν ποιεῖ. Διὰ γὰρ τοῦτο κακὸς εἶναι λέγεται, ὅτι (τῶν) κακῶν ἐστὶ ποιητῆς· ἃ δὲ τις ποιεῖ, οὐκ ἐστὶν αὐτὸς, ἀλλ' ἐνεργεῖα αὐτοῦ, ἀφ' ὧν τὴν προσηγορίαν τοῦ κακὸς (27) λέγεσθαι λαμβάνει. Εἰ γὰρ αὐτὸν εἰπομένον εἶναι ἃ ποιεῖ· ποιεῖ δὲ φόνους, καὶ μοιχεύας, καὶ ὅσα ὅμοια· αὐτὸς ἐστὶ ταῦτα. Εἰ δὲ αὐτὸς ἐστὶ ταῦτα· ὅτε γίνεται, τὴν σύστασιν ἔχει· οὐ γινόμενα δὲ, καὶ τοῦ εἶναι παύεται. Γίνεται δὲ ταῦτα πρὸς ἀνθρώπων· ἔσσονται ἄρα τούτων οἱ ἄνθρωποι ποιηταί, καὶ τοῦ εἶναι καὶ τοῦ μὴ εἶναι αἴτιοι. Ἄλλ' εἰ ἐξ ὧν ἐνεργεῖ ἕκαστος, ὑπάρχει κακός· ἃ δὲ ἐνεργεῖ, ἀρχὴν τοῦ εἶναι λαμβάνει· ἤρξαστο κάκεινος εἶναι κακός· ἤρξαστο δὲ καὶ ταῦτα τὰ κακά. Εἰ δ' οὕτως ἔχει, οὐκ ἐστὶν ἀνάρχως τις κακὸς, οὐδὲ ἀγέννητα τὰ κακά.

intendit, ut eo evincat, posse Deum aliquid majus, nempe ex nihilo etiam subjecti et absolute ; nec solum accidentia, sed et substantias creare, eoque non habuisse opus materia adjunctrice ? Reliqua nihil fere felicius reddita, conati sumus restituere : et quisque adverterit, collata utraque versione, et sibi ipsa, et textui.

(26) *Κάκεινο κακόν. ΑΙ. κάκεινος κακός.*

(27) *Κακός. ΑΙ. κακού.*

ΟΥΑΑ. Ἄλλὰ τὸν μὲν πρὸς τὸν ἕτερον λόγον ἰκα-
 νως, ὡ φησὶ, πεποιηκέναι μοι δοκεῖς. Ἐξ ὧν γὰρ
 προλαβὼν ἔδωκε τῷ λόγῳ, ἐκ τούτων συνάγειν ἔδοξας
 καλῶς. Ὡς ἀληθῶς γὰρ, εἰ ἄποιος ἐτύγχανεν ἡ ὕλη,
 τῶν δὲ ποιότητων δημιουργὸς ὁ Θεός· ποιότητες δὲ
 τὰ κακὰ· τῶν κακῶν ἔσται ποιητὴς ὁ Θεός. Ἐμοὶ
 ἄε ψεῦδος δοκεῖ, τὴν ὕλην ἄποιον λέγειν· οὐδὲ γὰρ
 ἔνεστιν εἰπεῖν περὶ τῆς τινος οὐσίας, ὡς ἔστιν
 ἄποιος. Ἄλλὰ μὴν, καὶ ἐν ᾧ ἄποιον εἶναι λέγει, τὴν
 ποιότητα αὐτῆς εἶναι μὴνύεις, ὅποια ἔστιν ἡ ὕλη
 διαγραφόμενος· ἄπερ ἐστὶ ποιότητος εἶδος. Ὅθεν, εἰ
 σοὶ φίλον ἔστιν, ἀνωθεν ἄρχου τοῦ λόγου· ἐμοὶ γὰρ
 ἡ ὕλη ποιότητος ἀνάρχως ἔχειν δοκεῖ. Οὕτω γὰρ καὶ
 τὰ κακὰ ἐκ τῆς ἀπορροίας αὐτῆς εἶναι λέγω, ὡ
 φησὶ.

ΟΡΘΟΔ. Εἰ ἔμποιος ἦν ἀνάρχως ἡ ὕλη, τίνος
 (ἀρα) ἔσται ποιητὴς ὁ Θεός; Ἐἴτε γὰρ οὐσίας ἐροῦ-
 μεν, προεῖναι φαμεν· εἴτε αὖ ποιότητος, καὶ ταύτας
 θπάρχειν λέγομεν. Οὐκοῦν οὐσίας τε οὐσης, καὶ
 ποιότητων, περιττὸν εἶναι μοι δοκεῖ, δημιουργὸν
 λέγειν τὸν Θεόν. Ἄλλὰ ἀπόκριναι ἐρωτώμενος· τίνοι
 ἄρα δημιουργὸν εἶναι φῆς τὸν Θεόν; πότερον, ὅτι
 τὰς οὐσίας ἔτρεψεν ἐκείνας εἰς τὸ μὴκέτι ὑπάρχειν,
 αἴπερ ἦσαν ποτε· ἢ ὅτι τὰς μὲν οὐσίας ἐφύλαξε, τὰς
 δὲ ποιότητας τούτων ἔτρεψε;

ΟΥΑΑ. Οὕτοι μοι δοκεῖ ἀλλαγὴν οὐσιῶν γεγονέναι,
 ἀλλὰ μόνον ποιότητων· καθ' ἃς δημιουργὸν εἶναι λέ-
 γομεν τὸν Θεόν. Καὶ ὡςπερ εἰ τύχοι λέγειν ἐκ λίθων
 οἰκίαν γεγονέναι, ἐφ' ὧν οὐκ ἔνεστιν εἰπεῖν, ὡς
 ἀκέτι λίθοι μένουσι τῇ οὐσίᾳ, οἰκία λεγόμενοι οἱ
 λίθοι· τῇ γὰρ ποιότητι τῆς συνθέσεως τὴν οἰκίαν
 γεγονέναι φημί· οὕτω μοι δοκεῖ καὶ τὸν Θεόν, ὑπο-
 μενούσης τῆς οὐσίας, τροπὴν τινα τῶν ποιότητων
 αὐτῆς πεποιηκέναι, καθ' ἣν τὴν τοῦδε τοῦ κόσμου
 γένεσιν πρὸς τοῦ Θεοῦ γεγονέναι φημί.

ΟΡΘΟΔ. Πότερον καὶ σοὶ δοκεῖ τὰ κακὰ ποιότητες
 οὐσιῶν εἶναι;

ΟΥΑΑ. Δοκεῖ.

ΟΡΘΟΔ. Ἄνωθεν δὲ ἦσαν αἱ ποιότητες αὗται ἐν
 τῇ ὕλῃ, ἢ ἀρχὴν ἔσχον τοῦ εἶναι;

ΟΥΑΑ. Συνεῖναι φημί ἀγενήτως τῇ ὕλῃ ταύτας δὴ
 τὰς ποιότητας.

ΟΡΘΟΔ. Οὐχὶ δὲ τὸν Θεόν φῆς τροπὴν τινα τῶν
 ποιότητων πεποιηκέναι;

ΟΥΑΑ. Τοῦτο φημι.

ΟΡΘΟΔ. Εἰς τὸ κρεῖττον;

ΟΥΑΑ. Ἐμοὶ δοκεῖ.

ΟΡΘΟΔ. Οὐκοῦν εἰ ποιότητες ὕλης τὰ κακὰ, τὰς
 δὲ ποιότητας αὐτῆς εἰς τὸ κρεῖττον ἔτρεψεν ὁ Θεός·
 πῶθεν τὰ κακὰ ζητεῖν ἀνάγκη. Ἡ γὰρ πᾶσαι, κακὰ

VAL. (28) Enimvero, amice, praesentem quidem
 disputationem, mihi contra alium opportunius vi-
 deris instituisse. Unde enim ille prius visus est
 orationi concedere, inde tu bene visus es conclu-
 dere. Nam verum habet, semel concesso, esse ma-
 teriam sine qualitate et informem, Deumque esse
 qualitatum auctorem, ac qualitates esse mala;
 fore Deum malorum auctorem. At mihi falsum vi-
 detur esse materiam sine qualitate et informem.
 De nulla enim substantia possis affirmare esse
 qualitatis expertem. Quin hoc ipso quod sine qua-
 litate dicis, qualitatem ejus declaras, describens
 qualis sit materia: quod est quaedam species qua-
 litatis. Quare, si tibi placet, altius ordire disputa-
 tionem. Mihi enim materia qualitates ab aeterno
 B habere videtur. Ita quippe, o amice, et mala, ab
 ejus esse defluxu, pronuntio.

ORTHOD. Si materia suis affecta qualitatibus ab
 aeterno fuit, cujus erit creator Deus? Sive enim
 substantias dixerimus, jam ante fuisse affirmamus;
 sive rursus qualitates, et illas existitisse asserimus.
 Cum ergo sint sine Deo et substantiae et qualitates,
 supervacaneum videtur, ut Deus dicatur creator.
 Caeterum percontanti responde: Qua ratione dicis
 Deum esse Creatorem? An quod substantias quae
 aliquando fuerunt, in nihilum redegerit; an quod
 substantias quidem conservavit, sed qualitates
 earum mutavit?

VAL. Nulla mihi videtur substantiarum facta
 mutatio, sed tantum qualitatum, quarum causa
 Deum esse creatorem dicimus. Et quemadmodum
 si quis dicat, factam ex lapidibus domum; quo
 tamen minime fuerit negandum (29), manere adhuc
 lapides secundum substantiam, qui dicuntur domus:
 domum enim compositionis qualitate dico factam:
 ita censeo, Deum, manente substantia, mutationem
 quamdam qualitatum fecisse, ratione cujus mun-
 dum a Deo creatum affirmo.

ORTHOD. Videturne etiam tibi mala substantia-
 rum esse qualitates?

VAL. Videtur.

ORTHOD. Fueruntne haec qualitates ab aeterno
 in materia, an principium essendi habuerunt?

VAL. Fuisse has qualitates ab aeterno cum ma-
 teria existimo.

D ORTH. Non arbitraris mutationem quamdam
 qualitatum esse a Deo factam?

VAL. Arbitror factam.

ORTH. In melius?

VAL. Mihi videtur.

ORTH. Si ergo materiae qualitates mala sunt,
 Deus autem eas in melius convertit, necessario
 quaerendum est, unde mala sint. Aut enim omnes

talibus dialogis.

(29) Quo tamen minime fuerit negandum, etc.
 Quod sola mutatio accidentaliter accesserit, aliaque
 tantum et alia compositio, salva substantia lapidum.
 Interpres Photii totum oppositum exprimit, sed
 nullo sensu satis congruo.

(28) VAL. Videtur hic esse tertius collocutor,
 cujus mentio initio fit, ut eadem haeresi laborantis,
 atque Valentinianus qui modum alium tuendi erro-
 rem, socio pene revicto, suggerat. Quia tamen
 Photius ejusmodi personas non refert, maluimus
 primum illud nomen retinere quam ex nobis aliud
 dare. Multum lucis avertit expressio personarum in

cum bonæ essent, in melius sunt conversæ : aut cum aliæ quidem bonæ essent, aliæ malæ; malæ quidem non sunt mutatæ in melius; reliquæ vero, quæcunque erant commodæ, ornatus causa a Deo mutatæ sunt.

VAL. Sic ego jam olim sentiebam.

ORTH. Quomodo ergo malas qualitates, ut a principio fuerunt, relictas dicis? Vel ita, ut posset Deus eas tollere; vel ut voluerit quidem, sed non potuerit? Si potuisse ais, et noluisse, necesse est ut auctor horum dicatur: quod potuerit efficere ut non essent mala; et tamen illa, ut erant, esse permiserit: idque maxime, postquam cœpisset materiam formare. Si enim nullam prorsus ejus rationem habuisset, videri potuisset non auctor eorum quæ permisit manere. Postquam autem, partem quidem materiæ format et perficit, partem negligit; cum et illam posset in melius mutare, mihi videtur malorum causa, qui partem materiæ malam reliquerit. Alteram ergo partem in hujus exitium formavit: imo, et in hoc maxime, partem hanc materiæ quam disposuit, quæque jam percipiat malorum incommoda, injuria affecerit. Antequam enim ornatum reciperet (30), nullus ei aderat malorum sensus: nunc vero, ambæ partes malum sentiunt. Sit tibi ab homine exemplum. Priusquam enim fieret animal, omni prorsus malorum sensu vacabat. Ex quo autem effictus homo formatusque imagine efficitur a Deo, etiam incumbentis mali accipit sensum. Atque adeo, quod materiæ in beneficii partem a Deo collatum dicis, potius ad exitium accessisse deprehenditur. Si vero dicas, non potuisse a Deo aboleri mala: cum ejusmodi impossibilitas, aut natura imbecillum arguat, aut timore vincente fortiori alicui mancipatum, vide utrum horum omnipotenti et bono Deo velis ascribere. Porro iterum propositæ circa materiam quæstioni responde. Estne materia simplex, an composita? Nam si materia simplex fuit et uniformis, cum mundus compositus sit et ex diversis substantiis constet, non potest dici factus ex materia; quod non possint quæ sunt composita, uno aliquo informi constitui. Compositum enim, simplicium aliquorum mistionem indicat. Quod si iterum materiam dicas quid compositum, omnino debuit ex simplicibus componi; erantque olim separata simplicia, quorum compositione facta est materia; composita autem simplicibus constituuntur: erat plane cum materia non erat, prius nimirum quam simplicia coirent. Quod si erat quandoque, cum materia non erat; nunquam vero fuit, cum ingentum non esset: non ergo materia ingenta est. Porro sequitur, ut admittenda sint plura ingenta.

(30) *Antequam enim ornatum reciperet. Πριν διακοσμηθῆναι. Altera lectio διακριθῆναι, quam interpres Photii magis probat: ubique tamen loquitur Methodius de ornatu, formatione et perfectione, quam materia, juxta etiam hæreticos, δημιουργήτῃ, a Deo accipiat: ad quam etiam, parte tantum*

οὔσαι, ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἐτρέπησαν· ἢ αἱ μὲν οὔσαι κακαί, αἱ δὲ μὴ· αἱ μὲν κακαὶ οὐκ ἐτρέπησαν ἐπὶ τὸ κρεῖττον· αἱ δὲ λοιπαί, ὅσαι διάφοροι ἐτύχχανον, τῆς διακοσμῆσεως ἕνεκα πρὸς Θεοῦ ἐτρέπησαν.

ΟΥΑΑ. Οὕτως ἀνωθεν εἶχον ἐγώ.

ΟΡΘΟΑ. Πῶς τοίνυν τὰς τῶν φαύλων ποιότητας, ὡς εἶχον, καταλειοπέναι λέγεις; Πότερον, δυνάμενον μὲν ἐκείνας ἀνελεῖν· ἢ βουληθέντα μὲν, μὴ δυνάμενον δέ; Εἰ μὲν γὰρ δυνάμενον λέγεις, μὴ βουληθέντα δὲ αὐτὸν αἴτιον τούτων (31)· ὅτι δυνάμενος ποιῆσαι μὴ εἶναι κακά, συνεχώρησεν αὐτὰ μένειν ὡς ἦν· καὶ μάλιστα ὅτε δημιουργεῖν τὴν ὕλην ἤρξατο. Εἰ γὰρ μὴδὲ ὅλως ἔμελεν αὐτῷ τῆς ὕλης, οὐκ ἂν αἴτιος ἦν, ὧν συνεχώρησε μένειν. Ἐπεὶ δὲ μέρος μὲν τι αὐτῆς δημιουργεῖ, μέρος δὲ τι αὐτῆ ἔσθ, δυνάμενος χάκεινον τρέπειν εἰς τὸ κρεῖττον· αἰτιῶς μοι τῶν κακῶν (δοκεῖ), καταλειπὸν μέρος ὕλης πονηρόν. Ἐπ' ὀλέθρῳ οὖν ἐδημιούργησε μέρους· ἀλλὰ μὴν καὶ τὰ μέγιστα, κατὰ τοῦτο, τοῦτο τὸ μέρος ἡδικῆσθαι μοι δοκεῖ, ὅπερ κατεσκευάσατο τῆς ὕλης μέρος, ἀντιλαμβανόμενον τὰ ἐκ τῶν κακῶν. Πρὶν γὰρ αὐτὴν διακοσμηθῆναι, τὸ μὴδὲ αἰσθάνεσθαι τῶν κακῶν παρῆν αὐτῇ· νῦν δὲ ἕκαστον τῶν μερῶν αὐτῆς αἰσθησιν λαμβάνει τῶν κακῶν. Καὶ μοι ἐπ' ἀνθρώπου λάβε τὸ παράδειγμα. Πρὶν (γὰρ) ζῶων γέννηται, ἀναίσθητον ἦν τῶν κακῶν. Ἀφ' οὗ δὲ εἰκονισθὲν ἄνθρωπος πρὸς Θεοῦ γίνεται, τότε καὶ τὴν αἰσθησιν τοῦ προπελάζοντος κακοῦ προσλαμβάνει. Καὶ τοῦτο ὅπερ ἐπεὶ εὐεργεσία τῆς ὕλης πρὸς Θεοῦ γεγενῆνα λέγεις, εὐρίσκειται μᾶλλον ἐπὶ τῷ χεῖρονι προσγενόμενον αὐτῇ. Εἰ δὲ μὴ δύνασθαι παῦσαι τὰ κακὰ τὸν Θεὸν φῆς· τὸ δὲ ἀδύνατον ἦτοι τῇ φύσει ἀσθενῆ ὑπάρχειν ἐστίν, ἢ τῷ νικᾶσθαι τῷ φόδῳ δεδουλωμένον πρὸς τινος κρείττονος; ὅρα ὅποιον τούτων προσάπτειν ἐθέλεις τῷ παντοκράτορι καὶ ἀγαθῷ Θεῷ. Ἄλλὰ πάλιν περὶ τῆς ὕλης ἀπόκριναι. Πότερον ἀπλῆ τις ἐστίν ἡ ὕλη, ἢ σύνθετος; Εἰ γὰρ ἀπλῆ τις ἐτύχχανεν ὕλη καὶ μονοειδῆς, σύνθετος δὲ ὁ κόσμος, καὶ ἐκ διαφόρων οὐσιῶν συνεστῶς ἐστίν· ἀδύνατον τοῦτον ἐξ ὕλης γεγενῆναί λέγειν· τῷ τὰ σύνθετα μὴ ἰδόν τε ἐξ ἑνὸς ἀποίου τὴν σύστασιν ἔχειν. Τὸ γὰρ σύνθετον ἀπλῶν τιῶν μίξιν μὴνύει. Εἰ δ' αὖ πάλιν σύνθετον λέγεις τὴν ὕλην, πάντως ἐξ ἀπλῶν συνετέθη· καὶ ἦν ποτε καθ' ἑαυτὰ ἀπλᾶ ὧν συνετεθέντων, γέγονεν ἡ ὕλη· τὰ δὲ σύνθετα ἐξ ἀπλῶν τὴν σύστασιν ἔχει. Ἦν ποτε καιρὸς, ὅτε ὕλη οὐκ ἦν· τουτέστι πλὴν τὰ ἀπλᾶ συνελθεῖν. Εἰ δὲ ἦν ποτε καιρὸς, ὅτε ἡ ὕλη οὐκ ἦν· οὐκ ἦν δὲ ποτε καιρὸς, ὅτε ἀγέννητον (32) οὐκ ἦν· οὐκ (ἄρα ἔσται) ἀγέννητος ἡ ὕλη. Τὸ δ' ἐντεῦθεν (ἄρα ἔσται) πολλὰ τὰ ἀγέννητα. Εἰ γὰρ ἦν ἀγέννητος ὁ Θεὸς, ἦν δὲ ἀγέννητα καὶ τὰ ἀπλᾶ, ἐξ ὧν ἡ ὕλη συνετέθη· οὐκ ἄρα (ἔσται) δύο καὶ μόνα τὰ

perornata, sequitur ejusmodi discretio, contra quam auctor arguit.

(31) *Αὐτὸν αἰτιον τούτων. Αἱ. αὐτὸν τούτων ποιητὴν εἰπεῖν ἀνάγκη.*

(32) *Ἀγέννητον. Ἀγέννητος.*

ἀγένητα· ἵνα παρήσω (33) τὸ ἐπιζητήσαι, τί ὄντα ἄ
ἐστὶν ἀπλᾶ· ὕλη, ἢ εἶδος; Πολλὰ γὰρ καὶ οὕτως
ἀποκατακολουθήσειαν. Δοκεῖ δέ σοι μηδὲν τῶν ὄντων
αὐτὸ ἑαυτῷ ἀντικεῖσθαι;

num materia, an forma? Nam hinc etiam sequentur
nihil in rebus sibi ipsum esse contrarium?

ΟΥΑΑ. Δοκεῖ.

ΟΡΘΟΔ. Ἀντίκειται δὲ τῷ πυρὶ τὸ ὕδωρ· καὶ τῷ
φωτὶ τὸ σκότος· καὶ τῷ ψυχρῷ τὸ θερμόν· καὶ τῷ
ξηρῷ τὸ ὑγρόν.

ΟΥΑΑ. Οὕτως ἔχειν μὴ (34) δοκεῖ.

ΟΡΘΟΔ. Οὐκοῦν εἰ μηδὲν τῶν ὄντων αὐτὸ ἑαυτῷ
ἀντίκειται, ἀλλήλοις δὲ ταῦτα ἀντίκειται· οὐκ ἔσον-
ται ὕλη μία, οὐδὲ μὴν ἐξ ὕλης μίᾳς. Πάλιν δὲ πω-
θέσθαι βούλομαι· Δοκεῖ σοι τὰ μέρη μὴ ἀναιρετικά
ἀλλήλων εἶναι;

ΟΥΑΑ. Δοκεῖ.

ΟΡΘΟΔ. Εἶναι δὲ τῆς ὕλης μέρος· τό τε πῦρ καὶ
τὸ ὕδωρ, ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ λοιπά,

ΟΥΑΑ. Οὕτως ἔχω.

ΟΡΘΟΔ. Τί δέ; οὐ δοκεῖ σοι ἀναιρετικὸν μὲν εἶναι
τοῦ πυρὸς τὸ ὕδωρ, τοῦ δὲ σκότους τὸ φῶς, καὶ τῆλλα
ὅσα τοῦτοις παραπλήσια;

ΟΥΑΑ. Δοκεῖ.

ΟΡΘΟΔ. Οὐκοῦν, εἰ τὰ μέρη οὐκ ἔστιν ἀλλήλων
ἀναιρετικά, ταῦτα δὲ ἀναιρετικά (35) τυγχάνει· οὐκ
(ἔρα) ἔσται ἀλλήλων μέρος. Εἰ δὲ οὐκ ἔσται ἀλλήλων
μέρος, οὐκ ἔσονται ὕλης μίᾳς. Ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἂν
ἔσονται ὕλη, τῷ μηδὲν τῆ τῶν ὄντων αὐτὸ ἑαυτοῦ
ἀναιρετικὸν εἶναι. Ὅθεν οὖν τῶν ἀντικειμένων ἐχόν-
των, τὸ μὴ εἶναι τὴν ὕλην δείκνυται. Περὶ μὲν τῆς
ὕλης αὐτάρκως ἔχει.

Ἐπὶ δὲ τὴν τῶν κακῶν ἐξέτασιν ἐρχεσθαι δεῖ, καὶ
ἀναγκαίως ἀναζητεῖν τὰ παρ' ἀνθρώποις. Τὰ παρὰ
ἀνθρώποις κακὰ, πότερον εἶδη τυγχάνει κακοῦ ἢ
μέρη; Εἰ γὰρ εἶδη· οὐκ (ἔρα) ἔσται ἕτερον παρὰ
ταῦτα τὸν κακὸν καθ' ἑαυτό· τῷ τὰ γένη ἐν ταῖς
εἰθεσιν ἐξετάζεσθαι, καὶ ὑπεστάναι. Εἰ δὲ τοῦτο,
γενητῶν (ἔρα) ἔσται τὸ κακόν. Τὰ γὰρ εἶδη γενητὰ
ὄντα δείκνυται· οἷον φόνος, καὶ μοιχεία, καὶ τὰ
τούτοις παραπλήσια. Εἰ δὲ μέρος τινὸς κακοῦ ταῦτα
εἶναι ἐθέλοις, ἐστὶ δὲ ταῦτα γενητὰ· ἀνάγκη κάκεινο
γενητῶν ὑπάρχειν. Ἄν γὰρ τὰ μέρη γενητὰ, ταῦτα
ὁμοίως ἐξ ἀνάγκης ἐστὶ γενητὰ. Τὸ γὰρ ὅλον ἐκ
μερῶν συνέστηκε. Καὶ τὸ μὲν ὅλον οὐκ ἔσται, μὴ
ὄντων μερῶν· ἔσται δὲ (36) τίνα τῶν μερῶν, ἂν μὴ
τὸ ὅλον παρῆ. Οὐδενὸς δὲ τῶν ὄντων μέρος μὲν ἐστὶ
γενητῶν, μέρος δὲ ἀγένητον. Εἰ δὲ καὶ τοῦτο συγχω-
ρήσαιμι τῷ λόγῳ, ἦν ποτε τὸ κακόν, ὅτε ὀλόκληρον
οὐκ ἦν· τουτέστι πρὶν δημιουργησθαι τὴν ὕλην τὸν
θεόν. Τότε δὲ ὀλόκληρον γίνεται, ὅτε πρὸς θεοῦ
γένονεν ἄνθρωπος· τῶν γὰρ μερῶν τοῦ κακοῦ ἄν-
θρωπος ὑπάρχει ποιητής. Καὶ τὸ ἐντεῦθεν ὀλόκληρον
εἶναι τὸ κακόν αἴτιος ἔσται δημιουργήσας ὁ θεός·
ἔπειρ ἄσεβός. Εἰ δ' οὐδ' ὁπότερον τούτων λέγεις τὸ
κακόν, πράξιν δὲ τινος κακοῦ (37) εἶναι λέγεις· γε-

Nam si Deus erat ingenitus, erantque simplicia
illa quibus materia composita fuit, ingenita : plane
non erunt amplius duo, et sola ingenita : ut præ-
termittam quærere, quid fuerint illa simplicia;
multa absurda. Sed et hoc quærō : Num videtur

VAL. Videtur.

ORTH. Atque igni contraria est aqua; et luci te-
nebræ; et frigidum calidum; et arido humidum.

VAL. Mihi ita videtur.

ORTH. Ergo si nulla res sibi ipsa contraria est;
hæc autem sibi repugnant : non ergo erunt sola
materia; imo neque ex materia sola. Rursum vero
velim audire : Num putas partes non se ipsas in-
B terimere?

VAL. Puto.

ORTH. Num vero existimas ignem et aquam, ac
similiter reliqua, esse partes materiæ?

VAL. Ita existimo.

ORTH. Quid vero? Non videtur tibi aqua lethali
igni; luxque tenebris; et alia, si qua sunt his
similia?

VAL. Videtur.

ORTH. Si ergo partes minime sibi invicem exi-
tio sunt; hæc autem se mutuo perimunt; sequitur,
ut non sint invicem partes. Si autem non sunt in-
vicem partes; neque unius materiæ partes fuerint.
Imo neque erunt materia, quod nihil sibi ipsi exi-
tio sit et contrarium. Cum ergo ita se habeant op-
posita, patet inde ea non esse materiam. Atque de
materia satis dictum sit.

Veniendum autem est ad malorum disquisitio-
nem, necessarioque excutienda sunt mala hominum.
Quærō igitur : Mala hominum, suntne species mali,
an partes? Si species; non erit ergo aliud præter
hæc subsistens malum, eo quod genera in spe-
ciebus inveniuntur et subsistant. Quod si ita habet,
erit sane malum aliquid procreatum. Sic enim
species quæ sint, factum aliquod ostendunt : puta,
homicidium, adulterium et his similia. Sin autem
malueris esse partes alicujus mali : cum illæ sint
quid factum; plane fit necessum, ut et illud sit
quid factum. Quorum enim partes sunt quid factum,
etiam ipsa similiter necessario ejusmodi sunt. Nam
totum constat partibus. Ac totum quidem non erit,
partibus non existentibus : partes vero aliquæ
erunt, quanquam totum desideretur. Nullius autem
rei pars altera genita est, altera ingenita. Sin vero
hoc etiam orationi dederō; haud tamen negari po-
test, fuisse quando malum non integrum esset :
hoc est, antequam Deus materiam formaret. Post-
quam Deus hominem creavit, jam integritatem re-
cipit. Nam homo, partium mali auctor est : eoque,
Deus qui condidit, auctor fuerit integritatis mali;
quod impium dictum sit. Si vero neutrum horum ma-

(33) Παρήσω. ΑΙ. παρήσατο.

(34) Μη. Scrib. μοί.

(35) Ἀναιρετικά. ΑΙ. συνανετικά.

(36) Ἐστὶ δέ. ΑΙ. ἔρα δέ. Sic et paulo post,
αἴτιος ἔρα ἔσται δημ.

(37) Κακοῦ. ΑΙ. κακόν.

lum dixeris esse, sed alicujus malam actionem : tum genitum ac quid factum, ipsum doces. Quod enim alicujus actio est, initium essendi acceptum habet. Ad hæc, nullum præterea aliud malum assignare potes. Quam enim aliam actionem, præter id quod committunt homines, assignare habueris? Nam quod is qui operatur, non sit ipse malum secundum rationem substantiæ, sed secundum ipsam mali operationem, jam ostensum fuit. Nam nihil est malum natura, sed usu sunt mala quæ mala sunt. Quippe dico, inquit (Methodius), creatum hominem liberi arbitrii, non velut malo aliquo jam existente, cujus eligendi, si vellet, potestatem haberet : sed propter concessam facultatem obsequendi Deo vel non obsequendi. Hoc enim sibi tunc volebat, ac erat, liberum arbitrium. Porro creatus homo præceptum a Deo accipit : tumque hinc malum incipit. Non enim paret divino mandato : idque et solum malum erat, inobedientia quæ esse cæpit.

METHODII EX LIBRO DE LIBERO
ARBITRIO.

(Excerptum R. P. Sirmondi S. J.)

Homo enim potestatem accepit, ut se ipse servituti addiceret, non vincente necessitate naturæ ; neque facultate auferente, quod erat melius ; cujus etiam gratia, dico fuisse concessam : ut nimirum accessio aliqua bonis prioribus fieret ; quod ei ex obedientia a meliori accedit, et ut debitum exigitur ab auctore. Non enim dico fuisse creatum hominem in interitum, sed propter meliora. Nam si factus esset velut aliquod de elementis sive aliis sic insensate servientibus Deo, non jam proposito dignam mercedem reciperet ; sed esset velut auctoris instrumentum, aliene a ratione, ob male gesta reprehensioni obnoxius. Causa enim horum esset utens. Imo neque quod est melius homo cognosceret, nisi illius cognovisset auctorem, sed illud tantum ad quod esse natus est. Quare dico, cum Deus hominem honorare et scire eum meliora vellet, dedit ei potestatem, qua posset facere quæ vellet ; ejusque potestatem ad meliora hortatur, non quod rursus auferat potestatem liberam quam dedit, sed tanquam quod melius est, declarare velit. Habet siquidem potestatem, et mandatum accipit : Deus autem admonet, ut homo, voluntatem, qua potest, in bonum inflexerit. Ut enim, cum pater puerum, alioqui habentem facultatem ad perdiscendas disciplinas, et magis earum studio adhærescendum hortatur, declarans esse ei id melius, non privat puerum potestate quam habet ; quanquam is nolit libens dicere : ita et Deum, cum hominem hortatur ut mandatis pareat, haudquaquam arbitror voluntatis potestatem auferre, qua is possit etiam non

Α νητὸν αὐτὸν ὑπάρχειν μηνύεις. Ἡ γὰρ τοῦ τινος πρᾶξις ἀρχὴν τοῦ εἶναι λαμβάνει. Πρὸς δὲ τούτοις οὐδὲν ἕτερον παρὰ ταῦτα κακὸν εἰπεῖν ἔχεις. Πόταν γὰρ πρᾶξιν ἐτέραν παρὰ τὸ (58) ἐν ἀνθρώποις δεικνύειν ἔχεις ; "Ὅτι γὰρ ἐνεργῶν, οὐ κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον ὑπάρχει κακία, ἀλλὰ κατ' αὐτὸ τὸ ἐνεργεῖν τὸ κακὸν ἤδη δέδεικται. "Ὅτι τῇ φύσει κακὸν οὐδὲν ἐστίν, ἀλλὰ τῇ χρήσει γίνεται κακὰ τὰ κακὰ. "Ὅτι αὐτεξούσιον, φησί, γεγόνει φημί τὸν ἀνθρώπον, οὐχ ὡς προὑποκειμένου τινὸς ἤδη κακοῦ, οὐ τὴν ἐξουσίαν, εἰ βούλοιο, τοῦ ἐλέσθαι ἀνθρώπος ἐλάμβανεν, ἀλλὰ τὴν τοῦ ὑπακούειν (39) [τῷ Θεῷ, καὶ μὴ ὑπακούειν] αἴτιον μόνον ἦν. Τοῦτο γὰρ τὸ αὐτεξούσιον ἐβούλετο τότε. Καὶ γενόμενος ἀνθρώπος ἐντολὴν λαμβάνει παρὰ τοῦ Θεοῦ. Καὶ ἐντεῦθεν ἤδη τὸ κακὸν ἀρχεται. Οὐ γὰρ πείθεται τῷ θεῷ προστάγματι καὶ τοῦτο καὶ μόνον ἦν τὸ κακὸν, ἡ παρακοή, ἥτις τοῦ (40) εἶναι ἤρξατο.

ΜΕΘΟΔΙΟΥ ΕΚ ΤΟΥ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΥΤΕΞΟΥ-
ΣΙΟΥ.

"Ανθρώπος γὰρ προσέλαθεν ἐξουσίαν, ἑαυτὸν δουλαγωγῶν, οὐκ ἀνάγκη τῆς φύσεως κρατούμενος, οὐδὲ τῆς δυνάμεως ἀφαιρούμενος (41), ὅπερ αὐτῷ κρείττον· οὐ ἕνεκα κεχαρισθαι φημί· ἵνα τι πλεόν ὦν ἔχει προσλάβῃ, ὅπερ αὐτῷ παρὰ τοῦ κρείττονος ἐκ τῆς ὑπακοῆς προσγίνεται, καὶ ὡς ὀφειλὴν ἀπαιτεῖται παρὰ τοῦ πεποιηκότος. Οὐ γὰρ ἐπὶ βλάβῃ τὸν ἀνθρώπον γεγόνει φημί· ἕνεκα δὲ τῶν κρείττωνων. Εἰ γὰρ ὡς ἐν τι γέγονε τῶν στοιχείων, ἢ τῶν ὁμοίως δουλευόντων Θεῷ, οὐκ ἔτι μισθὸν ἄξιον τῆς προαιρέσεως λαμβάνει· ἀλλ' ὡς περ ὄργανον ἂν ἦν τοῦ δημιουργοῦ, τὴν ἐφ' οἷς οὐ καλῶς ἔπραξεν, ἀλόγως μέψιν ὑπομένων· τούτων γὰρ αἰτίος (42) ἦν ὁ χρώμενος. Ἄλλ' οὐδὲ τὸ κρείττον ἀνθρώπος ἤπιστατο, μὴ τὸν αἴτιον εἰδὼς, ἀλλ' ἐκεῖνο μόνον εἰς ὃ πέφυκεν εἶναι. Φημί τοιγαροῦν τὸν Θεὸν οὕτω τὸν ἀνθρώπον τιμῆσαι προαιρούμενον, καὶ τῶν κρείττωνων ἐπιστήμονα γίνεσθαι, τὴν ἐξουσίαν αὐτῷ τοῦ δύνασθαι ποιεῖν ἃ βούλεται, δεδωκέναι· καὶ τὴν ἐξουσίαν αὐτοῦ εἰς κρείττον παραινεῖν, οὐκ ἀφαιρούμενον πάλιν τὸν αὐτεξούσιον, ἀλλὰ τὸν κρείττον μηνύειν θέλοντα. Τὸ μὲν γὰρ δύνασθαι πάρεστιν αὐτῷ· καὶ τὴν ἐντολὴν λαμβάνει· τὴν δὲ τοῦ δύνασθαι προαίρεισιν εἰς τὸ κρείττον τρέπειν ὁ Θεὸς παραινεῖ. Ὡς περ γὰρ πατὴρ παιδὶ παραινεῖ, ἐξουσίαν ἔχοντι ἐκμανθάνειν τὰ μαθήματα, καὶ μᾶλλον ἔχεσθαι τῶν μαθημάτων, ὅτι, κρείττον τοῦτο μνηύει, κἂν μὴ ἐκὼν μανθάνειν βούληται· οὕτω μοι καὶ τὸν Θεὸν οὐ δοκεῖ, προτρέποντα τὸν ἀνθρώπον πείθεσθαι τοῖς προστάγμασιν, ἀφαιρεῖν αὐτὸν τὴν ἐξουσίαν τῆς προαιρέσεως τοῦ

(38) Παρὰ τὸ. ΑΙ. παρὰ τοῦ.

(39) Τῆρ τοῦ ὑπ. Præmittendum fortasse διά. Mox scribendum αἰτίαν μόνην, vel αἴτιον δύναμιν.

(40) Τοῦ. ΑΙ. αὐτοῦ

(41) Ἀφαιρούμενος. Scrib. ἀφαιρουμένης.

(42) Τούτωρ γὰρ αἴτ. Locus citatur a Fr. Turriano lib. iv pro Epist. Pont., cap. 2.

δύνασθαι, καὶ μὴ ὑπακούειν τοῖς πράγμασι (43). Καὶ γὰρ τὴν ἀρχὴν τοῦ οὕτως παραινεῖν, ὅτι μὴ ἀρεῖτε τὴν ἐξουσίαν, μὴνύει. Προστάττει δὲ, ἵνα τῶν κρείττωνων ἄνθρωπος ἀπολαύειν δυνηθῆ. Τοῦτο γὰρ ἐπεταὶ τῷ πεισθῆναι τῷ τοῦ Θεοῦ προστάγματι. Ὅστε οὐχ ἵνα τὴν ἐξουσίαν ἦν δέδωκεν ἀφέλη, προστάττειν βούλεται· ἀλλ' ἵνα κρείττον δωρησῆται, ὡς ἀξίῳ μειζόνων τυχεῖν, ἀνθ' ὧν ὑπήκουσε τῷ Θεῷ, καὶ τὴν τοῦ μὴ ὑπακούειν ἐξουσίαν ἔχων. Φημί ἄνθρωπον γεγονέναι [αὐτεξούσιον], οὐχ ὡς προϋποκειμένου τινὸς ἤδη κακοῦ, οὐ τὴν ἐξουσίαν τοῦ ἐλεσθαι, εἰ βούλοιο, ὁ ἄνθρωπος ἔλαβε ἀλλὰ τὴν τοῦ ὑπακούειν τῷ Θεῷ καὶ μὴ ὑπακούειν αἰτίαν μόνην. Τοῦτο γὰρ τὸ αὐτεξούσιον ἡβούλετο. Καὶ γενόμενος ὁ ἄνθρωπος, ἐντολὴν λαμβάνει παρὰ τοῦ Θεοῦ· καὶ ἐντεῦθεν ἤδη τὸ κακὸν ἀρχεται· οὐ γὰρ πείθεται τῷ θεῷ προστάγματι· καὶ τοῦτο καὶ μόνον τὸ κακὸν, ἡ παρακοή, ἥτις τοῦ εἶναι ἤρξατο. Οὐδὲ γὰρ ἀγένητον ταύτην τις εἰπεῖν ἔχει, τοῦ ποιησαντος αὐτὴν ὄντος γενητού. Πάντως δὲ, πόθεν τοῦτο τὸ παρακούσαι, ἐρωτήσεις. Ἄλλὰ κείται σαφῶς ἐν τῇ θεῖᾳ Γραφῇ. "Ὅθεν οὐδὲ τοιοῦτον τὸν ἄνθρωπον πρὸς τοῦ Θεοῦ γεγονέναι φημί· κατὰ δὲ τὴν τινα διδασκαλίαν τοῦτο πεπονθέναι λέγω. Οὐδὲ γὰρ τοιαύτην φύσιν εἰληφῶς ὁ ἄνθρωπος. Εἰ γὰρ οὕτως εἶχεν, οὐκ ἂν αὐτῷ κατὰ διδασκαλίαν τοῦτο προσεγίνετο, τῆς φύσεως αὐτῆς οὕτως ἐχούσης. Λέγει δὲ τις θεῖα φωνή, *μεμαθηκέναι* (44) τὸν ἄνθρωπον... Διδάσκεισθαι οὖν φημι τὸ παρακούειν Θεοῦ. Τοῦτο γὰρ καὶ μόνον ἐστὶ τὸ κακὸν, ὃ παρὰ τὴν τοῦ Θεοῦ προαίρεσιν γίνεται· οὐ γὰρ ἂν καθ' ἑαυτὸ τὸ πονηρὸν ὁ ἄνθρωπος διδάσκεται. Ὁ διδάσκων τοίνυν τὸ κακὸν ἐστὶν ὁ δράκων, καὶ τὰ ἐξῆς. Λέπει.

Τοῦ αὐτοῦ Μεθοδίου.

(Ex Elem. Damasc. emin. card. Rupifuc.)

Τὴν μὲν οὖν ἀρχὴν τοῦ κακοῦ τὸν φθόνον εἶπον ἔγωγε· τὸν δὲ φθόνον ἐκ τοῦ κρείττονι τιμῇ κατηζῶσθαι τὸν ἄνθρωπον πρὸς τοῦ Θεοῦ· τὸ δὲ κακὸν, ἡ παρακοή τῆς τοῦ Θεοῦ ἐντολῆς.

* Jerem. xiii, 23.

obedire mandatis. Nam et id causæ ostendit, cur ita hortetur, quod potestatem non abstulerit. Præcipit autem, ut homo potiora consequi possit. Quod quis enim divino præcepto obsequatur, ejusmodi præmium excipit. Quamobrem non vult dare præceptum, ut auferat potestatem quam dedit; sed ut melius aliquid donet, tanquam digno qui meliora adipiscatur, quia paruit Deo, cum alioqui potestatem non parendi haberet. Dico autem factum hominem liberum, non velut malo aliquo jam existente, cujus eligendi, si vellet, potestatem acceperit: sed propter concessam facultatem, qua pareret vel non pareret præcipienti Deo. Est hoc enim, in quo erat posita facultas arbitrii. Creatus autem homo, præceptum a Deo accipit: jamque inde inchoat malum, nam non paret divino præcepto: hocque et unum malum erat, inobedientia quæ tunc incepit. Ne quis enim eam dixerit ingentam, genito et creato eo qui fecit. Prorsus vero quæres, unde hæc inobedientia. Enimvero perspicue in divina Scriptura positum est. Quare etiam nego talem a Deo fuisse creatum hominem: dico vero, id ipsi doctrina quadam accidisse. Non enim homo acceperat talem naturam. Nam hoc posito, ipsa natura sic comparata, haudquaquam oportuisset illud per doctrinam accedere. Porro est qui voce divina, ac ceu ex oraculo, hominem mala didicisse dicat. Dico ergo didicisse non obedire Deo. Hoc enim et solum est malum illud, quod fit præter divinam voluntatem: non enim homo, malum addiscit secundum se. Qui ergo malum docet, draco est, etc.

Ejusdem Methodii.

Sane vero, mali principium, dixerim ego invidiam: inde vero ortam illam, quod homo potioribus honoribus a Deo fuisset auctus. Porro malum, inobedientia est divini mandati.

+ ΜΕΘΟΔΙΟΥ ΕΚ ΤΟΥ ΠΕΡΙ ΑΝΑΣΤΑΣΕΩΣ (45).

METHODII

EX LIBRO DE RESURRECTIONE.

Α'. Οὐκ ἐποίησε (46) κακὸν ὁ Θεός· οὐδὲ ἐστὶ τὸ εὐλόγον ὄλωκεν ἐκ παντός τὸ παράπαν αἴτιος κακοῦ. Ἄλλὰ πᾶν ὅπερ ἂν αὐτεξούσιον οὕτως ὑπ' αὐτοῦ γεγῶς· εἰ (47) πρὸς τὸ φυλάξασθαι καὶ τηρηθῆαι νόμον, ὃν αὐτὸς δικαίως διετέλειτο, μὴ τηρήσαν, λέ-

I. Malum Deus non fecit, nec ullo modo auctor illius est. Sed quidquid arbitrii sui potestate præditum ab eo factum est, ut quam is legem justissime præscripsit, servaverit, ea non servata, appellatur malum. Est autem gravissimum hoc damnum in

(43) Πράγματα. Turf., προστάσι, forte προστάγμασι.
 (44) Jerem. xiii, 23, μεμαθηκότες τὰ κακά.
 (45) Ἐκ τοῦ περὶ ἀναστ. Hæc excerptia partium

ex Epiphanio, sed emendata, partim nova.
 (46) Οὐκ ἐπ. Ex Epiphanio hæc. lxiiv, n. 22, emend. ex Element. card. Rupifucald.
 (47) El. Impr., ἦ, forte ἦ.



primis, Dei mandata negligere, ac justitiæ quæ adjuncta libertati est, limites præterire.

II. Illud vero jam antea disputatum est, monstratumque, *pelliceas tunicas* ⁷, aliud esse præter corpora. Sed nihilominus idem rursus (dicendum enim sæpius est) hoc loco repetamus. Primus igitur ipse parens, antequam eæ tunicæ consuerentur, ossa se et carnem habere constitetur; cum nimirum, perductam ad sese mulierem contemplantus, *Hoc nunc os*, inquit, *ex ossibus meis, et caro de carne mea*. Et rursus: *Hæc vocabitur mulier, quoniam de viro sumpta est. Propter hoc relinquet homo patrem suum et matrem, et adhærebit uxori suæ: et erunt duo in carnem unam* ⁸. Neque enim certos homines ferre possum, qui consulto nugantur ac Scripturas impudentissime detorquent, quo suum illis de resurrectione sine carne dogma procedat: qui ideo, et ossa quædam intelligibilia, et carnes similiter intelligibiles commenti sunt, ac suis allegoriis alias aliter sursum deorsumque sese convertunt. Atqui hæc perinde ac scripta sunt, accipienda esse, Christi confirmat auctoritas; ubi interrogantibus Pharisæis de uxoris divortio, respondet: *Non legistis, quia qui fecit hominem ab initio, masculum et feminam fecit eos? Et dixit: Propter hoc relinquet homo patrem et matrem* ⁹, etc.

III. Sed et illud perspicue absurdum est, arbitrari corpus in æterna illa vita minime cum anima futurum, quod illud tanquam vinculum ac pedicula sit; ut ne, juxta quod opinantur, sempiternis vinculis corruptionis addicti videamur, qui in lucis illo regno simus habitaturi. Cum enim abunde dissoluta ac refutata sit illa sententia, qua animæ vinculum carnem esse definiabant; etiam illud solutum est, ut ideo caro non resurgat, ne si eam resumpserimus, victi propter eam in regno illo lucis futuri simus.

IV. Igitur ne immortale quoddam ac sempiternum malum esset homo, ut jam diximus, in quo peccatum potioribus auctum, dominium obtineret (48); velut quod immortalis in corpore pullulasset, et immortalis perinde alimento glisceret: propterea mortalem illum Deus esse voluit, ac morte lamnavit. Hoc enim scortæ illæ tunicæ significabant, ut nimirum corpore resoluta, omne ex imo

⁷ Gen. III, 21. ⁸ Gen. II, 23, 24. ⁹ Matth. XIX, 4, 5.

(48) *Potioribus auctum, dominium obtineret*. Sic visum est circumloqui τὸ, κρατιστεύουσαν significat enim novam illam excellentiam peccati in homine, ex subjecti immortalitate, nisi Deus ipsum a peccato, morte damnasset.

(49) *Προηπ.* Epiph. hæc. n. 23, emend. ex autogr. R. P. Sirm.

(50) *Τῇ γυναικὶ αὐτοῦ*. Al., πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ.

(51) *Δίγα σαρκὸς εἶναι προχωρήση*. Edit. Epiph., male, δὴ σαρκὸς μὴ εἶναι προχωρήσης.

(52) *Ἄτοσ.* Ex Epiph. ibid., n. 4^o, emend. ex

γεται κακόν. Βαρυτάτη δὲ βλάβη τὸ παρακοῦσαι Θεοῦ, τοὺς ὄρους τῆς κατὰ τὸ αὐτεξούσιον ὑπερβάντα δικαιοσύνης.

B'. Προηπόρηται (49) δὲ ἤδη, καὶ ἀπεδείχθη, τοῖς *δερματινοῦς χιτῶνας* μὴ εἶναι τὰ σώματα. Ὅμως δὲ καὶ πάλιν (οὐ γὰρ ἄπαξ ῥητέον) φράσωμεν. Αὐτὸς πρὸ τῆς κατασκευῆς αὐτῶν ὁ πρωτόπλαστος ὁμολογεῖ καὶ ὅσα ἔχειν καὶ σάρκας, ὅποτε δὴ τὴν γυναῖκα αὐτῷ προσαχθεῖσαν θεασάμενος, *Τοῦτο τὴν ὄστων*, ἐφώνησεν, *ἐκ τῶν ὄστων μου, καὶ σὰρξ ἐκ τῆς σαρκὸς μου*: καὶ πάλιν· *Αὕτη κληθήσεται γυνή, ὅτι ἐκ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς ἐλήφθη*. *Ἐνεκεν τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ, καὶ τὴν μητέρα, καὶ προσκολληθήσεται τῇ γυναικὶ αὐτοῦ* (50): *καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν*. Οὐ γὰρ δὴ ἀνέξομαι φληναφούντων τιῶν, καὶ βιαζομένων ἀπηρηθριασμένως τὴν Γραφήν, ἵνα αὐτοῖς *δίγα* σαρκὸς εἶναι προχωρήση (51) ἡ ἀνάστασις, ὅσα νοητά, καὶ σάρκας νοητὰς ὑποτιθέμενων, καὶ ἄλλοτε ἄλλως ἔνω καὶ κάτω μεταβαλλομένων ἀλληγορίαις. Καὶ ταῦτα οὕτως, ὡς γέγραπται, παραλαμβάνεσθαι, κρατινοῦς τοῦ Χριστοῦ τὴν Γραφήν, ἔνω πυνθανομένου τοῖς Φαρισαίοις περὶ χωρισμοῦ γυναικὸς ἀποκρίνεται· *Οὐκ ἀρέγνωτε, ὅτι ἀπ' ἀρχῆς ὁ κτίσας ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς; Καὶ εἶπεν· Ἐνεκεν τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα, καὶ τὰ ἐξῆς*.

Γ'. Ἄτοπον (52) δὲ κακίον προφανῶς, τὸ ὄφασθαι τὸ σῶμα ἐν τῇ εἰς αἰῶνας διαγωγῇ μὴ συνείσεσθαι (53) τῇ ψυχῇ, διὰ τὸ δεσμὸν αὐτὸ καὶ πέδας εἶναι· ἵνα μὴ αἰώνιοι γενόμεθα κατάκριτοι δεσμῶται, κατ' αὐτοῦς, φθορᾶς (54) ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ φωτὸς ἐσόμενοι. Λελυμένου γὰρ ἱκανῶς, καὶ ἐξελεγχθέντος τοῦ λόγου, ἐν ᾧ δεσμὸν τῆς ψυχῆς ὠρίζοντό εἶναι τὴν σάρκα, λέλυται καὶ τὸ, ἵνα μὴ δεσμῶται ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ φωτὸς, εἰ ἀπολάβωμεν (55) αὐτήν, ἐσόμεθα, διὰ τοῦτο οὐκ ἀναστήσεται.

Δ'. ἵνα τοίνυν (56) μὴ ἦ κακὸν ἀθάνατον ὁ ἄνθρωπος, ἢ αἰζῶνων, ἔχων ἐν ἑαυτῷ τὴν ἁμαρτίαν κρατιστεύουσαν, ἅτε ἐν ἀθανάτῳ βλαστήσασαν σώματι, καὶ ἀθάνατον ἔχουσαν τροφήν, ὁ Θεὸς αὐτὸν διὰ τοῦτο θνητὸν ἀπεφῆνατο νεκρότητι περιβαλῶν. Τοῦτο γὰρ οἱ δερματινοὶ χιτῶνες ἐβούλοντο, ἵνα δὴ διὰ τῆς ἀναλύσεως (57) τοῦ σώματος ἡ ἁμαρτία κάτῳθεν αὐτόπρεμος πᾶσα διαφραγῆ, ὡς μηδὲ κἄν

codd. Rupif. et Sirm.

(53) *Συνείσεσθαι*. Sic edit. At Rupif. et Sirm., συνενοῦσθαι, *animæ non unieundum*.

(54) *Κατ' αὐτούς, φθορᾶς*. Impr. κατὰ τοὺς φθορᾶς, corrupte. Sirm., καὶ ταυτοί.

(55) *Εἰ ἀπολάβωμεν*. Impr. et Sirm., ἦν ἀπολαβόμεν.

(56) *Ἴνα τοίνυν*. Ex Epiph. l. c. num. 24, emend. ex cod. Rupif., in quo et quæ sequuntur.

(57) *Τῆς ἀναλύσεως τοῦ σώματος*. Impr., τῆς λύτῳως καὶ διαιρέσεως.

βραχύτατον ρίζης ἐαθῆναι μέρος, ἀφ' οὗ νέαι βλάσται· ἅπαντες ἀμαρτημάτων ἀναβλύζονται.

Ε. Καθ' ἅπερ (57') γὰρ ἐν οἰκοδομήμασι ναῶν καλοῖς (58) συκῆ γεννηθεῖσα, καὶ εἰς ἑκστασιν καὶ μέγεθος εὐτροφήσασα, καὶ ἐπὶ πάσας τὰς ἀρμονίας παυκλημάτοις ρίζαις τῶν λίθων κεχυμένη, οὐ πρότερον τοῦ φύειν στέλλεται, ἕως πᾶσα ἀποσπασθῆ, λυθέντων τῶν καθ' οὓς ἐβλάστησε τόπους τῶν λίθων· δυνατὸν γὰρ εἰς τοὺς ἑαυτῶν ἐναρμοσθῆναι τόπους τοὺς λίθους, τῆς συκῆς ἀφηρημένης, ὅπως ὁ μὲν ναὸς σώζεται, μὴδὲν τῶν ἀφανιζόντων αὐτὸν κακῶν ἐν ἑαυτῷ μηκέτι φέρων, ἡ δὲ συκῆ προθέλυμος ἀποσπασθεῖσα ἀποθάνη· κατὰ ταῦτα καὶ ὁ θεὸς ὁ τεχνίτης τὸν ἑαυτοῦ νεώ, τὸν ἄνθρωπον, δίκην ἀγρίας συκῆς, τὴν ἀμαρτιαν βλαστήσαντα, διεκώλυσε θανάτου προσκαίρων προσβολαῖς· ἀποκαίνων, κατὰ τὸ γεγραμμένον, καὶ ζωοποιῶν· ἵνα πάλιν τῶν αὐτῶν ἡ σὰρξ μερῶν, μετὰ τὸ ξηρανθῆναι καὶ ἀποθανεῖν τὸ ἀμάρτημα, δίκην ἀνακαίνοποιηθέντος ναοῦ, ἀθάνατος καὶ ἀτήμων ἔγερθῆ, τελέως ἐκ βάρων ἀπολομένης τῆς ἀμαρτίας. Ζῶντος γὰρ ἔτι τοῦ σώματος, πρὸ τοῦ τευνῆσθαι, συζῆν ἀνάγκη καὶ τὴν ἀμαρτιαν, ἔνδον τὰς ρίζας αὐτῆς ἐν ἡμῖν ἀποκρύπτουσαν, εἰ καὶ ἐξωθεν τομαῖς ταῖς ἀπὸ τῶν σωφρονισμῶν (59), καὶ τῶν νοουθετήσεων ἀνεστέλλετο. Ἐπεὶ οὖν οὐκ ἂν μετὰ τὸ φωτισθῆναι συνέβαιεν ἀδικεῖν, ὅτε παντάπασιν εἰλικρινῶς ἀφηρημένης ἀφ' ἡμῶν τῆς ἀμαρτίας. Νῦν δὲ καὶ μετὰ τὸ πιστεῦσαι, καὶ ἐπὶ τὸ ὕδωρ ἔλθειν τοῦ θγιασμοῦ, πολλάκις ἐν ἀμαρτίαις ὄντες εὐρισκόμεθα. Οὐδεὶς γὰρ οὕτως ἀμαρτίας ἐκτός εἶναι καυχῆσεται, ὡς μὴδὲ καὶ ἐνθυμηθῆναι τὸ σύνολον ὅλως τὴν ἀδικίαν. Ὅστε συμβέβηκε (60) συστέλλεσθαι μὲν, καὶ κατευνάζεσθαι τῇ πίστει νῦν τὴν ἀμαρτιαν, εἰς τὸ μὴ φύσαι (61) καρποὺς βλαβοποιούς, οὐ μὴν ἀνασπασθῆναι καὶ τῶν ριζῶν ἀκρις. Νῦν μὲν ἐνταῦθα τὰς βλάστας αὐτῆς, οἷον τὰς ἐνθυμήσεις τὰς πονηράς, συστέλλομεν, μὴ τις ρίζα πικρίας ἄνω φύουσα ἐνσχλήση, μὴ ἔωντες ἀναμύειν, καὶ διοίγυσθαι τὰ μεμυκῶτα στόμια πρὸς τὰς ἐκφύσεις· τοῦ λόγου δίκην ἀξίνης πρὸς τὰς ρίζας αὐτῆς τὰς κάτω φυομένας τέμνοντος. Τότε καὶ τὸ ὅλως ἐνθυμηθῆσθαι περὶ κακίας ἀφανισθῆσεται.

cidente. At in futuro illo statu, mali omnis vel futura

Γ'. Φέρε (62) γὰρ, ἐπειδὴν πολλῶν δεῖ τῶν περὶ τὰ τοιαῦτα παραδειγμάτων, ἐντεῦθεν αὐτὰ μάλιστα σκεπτώμεθα, μὴ ἀφιστάμενοι πρὶν ἂν εἰς εὐδηλοτέραν ἔρμηνειαν ἀποτελεωθῆσιν καὶ ἀποδείξιν ὁ λόγος. Φαίνεται τοίνυν ὥστερ εἰ τις δημιουργὸς ἀκρος,

A peccatum stirpitus enecaretur, ac ne tenuissimæ quidem fibræ remaneret, unde nova subinde germina peccatorum erumperent.

V. Ut enim magnificis templorum structuris caprificus crescens, atque in maximam amplitudinem adolescens, et multiplicibus radicum brachiis per omnes lapidum diffusa compages, non prius excrecere ac pullulare desinit, quam disjectis ex eo unde enata est loco lapidibus, tota penitus evulsa concidat: tum enim, sublata caprifico, lapides suis locis possunt restitui, ut et templum ipsum incolu-me servetur, cum nullum amplius ex iis quibus evertetur, incommodis habeat; caprificus vero ab imis radicibus evulsa moriatur: ad eundem plane modum artifex ille Deus, templum suum, hominem, qui peccatum, caprifici cujusdam instar, produxerat, mortis ad tempus impressione, fructicatione inhibuit (63): qui juxta quod scriptum est¹⁰, occidat et vivere faciat: ut iisdem partibus caro, exsiccatu intermortuoque peccato, velut templum quoddam instauratum, immortalis illæsaque, sublato a fundamentis profligatoque peccato, resurgeret. Etenim quandiu corpus vivit, nec adhuc mortuum est, cum eo vivere peccatum necesse est, et occultas in nobis radices agere, quantumvis quibusdam velut castigationum reprehensionumque putationibus coerceatur. Alioquin post baptismum nullum jam scelus perpetravimus, posteaquam peccatum a nobis funditus esset sublatum. Atqui etiam post susceptam fidem, ac postquam ad aquam illam sanctificantem accessimus, sæpe peccatis obnoxii invenimur. Neque enim adeo se immunem ab omni peccato gloriari quisquam potest, ut ne cogitatione quidem scelus ullum admittat. Quare accidit, ut modo quidem peccatum fide reprimatur et consopiat, ut ne perniciosos fructus emittat; non tamen ut omnino ac radicibus extinguatur. Quocirca, nunc quidem illius germina, pravæ nimirum cogitationes, inhibemus; ne qua radix amaritudinis sursum germinans¹¹, molestiam nobis afferat: ac ne apertas ad pullulandum vias ac spiramenta delibescere ac patefieri sinimus, divino Verbo, securis instar, fruticantes identidem ab radice stirpes excogitatio tolletur.

VI. Age enim, quoniam multis rerum ejuscemodi exemplis opus est (64), hinc potissimum ista consideremus, neque prius ab eo argumento discedamus, quam in clariorem explicationem ac probationem nostra desiderit oratio. Periinde igitur con-

¹⁰ Deut. xxxii, 39. ¹¹ Heb. xii, 5.

(57') Καθ' ἅ. Ex Eriph. hæf. n. 25.
(58) Καλοῖς. Edit., καλῶν. Et mox, εὐτροφήσασα.
(59) Σωφρονισμῶν. Ms. Rupif., συμφροῶν.
(60) Συμβέβηκε. Edit., συνέστηκε. Mox pro κατευνάζεσθαι, cod. Rup., κατευνάζειν.
(61) Φύσαι. Edit., ὄσαι.
(62) Φέρε, x. τ. λ. Ex Eriph. n. 27.
(63) Fructicatione inhibuit. Διεκώλυσε, nempe τοῦ βλαστάνειν. Alia lectio Eriphan. διέλυσε etiam con-

gruit.
(64) Quoniam multis rerum ejuscemodi exemplis opus est. Ἐπειδὴν πολλῶν δεῖ τῶν περὶ τὰ τοιαῦτα παραδειγμάτων. Transitio est ab exemplo caprifici et templi ad exemplum simile, vitii labisque, et simulacri; in quibus ambobus destrui oportet subiectum iterum instaurandum, ut pereat quod malum accessit. Non satis videtur exprimere interpretes Eriphanii: Quoniam multis ad id exemplis opus est.

tigisse mihi videtur, ac si peritissimus quisquam artifex egregiam ex auro vel alia materia statuum a se fabricatam, ac membris omnibus concinne elegantisque perpolitam, alteram conflit; ubi subinde a nequissimo aliquo fœdatam animadvertit, qui hanc statuæ pulchritudinem præ invidia non ferens, labem aliquam, inanem ex invidia voluptatem percepturus, intulerit. Animadvertite enim, sapientissime Aglaophon: Si nullo prorsus modo voluerit artifex habere deturpatam statuum quam tanto studio elegantique elaboravit, rursum plane inducet in animum, ut conflata illam, qualis antea erat, refliciat. Quod si fundere denuo, atque ab integro restituere et instaurare non placeat: sed medicans tantum et corrigens, ita uti se habet. relinquat; necesse est, ut igni candefacta atque arte fabrilis retractata effigies, non jam eadem conservetur, sed commutata ac subdistracta appareat. Quare si præclarum et omnis labis expertum totum simulacrum velit, confingi confarique iterum oportet; ut quidquid malevolorum fraude atque invidia turpitudinis ac vitii est allatum, in instaurazione ac conflatione tollatur, ipsum vero simulacrum, in eadem rursus specie integrum et illæsum, sibi quam simillimum reddatur. Ita enim contingit, non ut statua, ab eodem ipso artifice pereat, tametsi fusa rursus solvatur in materiam, sed ut in integrum restitatur: utque labes omnes et fœditates pereant; siquidem illæ absumuntur; non ut instaurentur et amplius redeant: propterea quod in omni arte præstantissimus opifex non eo respiciat ut suum opus turpitudinis aliquid vel offensionis habeat, sed ut aptissime modulatum affabreque factum exeat. Idem igitur in nobis fecisse mihi Deus et administralle videtur. Cum enim hominem, elegantissimum opus suum, fraudulentis artibus atque invidia perspiceret male habitum, talem pro sua benignitate relinquere noluit, ne in omnem æternitatem infectum macula, immortale illud secum adveleret vituperium, sed in materiam denuo resolvit, ut quidquid in eo vitiosum erat, reformatione ipsa velut eliquatum atque extinctum periret. Quod enim illic est statuæ conflatio, idem hic mors est, dissolutioque corporis: ac quod illic est, iterum conformari materiam atque in pristinum nitorem restitui, idem hic est, post mortem resurgere: quemadmodum etiam Jeremias propheta [ait Judæis]. Sic enim et ille jam tum eis denuntiat spondetque dicens: *Et descendi in domum figuli; et ecce ille faciebat opus super lapidibus: et intercidit vas (65) quod ipse faciebat in*

(65) *Et intercidit vas.* Διέπεσε, quomodo notat Nobilius habere aliquos codices: minus tamen apte videtur exponere, *cadendo dissipatum est.* Melius alii, *dilapsum est*, ac velut inter digitos et quasi casu, ut in ejusmodi solet, defluxit ac intercidit. Petavius solum reddit simplex έπεσε, quod Sixtina habent.

(66) *Ἀπὸ χρ.* Edit., ὑπὸ χρ.

(67) *Καρπούμενος.* Codex Rup., καρποζόμενος.

(68) *Πεπον.* Id. codex, πεπονημένος; neque præfert subsequens αὐτό.

ἄγαλμα καλὸν ἀπὸ χρυσοῦ (66) κατεσκευασμένον ἢ ὕλης ἐτέρας αὐτῷ, καὶ πάντα τὰ μέλη συμμετρῶς εἰς κάλλος διακεκοσμημένον, πάλιν χωνεῖται, λελωθημένον ἀφ' ἑω θεασάμενος ὑπὸ τινος ἀνθρώπου πονηροτάτου, ὃς οὐκ ἐνεγκὼν ὑπὸ βασκανίας εὐπρεπὲς εἶναι τὸ ἄγαλμα, ἐσίνατο, ματαίαν ἦδονην καρπούμενος (67) τοῦ φθόνου. Πρόσχευς γὰρ, ὡ σοφώτατε Ἀγλαοφῶν, ὅτι, εἰ βούλοιο μὴ εἶναι σεσινωμένον ὅλως ὁ δημιουργὸς καὶ ψεκτὸν τὸ μετὰ τὸσαύτη αὐτῷ σπουδῆς τε καὶ φροντίδος πεπονημένον (68), πάλιν προτραπήσεται συγχωνεύσας αὐτό, τοιοῦτο ποιεῖν, ὅσον καὶ πρόσθεν ἦν. Εἰ δὲ μὴ ἀναχωνεῖται, μηδὲ ἀνασκευάζει (69), (ἐξ δὲ οὕτως μένειν) θεραπεύων αὐτὸ καὶ ἐπανορθούμενος, ἀνάγκη δὲ, πυρρακτούμενον καὶ χαλκευόμενον τὸ ἄγαλμα, μηκέτι δύνασθαι διατηρηθῆναι τὸ αὐτό, ἀλλὰ διηλλαγμένον (70) ἔσεσθαι καὶ ὑπεσπασμένον. Διὰ τοῦτο, εἰ βούλοιο καλὸν καὶ ἀμωμον ὄλον αὐτὸ εἶναι, ἀναθλάσθαι αὐτό, καὶ ἀναχωνεῖσθαι δεῖ· ὅπως τὰ μὲν αἴσχη καὶ τὰ ἀλλοιωμάτα πάντα τὰ ἐξ ἐπιβουλῆς αὐτῷ καὶ φθόνου ὑπέρβαντα, αὐτὰ μὲν διὰ τῆς ἀνασκευῆς καὶ ἀναχωνεύσεως ἀπόληται· τὸ δὲ εἰς τὸ αὐτὸ εἶδος αἰσίνες καὶ ἀκίβδηλον αὐθις ἄγαλμα ἁμοιότατον ἑαυτοῦ κατασταθῆ. Τῷ μὲν γὰρ ἀγάλαματι ἀπολέσθαι οὐκ ἔστιν ὑπὸ τῷ αὐτῷ (71) τεχνίτη, κἂν πάλιν εἰς ὕλην χυθῆ· ἀποκατασταθῆναι δὲ ἔστι· τοῖς δὲ αἰσχεσι καὶ λωδήμασι ἀπολέσθαι μὲν ἔστι, τήκονται γὰρ· ἀποκατασταθῆναι δὲ οὐκ ἔστι· διὰ τὸ ἐν πάσῃ τέχνῃ τὸν ἄριστον δημιουργὸν μὴ πρὸς τὸ αἰσχρον ἢ ἐπιτευχθησόμενον (72) ὄραβ, ἀλλὰ πρὸς τὸ σύμμετρον καὶ εὐθὲς τοῦ δημιουργουμένου. Ταυτὸν γὰρ φαίνεται δὴ μοι καὶ ἐφ' ἡμῶν ὁ θεὸς διωκονομηκένας. Τὸν γὰρ ἀνθρώπον, τὸ εὐπρεπέστατον ἑαυτοῦ τέχνημα, βασκάνους ἐπιβουλαῖς φθόνου κεκακωμένον ἰδὼν, οὐκ ἠνέσχετο τοιοῦτον καταλείψαι φιλάθρωπος ὢν, ὅπως μὴ δι' αἰῶνος εἴη μεμωμημένον, ἀθάνατον ἔχων ἐν ἑαυτῷ τὸν φόγον· ἀλλὰ διέλυσεν εἰς ὕλην πάλιν, ἵνα διὰ τῆς ἀναπλάσεως ἐκτακῶσι, καὶ ἐξαφανισθῶσι πάντα τὰ ἐν αὐτῷ μωμήματα. Τὸ γὰρ ἐκεῖ ἀναχωνεῖσθαι τὸν ἀνδριάντα τοῦτον, τὸ ἐνταῦθα ἀποθανεῖν καὶ διαλυθῆναι τὸ σῶμα· τὸ δὲ ἐκεῖ ἀναμορφωθῆναι (73) τὴν ὕλην, ἢ ἀνακοσμοποιηθῆναι, τοῦτο ἐνταῦθα (μετὰ τὸ ἀποθανεῖν) τὸ ἀναστῆναι· ὡσπερ καὶ ὁ προφήτης Ἰερεμίας. Τοῦτοις γὰρ ἦδη καὶ αὐτὸς ὡδε ταῦτα παρεγγυᾷ· *Καὶ κατέδην, λέγων, εἰς τὸν ὄλον τοῦ κερυμέως· καὶ ἰδοὺ αὐτὸς ἐποίησεν ἔργον ἐπὶ τῶν λίθων· καὶ διεέπεσε τὸ ἀγγεῖον, ὃ αὐτὸς ἐποίησεν ἐν ταῖς χερσίν· αὐτοῦ· καὶ πάλιν ἐποίησεν αὐτὸς ἀγγεῖον ἕτερον, καθὼς ἤρεσεν ἐνώπιον αὐτοῦ τοῦ ποιῆσαι (74).*

(69) *Ἀνασκευάζει.* Editi, ἀναγκάζει, et mox omittunt οὕτως.

(70) *Διηλλαγμένον.* Ms. Rup., διηγαλμένον.

(71) *ὑπὸ τῷ αὐτῷ.* Impr., male, κατὰ τῷ αὐτῷ Mox ibid. λυθῆ, pro χυθῆ.

(72) *Ἐπιτευχθ.* Scribe ἀποτευχθ.

(73) *Ἀναμορφоз.* Rup., ἀναμορφωθῆναι, et paulo post, ἀνακοσμηθῆναι.

(74) *Τοῦ ποιῆσαι.* Rup., ποιεῖν. Mox vero, ποιεῖν ὄμν.

Και ἐγένετο λόγος Κυρίου πρὸς με, λέγων· *Εἰ κα-
θὼς ὁ κεραμεὺς οὗτος οὐ δυνήσομαι τοῦτο ποιῆ-
σαι ὑμῶς, οἶκος Ἰσραὴλ; Ἴδού ὡς ὁ πηλὸς τοῦ
κεραμῆως ὑμεῖς ἐστέ ἐν ταῖς χερσὶ μου.*

Ζ'. Πρόσχετος (74') γὰρ ὅπως, ὡς ἔφην, μετὰ τὸ πα-
ραβῆναι τὸν ἄνθρωπον, ἡ μεγάλη χεὶρ εἰς νίκος κατα-
λεῖψαι τὸ ἑαυτῆς ἔργον οὐκ ἠδύοκῃσε ὡς κίβδηλον τῷ
πονηρῷ ἀδίκῳ αὐτὸ λυμνηαμένῳ βασκάνοις αἰτίαις·
ἀλλὰ ἀνατήξας ἀνέδευσεν αὐτὴν εἰς πηλόν, ὅλα
κεραμῆως ἀγγος ἀνακλάσας, πρὸς τὸ ἀφανισθῆναι
μὲν διὰ τῆς ἀναπλάσεως πάντα τὰ ἐν αὐτῷ ἀσχη-
καὶ θλάσματα, γενηθῆναι δὲ τὸ πᾶν ἀνωθεν ἀμέμ-
πως ἀρεστόν.

Η'. Οὐκ ἀρεστόν (75) δὲ ἐκεῖνο, τὸ λέγειν εἰς ἄρδην Β
ἀπολεῖσθαι τὸ πᾶν· καὶ γῆν, καὶ ἀέρα, καὶ οὐρανόν,
μὴ ἔσεσθαι. Ἐκπυρωθήσεται μὲν γὰρ πρὸς κάθαρσιν
καὶ ἀνακαίνισμὸν, καταβασίῳ πᾶς ὁ κόσμος κατα-
κλυζόμενος πυρὶ (76)· οὐ μὴν εἰς ἀπώλειαν ἐλεύσεται
παντελῆ καὶ φθοράν. Εἰ γὰρ κρείττον τὸ μὴ εἶναι
τοῦ εἶναι τὸν κόσμον, διὰ τί τὸ χεῖρον ἤρειτο ποιήσας
τὸν κόσμον ὁ Θεός; Ἄλλ' οὐδὲ ὁ Θεὸς ματαίως ἢ
χεῖρον ἐποίησε (77). Οὐκοῦν εἰς τὸ εἶναι καὶ μένειν τὴν
κτίσιν ὁ Θεὸς διεκοσμήσατο, καθάπερ καὶ ἡ Σοφία
συνίστησιν, Ἐκτίσσε γὰρ εἰς τὸ εἶναι, λέγουσα τὰ
πάντα, ὁ Θεός· καὶ σωτήριον αἱ γενέσεις τοῦ κό-
σμου· καὶ οὐκ ἔστιν ἐν αὐταῖς φάρμακον ὀλέθρου.
Καὶ ὁ Παῦλος δὲ σαφῶς μαρτυρεῖ, λέγων· Ἡ γὰρ
ἀποκαταδοκία τῆς κτίσεως τῆν ἀποκάλυψιν τῶν
νῶν τοῦ Θεοῦ ἀπεκδέχεται. Τῇ γὰρ ματαιότητι ἡ
κτίσις ὑπετάγη, οὐχ ἐκούσα, ἀλλὰ διὰ τὸν ὑπο-
τάξασθαι ἐπ' ἐλπίδι· ὅτι καὶ αὐτὴ ἡ κτίσις ἐλευ-
θερωθήσεται ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς εἰς
τὴν ἐλευθερίαν τῆς δόξης τῶν τέκνων τοῦ Θεοῦ.
Τῇ γὰρ ματαιότητι ἡ κτίσις ὑπετάγη, φησίν.
Ἐλευθερωθήσεται δὲ τῆς τοιαύτης δουλείας προσ-
δοκῆ, κτίσιν τὸν κόσμον τοῦτον βουλόμενος κα-
λεῖν (78). Οὐ γὰρ τὰ μὴ βλεπόμενα τῇ φθορᾷ δου-
λείης, ἀλλὰ ταῦτα δὴ τὰ βλεπόμενα. Μένει ἄρα ἡ
κτίσις εἰς τὸ ἄμεινον ἀνακαινοποιηθεῖσα, καὶ εὐπρε-
πέτερον ἀγαλλομένη, καὶ χαιρούσα ἐπὶ τοῖς τέκνοις
τοῦ Θεοῦ, τῇ ἀναστάσει στενάξει (79), καὶ συν-
ωδίει ῥῆν, τὴν ἀπολύτρωσιν ἡμῶν ἀπὸ τῆς φθορᾶς
καὶ αὐτῆ τοῦ σώματος ἀπεκδεχομένη· ὅπως ἡμῶν
ἐξεγερθέντων καὶ ἀποτιναξαμένων τὴν νεκρότητα
τῆς σαρκὸς, κατὰ τὸ γεγραμμένον, Ἐκτίναξαι τὸν
χοῦν, καὶ ἀνάστηθι, [καὶ] κάθισον, Ἱερουσαλήμ,
ἐλευθερωθέντων τε τῆς ἀμαρτίας, ἐλευθερωθήσεται

A manibus suis; et rursus finxit ille vas alterum,
quemadmodum placuit illi ut faceret. Et factum est
verbum Domini ad me, dicens: Si, quemadmodum
figulus iste, non potero vos facere, domus Israel?
Ecce, sicut lutum figuli vos estis in manibus meis¹².

VII. Illud enim, uti dicebam, velim attendas: ut,
post hominis transgressionem, noluerit ingens illa
manus opus suum tanquam adulterinum, nefario
illi qui ex invidia per injuriam illud violasset, ad
victoriam ac ceu triumpho agendum relinquere (80):
sed rursus eliquatum subegerit in lutum, ac si figu-
lus vas confringat, ut nova flectione, quidquid in eo
sædatum est ac contusione deformatum, penitus
tollat, totumque opificium, ut a principio, irrepre-
hensibile acceptumque existat.

VIII. Sed nec illud magnopere probō, ut univer-
sum hoc funditus perituum dicamus; ac terram,
aeremque et cælum quandoque desitura. Sane quid-
em mundus hic totus ut purgari possit et instaurari,
exundantibus de cælo flammis, incendio con-
flagrabit; non tamen interibit ac corrumpetur om-
nino. Etenim si mundum non esse quam esse, me-
lius est; cur quod deterius est, mundum fabrican-
do, Deus eligeret? At neque Deus frustra, vel quod
deterius est, unquam crearet. Quamobrem ut es-
sent ac manerent, conditas a se res Deus consti-
tuit; quemadmodum etiam Sapientia astruit his
verbis: *Creavit enim, ut essent omnia, Deus; et sa-
lutares sunt mundi generationes: et non est in illis
medicamentum exterminii*¹³. Cui et perspicue Paulus
astipulatur, ita loquens: *Nam exspectatio creature
revelationem filiorum Dei exspectat. Vanitati enim
creatura subjecta est, non volens, sed propter eum
qui subjecit eam in spe: quia et ipsa creatura libera-
bitur a servitute corruptionis, in libertatem gloriae
filiorum Dei*¹⁴. Vanitati enim, inquit, creatura sub-
jecta est; ab hac vero servitute illa exspectat libera-
tum iri: quo creaturæ nomine mundum hunc signi-
ficare voluit. Non enim quæ videri nequeunt, sed
hæc quæ adspectabilia sunt, corruptelæ serviunt.
Manet igitur creatura in statum meliorem decen-
tiorumque renovata, gaudens exsultansque pro resur-
gentibus filiis Dei: quapropter *ingemiscit et
parturit modo*, exspectans et ipsa redemptionem no-
stram a corruptione corporis; ut cum fuerimus ex-
citati a mortuis, ac carnis mortalitatem excusseri-
mus, pro eo ac scriptum est: *Excute pulverem et
sede: surge, Jerusalem*¹⁵: fuerimusque liberati a
peccatis, ipsa quoque liberetur a corruptione: nes-

¹² J. rev. xviii, 3-6. ¹³ Sap. i, 14. ¹⁴ Rom. viii, 19-20. ¹⁵ Isa. liii, 2.

(74') Πρόσχ. Ex Epiph. hæ. num. 28.

(75) Οὐκ ἀρεστόν. Ex Epiph. ibid. num. 31.

(76) Καταβασίῳ... πυρὶ. Mendose impr., καταβάς, φ πᾶς.

(77) Ἄλλ' οὐδὲ... ἐποίησε. Hic editi mutili et mendosi. Nam post τὸν κόσμον ὁ Θεός, habent ματαίως χειροποίησι. Οὐκοῦν, κ. τ. λ.

(78) Καλεῖν. Rup., φιλοκαλεῖν.

(79) Διὸ στ. impr., δι' οὗ στ.

(80) Ad victoriam ac ceu triumpho agendum relin-

quere, εἰς νίκος καταλεῖψαι. Alludit ad verba Pauli I Cor. xv, 54, *Absorpta est mors in victoria*, εἰς νίκος, quanquam habent aliqui codices νείκος, ut testatur Estius multis excurrens ad eum locum. Non video cur Epiphanius interpres suspicatus sit legendum τὸ, νείκος, ἀντὶ τοῦ, νίκους, ac neque ut alterutrum significet: in tanta contumelia probroque. Composuimus ex editis, et Rupifucaldii codice, textum unum, sanum satis et clarum, cum utrobique luxatus exstet minusque sanus.

iam vanitati, sed justitiæ serviat. Sed et Isaias : *A Sicut enim, inquit, cælum novum, et terra nova, quæ ego facio, permanent in conspectu meo, dicit Dominus : sic erit semen vestrum et nomen vestrum*¹⁶. Et iterum : *Sic dicit Dominus, qui fecit cælum : hic qui terram condidit, et fecit illam, ipse discevit illam. Non in vanum (fecit eam), sed ut habitaretur (plasmavit eam)*¹⁷. Nam revera non frustra, neque inaniter ad exitium, ut qui inania sapiunt ineptique homines arbitrantur, universum hoc condidit Deus, sed ut esset et ut habitaretur et ut permaneret. Unde et terram necesse est, et cælum, post illam rerum omnium conflagrationem et æstum existere.

IX. Sin autem adversarii objiciant : Qui ergo nisi universum hoc sit periturum? Dominus quidem, *cælum ac terram transitura*¹⁸, ait; propheta autem, *cælum instar fumi esse periturum* (81) : *terram autem quasi vestimentum esse veteraturam*¹⁹. Nos ideo responderimus, quod id moris Scripturæ sit, ut mundi ab statu hoc in melius præstantiusque mutationem, interitum appellet; velut nimirum pereunte priore illa forma, conversione in jucundissimum statum. Nam nihil in Scripturis sacris contrarium est et absurdum. Quippe dictum est : *Præterit figura hujus mundi*²⁰, non mundus : sic Scripturis usitatum est, ut antecedentis in id quod melius ac formosius est, figuræ mutationem, interitum vocitent. Perinde ac si quis transitum ac mutationem infantilis figuræ in virum perfectum, interitum nominet, infantis ætate in magnitudinem pulchritudinemque mutata. Et vero putandum est fore, ut velut moritura in ea conflagratione, creatura renovanda prætereat; non tamen ut percat exstinguaturque, ut renovati et instaurati ipsi, in mundo instaurato renovatoque habitemus doloris expertes : juxta quod dictum est²¹ : *Emittes spiritum tuum, et creabuntur, et renovabis faciem terræ* : nimirum Deo deinceps providente, ut temperatissimum sit continens. Nam cum post hujus sæculi exitum, terra adhuc perseveratura sit, omnino necesse est ut etiam sint qui inhabitent; iique qui

¹⁶ Isa. LXVI, 21. ¹⁷ Isa. XLV, 18. ¹⁸ Matth. XXIV, 35. ¹⁹ Isa. LI, 6. ²⁰ I Cor. VII, 3. ²¹ Psal. CIII, 30.

81) *Cælum instar fumi esse periturum, etc.* Quamquam in marg. erat ascriptus apud Epiph. v. 27 psal. CI, potius tamen videtur respicere Isa. LI, 6, ubi habetur illa fumi similitudo, verbumque non absimile. Septuaginta, ἐστρεψώθη, *firmatum est* : quod Hieronymus exponit, ut omnis cælorum firmitas et robur, vento inanissimo et fumo qui in auras solvitur, coæquetur, juxta Ecclesiastem : *Vanitas vanitatum, etc.* Clarius vero Symmachus, οὐρανοὶ ἀλίωσονται, *instar salis liquescent*; Aquila, οὐρανὸς μωωθήσεται, *comminuetur in nihilum* : quod hæc ejus species et forma sit annihilanda, dandaque ei nova longe augustior et splendidior, ut exponit Hieronymus post nostrum Methodium. Hebr. est כָּלֵב, *consumpti sunt*; אֶלֶם, quod est sal, in cuius modum fumi instar, cæli evanescere dicantur, et, ut Dominus loquitur, *transire, παρελεύσεσθαι, seu, ut*

καὶ αὐτὴ τῆς φθορᾶς, μηκέτι τῇ ματαιότητι δουλεύουσα, ἀλλὰ τῇ δικαιοσύνῃ. Καὶ ὁ Ἡσαΐας δὲ, "Ὁρ τρόπον γὰρ ὁ οὐρανὸς καινὸς καὶ ἡ γῆ καινὴ, ἃ ἐγὼ, φησὶ, ποιῶ, μένει ἐνώπιόν μου, λέγει Κύριος· οὕτως ἔσται (82) τὸ σπέρμα ὑμῶν, καὶ τὸ βρομα ὑμῶν· καὶ πάλιν· Ὁὕτω λέγει Κύριος ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν, οὗτος ὁ κατασκευάσας τὴν γῆν, καὶ ποιήσας αὐτήν· αὐτὸς διάρρησεν αὐτήν. Οὐκ εἰς κενὸν [ἐποίησεν αὐτήν,] ἀλλὰ κατοικεῖσθαι [ἐπλασεν αὐτήν]. Ὅντως γὰρ οὐκ εἰς κενόν, οὐδὲ εἰς μάτην πρὸς ἀπώλειαν ἔκτισε, κατὰ τοὺς φρονούντας μάταια, τὸ πᾶν ὁ Θεὸς, ἀλλὰ εἰς τὸ εἶναι τε καὶ οικεῖσθαι καὶ διαμένειν. Διὸ ἀνάγκη δὴ καὶ τὴν γῆν αὔθις καὶ τὸν οὐρανὸν, μετὰ τὴν ἐκφλόγωσιν ἔσεσθαι πάντων καὶ τὸν βρασμόν.

B Θ. Ἐάν δὲ (83), Πῶς οὖν, εἰ μὴ ἀπόλλυται τὸ πᾶν; οἱ ἐξ ἐναντίας εἶπωσι, ὁ μὲν Κύριος (84), τὸν οὐρανὸν παρελεύσεσθαι, ἔφη, καὶ τὴν γῆν· ὁ δὲ προφήτης, ἀπολεισθῆναι μὲν τὸν οὐρανὸν ὡς κενόν, τὴν δὲ γῆν ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσεσθαι, ἐπειδὴ ἔθος ταῖς Γραφαῖς, λέξομεν, τὴν εἰς τὸ κρεῖττον καὶ ἐνδοξότερον ἀπὸ ταύτης τῆς καταστάσεως τοῦ κόσμου (85) μεταβολὴν, ἀπώλειαν λέγειν· οἶον τοῦ πρόσθεν σχήματος ἀπολλυμένου κατὰ τὴν εἰς τὸ φαιδρότερον (86) ἀπάντων ἐξαλλαγὴν· ὅτι μηδεμίαν ὑπεναντιώσας ἢ ἀτοπία ἐν τοῖς θεοῖς λόγοις. Παράγεις γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου, καὶ οὐχ ὁ κόσμος, εἴρηται· οὕτως ἔθος ἀπώλειαν καλεῖν τὰς Γραφὰς, τὴν πρὸς τὸ ἀμεινον, ἔσθ' ὅτε, καὶ εὐμορφότερον τροπὴν τοῦ πρόσθεν σχήματος· οἶον ὡσπερ ὁπότ' ἂν τις ἀπώλειαν λέγει τοῦ κατὰ τὸν νηπιον σχήματος τὴν εἰς τὸν ἄνδρα τὸν τέλειον μεταλλαγὴν, τροπομένης εἰς μέγεθος καὶ κάλλος τῆς ἡλικίας τοῦ νηπίου. Παραχθήσεσθαι (87) μὲν γὰρ τὴν κτίσιν ὡσπερ τεθηξομένην κατὰ τὴν ἐκπύρωσιν, ἵνα ἀνακαινισθῇ· οὐ μὴν ἀπολείσθαι προσδοκῆσθαι· ὅπως οἱ ἀνακαινοποιηθέντες ἐν ἀνακαινοποιηθέντι κόσμῳ ἄγευστοι λύπης κατοικήσωμεν, κατὰ τὸ λεχθέν· Ἐξαποστελεῖς τὸ πνεῦμά σου, καὶ κτισθήσονται· καὶ ἀνακαινιεῖς τὸ πρόσωπον τῆς γῆς· τοῦ περιέχοντος τῆς εὐκрасίας ἐπιτροπεύοντος λοιπὸν τοῦ Θεοῦ. Ἔσομένης γὰρ καὶ μετὰ τοῦτον τὸν αἰῶνα γῆς, ἀνάγκη πᾶσα ἔσεσθαι καὶ τοὺς οἰκῆσοντάς, οὐκέτι τεθηξο-

D Paulus, παραχθήσεσθαι, quomodo restituumus paulo inferius, ex Rupif. codice, pro παραχθήσεσθαι. Ex eo loco colligit Basilius in *Hexæm.* cælorum substantiam subtilissimam et æream; fereque alii Patres quintam illam essentiam Aristotelis incorruptibilem impugnant.

(82) Ἔσται. LXX, στήσεται. Et mox, ὁ καταδείξας τὴν γῆν. Paulo post, uncis inclusa, ex textu LXX.

(83) Ἐάν δὲ, x. τ. λ. Ex Epiph. hæ. n. 32.

(84) Ὁ μὲν Κύριος. Codex Rup.. ὁ μὲν Χριστός.

(85) Ἀπὸ ταύτης τῆς καταστάσεως τοῦ x. Imp. mendose, ἀποκατάστασιν ταύτης τοῦ x.

(86) Φαιδρότερον. Imp. φαιδρότατα.

(87) Παραχθήσεσθαι. Editi, viliosè, παραχθ. Paulo post iidem, ἀνακτισθῆναι pro ἀνακαινισθῆναι.

μένους, ἢ γαμήσοντας, ἢ γεννησομένους, ἀλλ' ὡς ἀγγέλους ἀμεταστρόφως ἐν ἀφθαρσίᾳ τὰ ἄριστα πράζοντας. Διὸ ληρώδες τὸ ἐν ποίᾳ διαγωγῇ τότε δὴ τὰ σώματα ἔσονται λέγεσθαι, μήτε ἀέρος, μήτε γῆς, μήτε τῶν ἄλλων ἐσομένων.

Γ. Ἄξιον δὲ (88) κάκεινο πρὸς τοῖς εἰρημένους ἐπισκοπεῖν, ὡς ἔχει πολλὴν διάπτωσιν, εἰ δεῖ παρρησίαν ἀγειν περὶ τηλικούτων, Ἀγλαοφῶν. Ἐφρασας γὰρ ἀποφῆνασθαι τὸν Κύριον, ὡς οἱ τῆς ἀναστάσεως τευξόμενοι ἔσονται τότε ὡς ἀγγελοι, ἐνθα πειράζουσιν αὐτὸν οἱ Σαδδουκαῖοι. Ἐπέφερες οὖν· Οἱ δὲ ἀγγελοι, ἐκτὸς ὄντες σαρκὸς, ἐν μακαριότητος ἀκρότητι, διὰ τοῦτο καὶ δόξης εἰσι· καὶ ἡμᾶς δὲ ἄρα, ἐξιτάζεσθαι μέλλοντας ἀγγέλοις, ἀνάγκη δὴ, σαρκῶν ὡσαύτως ἐκείνοις γυμνοῦς, ἀγγέλοις ἔσεσθαι δεῖν· οὐκ ἐπιστήσας, ὡ ἄριστε, ὡς ὁ ποιήσας καὶ διακοσμήσας ἐξ οὐκ ὄντων τὸ πᾶν, τὴν τῶν ἀθανάτων φύσιν, οὐ μόνον εἰς ἀγγέλους καὶ λειτουργοὺς διανείμας διεκόσμησεν, ἀλλὰ καὶ εἰς ἀρχάς, καὶ θρόνους, καὶ ἐξουσίας. Ἄλλο γὰρ γένος τὸ τῶν ἀγγέλων, καὶ ἄλλο τὸ τῶν ἀρχῶν καὶ ἐξουσιῶν· ὅτι μὴ τάγμα ἐν, καὶ μία σύστασις, καὶ φυλὴ, καὶ πατριὰ τῶν ἀθανάτων· ἀλλὰ γένη, καὶ φυλαί, καὶ διαφοραὶ· καὶ οὔτε τὰ χερουθίμ, τῆς ἰδίας ἐξιτάμενα φύσεως, εἰς τὴν τῶν ἀγγέλων ἰδέαν μετασκευάζονται· οὔτε αὐτὸ πάλιν εἰς ἐτέραν (89) οἱ ἀγγελοι. Εἶναι γὰρ αὐτὰ χρῆ καὶ ὁ εἰσι, καὶ ὁ γεγόνασιν. Ἄτὰρ καὶ ὁ ἄνθρωπος τὸν κόσμον οἰκεῖν, καὶ τῶν ἐν αὐτῷ πάντων ἡγεμονεῖν ταχθεὶς, τῆς ἐξ ἀρχῆς διακοσμήσεως, ἀθάνατος ὢν, τοῦ εἶναι ἄνθρωπος οὐποτε μεταβληθῆσεται· οὔτε εἰς τὴν τῶν ἀγγέλων οὔτε εἰς τὴν τῶν ἐτέρων μορφήν· ὅτι μηδὲ οἱ ἀγγελοι εἰς τὴν ἄλλην τῆς ἐξ ἀρχῆς ἰδέας μετακοσμούμενοι μεταβάλλονται. Ὅ γὰρ Χριστὸς ἦκεν οὐκ εἰς ἐτέραν μεταπλασθῆναι κηρύσσων ἢ μετασκευασθῆναι τὴν ἀνθρωπιαν φύ-

⁸⁸ *Matth. xii. 30.*

(88) Ἄξιον δὲ. Ex Epiph. hær., n. 33.

(89) Εἰς ἐτέραν. Editi, εἰς (τὴν τῶν) ἐτέρων. Mox iudem, vitiose, εἰ γὰρ post γεγόνασιν.

(90) Felicissime victuri, τὰ ἄριστα πράζοντας. Phrasis nihil nova, rudiusque expressa illis verbis, optima quæque facturi.

(91) *Ut nimirum habeat multam ruinam, etc.* Cogimur longa hac paraphrasi pauca illa verba exprimere, ὡς ἔχει πολλὴν διάπτωσιν, ubi τὸ, ἔχει accipio ut absolutum, quomodo est Græcis elegantissimum. Est littera minus sana : τὸ, διαλεγόμενος in impressis propalam vitiosum est : omisimusque cum sequenti πραγμάτων, secuti alium codicem Rupif., ex quo et editis unam nobis litteram composuimus. Impressa velut Origenis et in tertia persona, referunt ; nos cum ms. ut Aglaophontis, et in secunda, quod magis consonat reliquis. Impugnatur novus Origenianorum error, ex priore illo resurrectionis absque carne ortus, nempe mutationis animarum in angelos, in quo est multa illa eorum παράπτωσις, *offensio* : velut impingentibus, semel a veritate devius hominibus.

(92) *Et ministris*, καὶ λειτουργοῦς. Accipit ut ordinem angelico superiore, ut ex sequenti locutione creaturarum pro cuiusque gradu liquet ; quæ cælis assignat angelis ; lumina vero, potiora in cæ-

nec morituri sint amplius, nec copulandi nuptiis, aut procreandæ soboli operam daturi, sed angelorum more, sine ulla mutatione, immortalis statu felicissime victuri (90). Proindeque est stultum quærere, quanam vitæ ratione usura sint corpora, cum neque aer, neque terra, neque quidquam cæterorum sit amplius futurum.

X. Ad hæc vero est et illud merito considerandum, ut nimirum habeat multam ruinam (91), atque a vero incautum abducatur : siquidem est in rebus tantis audacter loquendum, o Aglaophon. Nam dixisti respondisse Dominum Sadducæis tentantibus, fore, ut qui resurrectionis compotes erunt, sint sicut angeli⁹². Intulisti ergo : Atqui angeli, quia carnis expertes, in summa degunt felicitate et gloria : quare et nos quos æquari oportet angelis, necesse est ad eundem modum carne nudatos, angelos fieri. Nec illud, optime virorum, animadvertisti ; eum, qui ex nihilo mundum fabricavit ac constituit, non angelis modo et ministris (92) ; sed et principatibus et thronis et potestatibus eadem immortalitatis naturam impertisse. Aliud enim angelorum genus, aliudque principatum et aliud potestatum ; eo quod non unus ordo, unusve cætus ac tribus familiae sit immortalium : sed generum, ac velut tribuum et nationum divortia. Ac neque cherubim, desciscencia a natura sua, in angelorum speciem transeunt ; neque contra in naturam aliam angeli commutantur. Quippe, esse illa quod sunt, et cuiusmodi producta sunt, necesse est. Quamobrem etiam homo (93), qui ut habitaret mundum omnibusque in eo rebus præesset, ex prima dispositione constitutus est, velut immortalis, nunquam in angelorum aut alterius cuiuslibet formam ex homine convertendus est ; quando nec angeli ab ea quam initio sortiti sunt specie et natura, transformari et mutari possunt. Et vero Christus,

Εἰς ἐπίδειγμα δὲ, τοῦτον τὸν τρόπον καὶ τὴν θεῖαν δύναμιν ἐνεσταυρωθῆαι τῇ ὕλῃ, καὶ αὐτὸν ὑπομεμνησθῆναι τὸ πάθημα τοῦτο λέγουσιν, ὡς περὶ ἀδυνάτου ὄντος ἐκείνου τοῦτο ποιεῖν (7)· ὅπερ αὐτὸς ὁ Μανι-

χαλός διαπράττεται λόγῳ περὶ τοῦτου διδάσκων· Ὅτι ἡ θεία δύναμις εἰς ὕλην κατακέκληται, καὶ πάλιν ἀποχωρεῖ. Τρόπον αὐτοῦ ἀναπλάττουσι. Τὸ μὲν γὰρ κατὰ τὸν ἐκκλησιαστικὸν λόγον εἰπεῖν εἰς λύσιν ἁμαρτιῶν ἑαυτὸν ἐπιδεδωκέναι, ἔχει πίστιν τινὰ πρὸς πολλοὺς κακὰ τῶν ἱστοριῶν τῶν καθ' Ἑλληνας, ὅτ' ἄν φασί, *Τινὰς ὑπὲρ σωτηρίας πόλεων ἑαυτοὺς ἐπιδεδωκέναι*. Καὶ παράδειγμα τοῦ λόγου ἔχει καὶ ἡ Ἰουδαίων ἱστορία, τὸν τοῦ Ἀβραάμ παῖδα εἰς θυσίαν τῷ Θεῷ παρασκευάζουσα. Τὸ δὲ εἰς πράγματος ἐπίδειξι τῷ παθήματι ὑπάγειν τὸν Χριστὸν πολλῆς ἐστὶν ἁμαθίας, εἰς διδασκαλίαν καὶ γνώσιν τῶν δυνατῶν τοῦ Λόγου ὄντος ὑπάρχου.

Cap. XXV. Manichæorum abstinētia a viventibus, ridicula. Quod abhorrent a nuptiis, dementia. Gigantum mythologia. Nimis allegorica expositio.

Ἀπέχονται δὲ ἐμψύχων. Εἰ μὲν γὰρ ἑτέρου τινὸς χάριν, οὐ περιεργαστέον· εἰ δὲ διότι ἡ δύναμις ἡ θεία τούτων ἀπέστη μᾶλλον ἢ ἐνυπάρχει πλείον, γελοῖον αὐτῆ αὐτῶν ἢ προαίρεσις αὐτῆ. Εἴτε γὰρ τὰ φυτὰ ἐνύλα μᾶλλον, εἰς τροφήν καὶ διαίτην χρῆσθαι τῷ χεῖρονι πῶς εὐλογον; εἴτε πλείον ἐν τούτοις ἡ δύναμις ἡ θεία, ἐστὶ πρὸς τὴν τροφήν τὰ τοιαῦτα χρῆσιμα, τοῦ θρεπτικοῦ καὶ αὐξητικοῦ μέρους τῆς ψυχῆς; ὄντος σωματικωτέρου.

Τὸ δὲ ἀπέχεσθαι γάμου καὶ ἀφροδισίων, δεδειότας μὴ, κατὰ τὴν τοῦ γένους διαδοχὴν, ἐπὶ πλείον ἐνοικήσῃ τῇ ὕλῃ ἢ δυνάμει ἡ θεία, θαυμάζω πῶς καὶ αὐτῶν ἑαυτοὺς ἀποδέχονται. Εἰ γὰρ μὴ ἐξαρκεῖ ἡ τοῦ Θεοῦ πρόνοια, ὥστε καὶ διὰ γενέσεων, καὶ διὰ τῶν αἰεὶ καὶ ἑσαύτως ἐχόντων ἀποικονομήσασθαι τῆς ὕλης τὴν θεῖαν δύναμιν, τίς ἡ τοῦ Μανιχαίου ἐπίνοια ὑπὲρ τούτου διαμηχανήσασθαι δύναται; Οὐ γὰρ δῆπου γιγανταίῳ λήμματι ὡς ἀληθῶς φησι τῷ Θεῷ βοηθὸς πρὸς τοῦτο γεγονέναι, ἵνα, τὰς γενέσεις ἀναιρῶν, σύντομον ποιῆσῃ τὴν τῆς θείας δυνάμεως ἀπὸ τῆς ὕλης ἀναχώρησιν;

Ἄ δὲ λέγεται ὑπὸ τῶν ποιήσεων περὶ τῶν γιγάντων, ἀντικρις μῦθος ἐστίν. Οἱ μὲν γὰρ περὶ τούτων διατάττοντες ἐν ἀλληγορίαις τὰ τοιαῦτα προφέρονται, τὸ σεμνὸν τοῦ λόγου ἀποκρύπτοντες τῇ τοῦ μύθου ἰδέᾳ· οἷον ὅταν ἡ τῶν Ἰουδαίων ἱστορία φῆ, *Τοὺς ἀγγέλους ταῖς θυγατράσι τῶν ἀνθρώπων εἰς ἀφροδισίων συνεληλυθῆναι μῆξιν*· τὰς γὰρ θρεπτικὰς δυνάμεις τῆς ψυχῆς ἀπὸ τῶν ἄνω ἐπὶ τὰ τῆδε ἡ τοιαύτη προφορὰ τοῦ λόγου σημαίνει. Οἱ ποιηταὶ δὲ, ἐκ γῆς ἐνόησαν ἀνασχεῖν λέγοντες ταύτους, εἰτ' εὐθύς πρὸς θεοὺς ἐπάραντας ἀπολωλέναι, τὸ χαρὸν καὶ ἐπίκτητον τῶν σωματῶν ὑποδηλοῦντες, οὕτω τὴν πόλιν εἰς ψυχαγωγίαν τῷ θαύματι κατακοσμοῦσιν. Οἱ δὲ, οὐδὲν εἰδότες τούτων, ἐνθα δ' ἄν παραλογισμοῦ τινος εὐπορήσῃαι δύνωνται, ὁπόθεν δῆποτε ἐκεῖνο ἔρμαῖον ἑαυτῶν ποιοῦνται, ὅπερ διαπραγματευόμενοι τὸ ἀληθὲς πάσῃ τέχνῃ καταγωνίζονται.

A *facere* : quod ipse Manichæus libro de ea re scripto instituit docere ; quod nimirum divina virtus in materiam delapsa sit, ac rursus recedat. Modum illi comminiscuntur. Sane quidem ut dicatur juxta Ecclesiæ doctrinam semet ipsum tradidisse ad diluenda peccata, fidem quamdam vulgo obtinet, ex ipsis quoque Græcorum historiis, cum aiunt, *Nonnullos se ipsos dedidisse ut civitates incolumes præstarent*. Ejusque doctrinæ exemplum habet et Judæorum historia¹, quæ Abrahæ filium in sacrificium Deo præparet aptetque. Rei autem ostentandæ gratia et ad specimen Christum passioni subjicere, magnæ inscitia est, cum Verbum ad rerum doctrinam ac scientiam præses ac legatus sit.

B Abstinent autem ab animatis. Si quidem ejus abstinētiæ alia ratio sit, haud curiosius investigandum. Sin autem ea ratione, quod divina virtus illis magis abest, aut amplius inest; ridiculus hic illorum animus ac sensus est. Sive enim stîrpes et plantæ magis materiales sunt, quomodo conveniens exque ratione, ut eo quod deterius est, in cibum victumque utamur? sive major in eis est divina virtus, sunt istiusmodi in cibum utilia, cum animæ facultas nutriendi atque augmentum faciendi magis corporea ac crassior sit.

Quod autem a nuptiis reque venerea se abstineant, metuentes ne per generis successionem divina virtus in materia magis inhabitet, miror quomodo vel ipsi se ipsos, quod ita sentiunt, admittant. Si enim nec Dei providentia sufficit, ut tum per generationes, tum per ea quæ semper eodemque modo se habent, divinam virtutem a materia eximat; quid Manichæi solertia et subtilitas eam in rem machinari potest? Num enimvero giganteo munere vere Deo in hoc dicit adjutor exsistere, ut sublatis generationibus divinam virtutem a materia brevi præstet recedere?

Quæ vero poetæ de gigantibus tradunt, palam fabula est. Qui enim de his statuunt, alio quam verba sonent, sensu, talia proferunt, fabulæ specio sermonis gratiam contegentes, ut cum refert Judæorum historia² : *Venisse angelos ut cum filiabus hominum commiscerentur*; nempe quod ita loquitur hoc significans, vires animæ quæ inserviunt nutritioni, a supernis ad terrena descivisse. Poetæ autem qui dicant, *Eos, cum armati e terra emersissent, mota statim in deos rebellionem periisse*; ut caducam celerisque interitus corporum indolem insinuarent, in hunc modum recreandorum ex rei miraculo animorum causa poesin exornant. Hi vero, cum nihil horum intelligant, ubi ullius paralogismi ansam nancisci licuerit, undecunque tandem sibi inventum avide arripiunt, et ad everendam quoquo pacto veritatem omni arte conburrunt.

¹ Gen. XIII, 1. ² Gen. vi, 2.

CAP. XXVI. *Ignis Manichaicus vexatus. Ignis ille, ipsa materia.*

Ignis autem ille, urendi quidem vi præditus, nihil tamen lucis habens, qui sit extra mundum, quonam eis loco consistit? Nam si quidem in mundo est, cur mundus hactenus incolumis perseverat? Nam si aliquando ipsum, ei propinquando, corrumpet, nunc quoque ipsi conjunctus est. Si autem seorsum est, velut in propria sede ac loco sublimis, quid postea ut in mundum delabatur ei accidet? Aut quo modo e loco suo excedet, qua necessitate, cujusve excussus violentia? Quænam vero etiam ignis substantia possit intelligi sine pabulo? Aut quomodo humidum illi pabulum est? nisi quod quæ de illo ex naturæ magis rationibus dicuntur, non est hujus tractatus disquirere. Illud autem ex his quæ dicta sunt, prorsus manifestum est. Ignis enim extra mundum consistens, omnino est quam ipsi vocant materiam: quandoquidem sol et luna, puri purorum divina virtute ab hoc igne sejuncti sunt, nulla suarum partium in hoc igne relicta. Erat hic ignis ipsa per se materia, ab omni cum divina virtute prorsus semotus commercio. Quamobrem ubi mundus omni divina virtute illi adversante evacuabitur, ejusmodi rursus ignis relinquetur; quonam igitur modo ignis aut aliquid corrumpet, aut ab eo corrumpetur? Ab eo enim quod simile est, non video qua ratione sit futura corruptio. Quod enim fiet materia, divina ab ea virtute sejuncta, hoc erat priusquam divina virtus cum ea commisceretur. Si quidem igitur materia, divina destituta virtute peritura est, quidni periit, antequam etiam divinam virtutem ullumve munus creationis consequeretur; ut deinceps materia peccet, et in infinitum id faciat? Et quid prodest? Quod enim ex prima voluntate factum non est, ex sequenti quomodo fiet? aut quænam Deo ratio, ut negotia differat, quæ ne in viro quidem se bene habere videri queant; illis enim quod impossibile sit deliberare proclive dicatur competere, qui faciunt, ut nec tunc velint cum possibile est. Cæterum, nisi quid aliud, Deum supra essentiam et quem dicunt, velut novam quamdam materiam inducunt: nec eam quidem, quam viri prudentes omnino conjunctam existimant, aut quæ omnium extremum est, vixque in mentem ut eam homo intelligat, venire possit. Enimvero ignis ille tenebrosus, plusne valet quam materia, quæ divina desolanda virtute est, an minus? Ac si quidem minus, quomodo expugnabit quod est majus? Sin autem plus, ad se quidem reducere poterit, cum sit ejusdem naturæ: haud tamen corrumpet, ut neque Nilus, qui ab illo abscinduntur sinus.

Τὸ δὲ πῦρ αὐτοῖς τὸ καυστικὸν μὲν, ἀφεγγὲς δὲ, τὸ ἐκτὸς τοῦ κόσμου, ποῦ ἴδρται; Εἰ μὲν γὰρ ἐπὶ τὸν κόσμον, τί τὸ αἰτιον τοῦ ἀπαθῆ εἶναι μέχρι τοῦ παρόντος τὸν κόσμον; Εἰ γὰρ διαφθερεῖ ποτε αὐτὴ πλησιάσαν, καὶ νῦν πρὸς αὐτὸν συνήπται. Εἰ δὲ χωρὶς ἐστίν, οἷον ὡς ἐν ἰδίῳ τόπῳ μετέωρον, τί παθὴ ὑστερον ἐπιπέσεται τῷ κόσμῳ; Ἡ πῶς τοῦ ἰδίου τόπου ἐκστήσεται ὑπὸ τίνος ἀνάγκης καὶ βίας; Τίνα δὲ καὶ ἕλης χωρὶς ἐνοοεῖν τοῦ πυρὸς ὑπόστασιν; Ἡ πῶς τὸ ὑγρὸν τούτῳ ἐστὶν τροφή; ἢ ὅσα λέγεται φυσικώτερον, οὐ τοῦ παρόντος λόγου ἐστίν. Ἐκεῖνο δὲ πάντως ποῦ φανερὸν ἐκ τῶν εἰρημένων. Τὸ γὰρ πῦρ τοῦ κόσμου ἐκτὸς ἀκριβῶς ἐστὶν ἡ λεγομένη ὑπ' αὐτῶν ὕλη· ἐπειδήπερ ὁ ἥλιος καὶ ἡ σελήνη καθαροὶ καθαροῦν ὄντες διὰ τῆς θείας δυνάμεως ἀπεξεύχθησαν τοῦ πυρὸς τούτου, οὐδὲν ἑαυτῶν ἐν τῷ πυρὶ τούτῳ ὑπολείψαντες μέρος. Τοῦτο ἦν ἡ ὕλη καθ' ἑαυτήν, τὸ ἀκριβῶς ἄμικτον πρὸς τὴν θεῖαν δύναμιν. Ὅστε, ἂν κενωθῆ κόσμος τῆς κατ' αὐτοῦ δυνάμεως θείας, πάλιν τοιοῦτον ὑπολειφθήσεται πῦρ, πῶς οὖν τὸ πῦρ ἢ διαφθερεῖ τι, ἢ ὑπ' ἄλλου φθαρήσεται; Πρὸς γὰρ τοῦ ὁμοίου οὐχ ὀρῶ πῶς γενήσεται ἡ φθορά. Ὁ γὰρ γενήσεται ἡ ὕλη, τῆς θείας δυνάμεως ἀποξευχθεῖσα, τοῦτ' ἦν πρὶν καὶ μεμῆχθαι πρὸς αὐτὴν τὴν θεῖαν δύναμιν. Εἰ τοίνυν ἀπολείται ἐρημωθείσα τῆς θείας δυνάμεως, διὰ τί μὴ καὶ ἀπόλυτο πρὶν καὶ θεῖαν δύναμιν γενέσθαι ἢ ἄλλην δημιουργίαν, ἵνα ἀπόληται ἡ ὕλη, καὶ τοῦτο ποιήσῃ μέχρις ἀπείρου; Καὶ τί τὸ θφελος; Ὁ γὰρ μὴ ἐγένετο ἐκ τοῦ πρώτου βουλήματος, πῶς ἐκ τοῦ δευτέρου γενήσεται; ἢ τίς ὁ λόγος Θεῶ, ἀναθεῖναι πράγματα, ἃ οὐδ' ἐπ' ἀνθρώπου καλῶς ἔχουν ὑπονοεῖν; Τὸ γὰρ ἀδύνατον πρόσσεται τῷ βουλεύεσθαι ἐπὶ τῶν ποιούντων πρὸς τῷ μὴδὲ τὸ βούλεσθαι, καὶ δυνατὸν ἦ, προχείρωσ χρῆναι λέγειν. Πλὴν εἰ μὴ τι ἕτερον, Θεὸν καὶ τὸν ἐπέκεινα οὐσίας λέγουσιν, ὡσπερ καινὴν τινα εἰσαγόουσιν ὕλην· καὶ οὐχὶ τὴν ὑπερημμένην παρὰ τοῖς νοῦν ἔχουσιν ἦν ἢ μὴ παντάπασιν οὖσαν ὁ λόγος εὐρίσκει, ἢ τὸ πάντων ἔσχατον καὶ μόγις εἰς ἔνοϊαν ἀνθρωπίνην ἀφικνεῖσθαι δυνάμενον. Ἀλλὰ γὰρ τὸ πῦρ τὸ ἀφεγγὲς, ἄρα γε πλεόν ἐστὶν τῆς μελλούσης ἐρημωθήσεσθαι ὕλης ἀπὸ τῆς θείας δυνάμεως, ἢ ἔλαττον; Ἀλλ' εἰ μὲν ἔλαττον, πῶς καταγωνιεῖται τὸ πλεόν; εἰ δὲ πλεόν, ἐπανάγειν μὲν αὐτὸ δυνήσεται, τῆς αὐτῆς ὄν φύσεως οὐ μὴν διαφθερεῖ γὰρ αὐτὸ ὡσπερ οὐδὲ ὁ Νεῖλος τοὺς ἀπ' αὐτοῦ ἀποτεμνομένους κόλπους.

S. PETRUS

ALEXANDRINUS EPISCOPUS

ET MARTYR

NOTITIA HISTORICO-LITTERARIA

(GALLIEN. *Vet. Patr. Biblioth.* IV, Proleg., x.)

- I. *Petri Alexandrini antistitis merita ab uno Eusebio celebrata. Theonæ successor. Tempus eius sedis statuitur. Desinente anno 311 martyr occubuit.*
- II. *Tempore persecutionis Canones pœnitentiales scripsit. Huiusmodi Canones aliaque sancti Patris opera plurimi ducunt scriptores Orientales. Neque aliter Græci. Balsamonis et Zonaræ commentariis instructi eisdem Canones hic exhibiti; quorum nonnulli præterea cum codice ms. collati.*
- III. *Ex aliis beatissimi antistitis monumentis fragmenta collecta. His intexta ejus epistola a Maffeo edita. Quo tempore ortum schisma Meletianum.*

I. Petrum episcopum Alexandrinum summis laudibus celebrat ex antiquioribus unus Eusebius. Fuit ille, inquit (a), « divinum episcoporum decus, cum ob totius vitæ sanctimoniam, tum ob studium ac peritiam sacrarum litterarum : » θεῖον ἐπισκόπων χρῆμα, βίου τε καὶ ἀρετῆς ἕνεκα καὶ τῆς τῶν ἱερῶν λόγων συνασχέσεως. Et alibi (b) eum appellat « Christianæ religionis doctorem eximium : (c) qui quidem toto sacerdotii sui tempore quod annis gessit duodecim, maximam quoque gloriam est consecutus. Post Theonam episcopatum Alexandrinum sortitus est. Et ante persecutionem quidem tribus ferme annis Ecclesiam rexit : Πρὸ τοῦ διωγμοῦ τριῶν οὐδ' ἕως ἡγρῶσάμενος τῆς Ἐκκλησίας : reliquum autem ætatis tempus, arctiore disciplina se ipsum exercens, transegit : nec minus interim communi Ecclesiarum utilitati magnifice prospexit. Quam ob causam anno persecutionis nono capite truncatus, martyrii coronam promeruit. » Hactenus Eusebius : quem accurate Petri episcopatus annos digessisse, pluribus Dodwellus evincit (d). Cum igitur Petrus duodecim annos in episcopatu transegerit, atque anno ab orta persecutione nono, sæviante in Alexandrinam Ecclesiam Maximino, capite truncatus fuerit; ejus proinde martyrium incidit in annum Christi 311, quod Ægyptii recolunt die 29 mensis Athyr, qui respondet 25 Novembris ut post Renaudotium (e) observat Lequienius (f).

II. Scripsit sanctus Pater anno persecutionis IV, Christo 306, *Canones pœnitentiales* propter eos qui in prædicta persecutione lapsi essent. Occurrunt autem in omnibus Canonum collectionibus. Nos vero illos desumpsimus ex editione magni *Synodici Oxoniensi*, quam curavit Guillelmus Beveregius, eamque contulimus non solum cum Frontonis Ducæi editione Parisiensi, sed etiam cum ms. codice bombycino amplissimi senatoris Bernardi Nani, scholiis præterea Theodori Balsamonis et Joannis Zonaræ intextis. De his autem Canonibus pœnitentialibus Tillemontium consulas velim (g). Porro huiusmodi Canonum testimoniiis, ut refert laudatus Renaudotius (h), utuntur Echimimensis, Ebnassalus, Abulfaragius et alii cujuscunque sectæ Orientales Christiani : apud quos etiam in iis collectionibus anonymis quæ vocant *Responsa*, quædam ex aliis ejus operibus fragmenta exstant. Nonnulla item laudantur a Jacobitis in opere quod *Fidem patrum* appellant. In alio quoque opere, cui titulus *Unio pretiosus*, ejus homiliam *de baptismo Christi* memoratam videas.

III. Quæ vero apud Græcos ex cæteris sancti martyris scriptis fragmenta servantur, ea omnia collecta ejus Canonibus subjecta exhibemus. Nimirum, 1. excerptum ex ejus libro *De deitate*, quod exstat in actis conciliorum Ephesini et Chalcedonensis, cum Marii Mercatoris apposita interpreta-

(a) Euseb. *Hist. eccl.* lib. ix, cap. 6.(b) Id. *ibid.* lib. viii, cap. 15.(c) Id. *ibid.* lib. vii, cap. 32 sub fin.(d) Dodw. *Dissert. sing. ad Pears.*, cap. 6, § 21, pag. 74.(e) Renaud. *Hist. patriarch. Alex.*, pag. 60.(f) Lequien. *Or. Christ.*, tom. II, pag. 397.(g) Tillem. *Mem.*, tom. V, pag. 450.(h) Renaud. *l. c.*, pag. 61 seq.

tione; 2. aliud item fragmentum ex homilia *De adventu Salvatoris*, quod recitat Leontius Byzantinus lib. 1 *contra Nestorium et Eutychen*; 3. adjecimus deinceps ejusdem beatissimi antistitis epistolam ad Ecclesiam Alexandrinam, recens evulgatam cum aliis vetustis Ecclesiarum monumentis a V. C. Scipione Maffeo (i); quam sanctus præsul conscripsisse perhibetur post epistolam ad Meletium episcopum Lycopopolitanum, a beatis confessoribus Hesychio, Pachomio, Theodoro et Philea exaratam (j). In ea porro epistola sanctus Petrus, Alexandrinis interdicta cum Meletio communione, scribit se *illi occursum cum sapientibus viris, et visurum quæ sunt quæ ille cogitavit*, innuens videlicet synodum illam Alexandrinam, in qua postmodum celebrata sacerdotio fuit dejectus idem Meletius. De qua quidem synodo hæc habet sanctus Athanasius (k): *Petrus apud nos ante persecutionem episcopus, et in persecutione martyr, Meletium qui ab Ægypto episcopus dicitur, Μελέτιον ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου λεγόμενον ἐπί-*

(i) Maffei *Osserv. letter.*, tom. III, pag. 17.

(j) Vide *Patrologiæ nostræ Græco-Latinæ* t. X, col. 1565. EDIT.

(k) Athan. *Apol. contr. Arian.*, § 39, Opp. tom. I, pag. 177.

(l) Baron. ad ann. 306, § 44.

(m) Maffei *l. c.*, pag. 24.

σκοπον, multis criminibus convictum, in communis episcoporum synodo deposuit. Cæterum de tempore quo cœpit funestum schisma Meletianum, Baronii sententiam (l) illud illigantibus anno 306 propugnat adversus Pagiom et Montfauconium laudatus Maffeus (m), tum ex hac Petri Alexandrini epistola, tum vero in primis ex altera quatuor episcoporum, cujus in sua meminit idem sanctus Pater, quamque a Philea Thmucos episcopo fuisse conscriptam superius edisseruimus (n); 4. demum loco fragmenta proferimus ex *disputatione de Paschate*, quæ in *Chronici Paschalis* limine occurrunt, de quorum sinceritate alibi nos disputasse meminimus, ubi de S. Claudio Apollinari verba fecimus (o). Huc vero et illud accedit ad fidem auctoris Chronici ejusdem Paschalis confirmandam, quod Casaubonus ex veteri codice ms. duo loca profert (p) ad eandem disputationem spectantia, quæ apud illum auctorem anonymum iisdem verbis descripta videas, ut in notis subjectis innuimus.

(n) Vide tomum supra citatum, col. 1559.

(o) Vide *Patrologiæ* tom. V. — Accedit S. Petris sermo Syriace et Latine ab Ang. Maio evulgatus. EDIT. PATR.

(p) Casaub. *Exercit. xvi ad Annal. eccl.*, §§ 12 et 165.

ACTA SINCERA SANCTI PETRI

EPISCOPI ALEXANDRINI ET MARTYRIS

ANASTASIO BIBLIOTHECARIO INTERPRETE.

(Apuđ Maium, *Spicilegii* tomo III, pag. 671.)

MAII MONITUM.

Anastasio Bibliothecarium transtulisse e Græco passionem sancti Petri Alexandriæ episcopi, affirmat primum ipsemet Anastasius in prologo suo ad passionem martyrum MCCCCLXXX, quem Mabillonius in *Museo Italico* tom. I, part. II, p. 80, vulgavit: *post translata a me ad petitionem sanctitatis tuæ* (loquitur cum Petro episcopo Gaviniensi) *passionem præcipui doctoris et martyris Petri, Alexandriæ urbis episcopi*. Deinde anonymus biographus Joannis VIII PP. apud Muratorium R. I. S. tom. III, p. 1, p. 269, id ipsum confirmat: *Anastasius Rom. Ecclesiæ bibliothecarius transtulit etiam de Græco in Latinum passionem sancti Petri Alexandrini archiepiscopi*. Verumtamen ex diversis quæ habentur sancti Petri passionibus, quamnam Anastasius transtulerit, conjectura cognoscendum est. Etenim Surius ad diem 26 Novembris quædam breviora Acta recitat, eaque ab Anastasio esse arbitratus est, propterea quod in codicibus legerat prologum ad martyrum MCCCCLXXX passionem, cujus supra meminimus; itaque iisdem verbis utitur Surius quibus Anastasius in dicto prologo, nempe *præcipui doctoris et martyris Petri Alexandriæ urbis episcopi* (vel *patriarchæ*, ut Surius et codex Vat. reginæ Suecorum 542, f. 72 b). Surius tamen sententiæ, nulli certo argumento innixæ non acquievit Baronius in adnotationibus ad Martyrologium dicta die Sic enim ait: « Habemus alia ejusdem Petri Acta pleniora in vet. cod. ms., quæ quoniam accuratius conscripta noscuntur, Anastasio, mea sententiâ, potius tribuenda videntur. Est illorum exordium: *Si omnes mei sensus.* » (labitur memoria Baronius qui scribere debuit, *Si omnes mei corporis artus*, uti legitur apud nos.) Eandem de istis Actis sententiam præ se tulerat Baronius in *Annal.* ad an. 510, qui et ipsis ad contexendam Petri Historiam naviter usus est. Ego igitur auctoritate Baronii fretus, prætereaque bonitate captus Actorum horum, quæ in pervetusto codice reperi Vaticano 602, passionem hanc celeberrimi Alexandriæ urbis episcopi et martyris exhibeo.

Præter hæc sincera et Anastasiana, de quibus hactenus dixi, Acta, Latina alia legebam in codice Vat. 622, æque ferme antiquo; hæc tamen illa ipsa sunt quæ Combefisius in lectis Triumphis martyrum, p. 189 seqq., Græce edidit et Latinitate nova donavit, quia veterem codicis Vaticani textum ignorabat.

Tria sunt igitur sancti Petri Alexandrini martyris Acta; 1. Sincera nostra et omnium optima, Baronio iudice; 2. breviora illa Latina apud Surium; 3. Græca Combefisiana, quæ sunt eadem Latine in codice, ut diximus, Vat. 622. Nos vero prima et præstantia atque inedita recitabimus (a).

INCIPIUNT ACTA.

Si omnes mei corporis artus verterentur in linguas, omnesque membrorum compages articulatas ederent voces, quis vel qualis, quantusve fuerit beatissimus Pater noster Petrus, Alexandrinæ sedis archiepiscopus, exprimere nullatenus sufficerem. Præsertim quanta tyrannorum pericula, quantosque gentilium atque hæreticorum subierit conflictus, papyris omnia tradere, vel maxime incongruum ducimus, ne favoris illius panegyricum commendare potius videamur quam passionum, cujus præclaro annisu populum Deo acquisitum salvum facere viriliter cucurrit. Verumtamen quia ad intimæ conversationis ac mirificæ ejus actionis narranda præconia ratio succumbit, et sermo sufficere nullatenus valet, ideo commodum æstimamus ea solummodo describere, quibus utique ad pontificatus apicem conscendisse pandatur, et, Ario a catholica unitate præciso, martyrialibus laureis sit coronatus. Hunc tamen gloriosum finem ac magnifici certaminis speculum, operæ pretium eis sufficere credo, qui nostram attendunt devotionem, ac sine mendacii fuco veridicam non ambigunt narrationem. Hujus

A itaque sanctissimi viri episcopale inchoantes exordium, ipsius flagitemus orationem, ut nos eam nostro stylo cooperatricem habere gaudeamus.

Alexandria igitur urbs copiosæ magnitudinis est, quæ non Ægyptiorum solummodo, sed etiam Thebæorum atque Libycorum haud procul ab Ægypto principatum tenet. Salutiferæ autem Jesu Christi Domini nostri incarnationis ducentorum octoginta et quinque annorum circulusolvebatur, cum venerabilis Theonas ejusdem civitatis papa æthereo volatu cœlestia regna conscendit (b). Cui profecto memoratus Petrus ad ministranda Ecclesiæ gubernacula succedens, ab omni clero et Christiana plebe ordinatus est pontifex, sextus decimus scilicet a Marco evangelista simulque archiepiscopo ejusdem civitatis. Hic enim velut Lucifer inter astra surgens, sanctarum radiis virtutum emicans, arcem fidei magnificentissime gubernabat. In Scripturis vero divinis priorum nullius inferior, ad Ecclesiæ utilitatem atque instructionem nobiliter insistebat; prudentia quoque singularis, et in omnibus perfectus, vere sacerdos et hostia Dei, erga

(a) Fragmenta Actorum S. Petri Coptice et Latine edidit Georgius Zoega, Danus, in libro cui titulus: *Catalogus codicum Copticorum mss. qui in Museo Borgiano Velitris asservantur*. Romæ 1810, in-fol., p. 11. En ea Latine reddita:

I. Cod. XIV, ex vol. Vatic. LXII. *Encomium quod scripsit abbas Alexander archiepiscopus Alexandriae in S. Petrum virginem et archiepiscopum ejusdem urbis, qui martyrium sustinuit pro nomine Domini nostri Jesu Christi, quod et recitavit in oratorio ejus quod est a parte occidentali urbis, ubi festum ejus celebrant die honoratæ commemorationis ejus, qui est dies 29 mensis Athor. In pace Dei amen.* Sermo inter alia est de Sabellio hæretico, qui surrexit tempore Theonæ archiepiscopi prædecessoris Petri; de persecutione sub Diocletiano, qua vigente in Mesopotamiam secessit Petrus comitibus Achilla et hujus encomii auctore; de Melitio episcopo Lycopolitano, qui absente Petro invasit thronum Alexandriae, sed postea ab eo in Ægyptum reverso pulsus est; de Ario presbytero qui secutus errorem Origenis affirmavit Filium Dei esse creaturam.

Subscriptio in fine: *Domine, miserere servi tui diaconi Gabrielis Cosmæ. Amen.*

II. Cod. XV, ex vol. Vatic. LXIII. *Martyrium S. Petri archiepiscopi Alexandrini, qui consummavit certamen suum sanctum die 29 mensis Athor. In pace Dei. Amen.*

Argumentum fere hoc est: Anno Diocletiani XIX excitata est ingens persecutio, et tribuni et præsides ad id constituti sunt in omnibus provinciis, et in Ægypto a Thebaide magna usque ad Libyen quæ porrigitur ad usque Leptin. Immensus autem fuit martyrum numerus in Africa et Mauretania, Ægypto, Thebaide, Cyrene, Palæstina et Phœnicia. In his Petrus, magnus archiepiscopus Alexandriae, qui in carcere prædixit, successurum sibi esse in

throno Achillam et post hunc Alexandrum; Arium autem impium anathematizavit. Commemoravit et fratres episcopos, Phylel et Hesychem, et Pabhom et Theodorum, qui in vincula conjecti fuerant, quo tempore ipse absens erat in Mesopotamia, et martyrii coronam acceperant una cum clericis plus cclx. Hortatus quoque est suos, ut caverent a Melitio Lycopolitano qui lacerabat Ecclesiam et insidias struebat bonis. E carcere ductus est Petrus in locum quem vocant Bucolorum, ubi S. Marcus evangelista passus erat. In itinere obviam facti senex et anus, a castro ad oppidum descendentes, obtulerunt ei pellem quadrangulam et sindonium. Postquam autem ventum esset amplius ad austrum in locum martyrii S. Marci, in valle porrecta ad planitiem sepulcrorum, tribuni recidi jusserunt caput Petri. Quod ubi rescivit populus, scilicet archiepiscopum nocturno tempore et remotiore in loco interfectum, magnæ turbæ natæ sunt. Contentio etiam orta est in populo de corpore ejus, dum alii sepelire velient in ecclesia Theonæ, alii in loco S. Marci consecrato. Proceres autem civitatis, senatorii homines ex Dromo, veriti ne oriretur seditio, corpus pelle illa involutum transtulerunt in navigium, siquidem locus mari adjacebat, et Pharium circumvecti appulerunt ad locum dictum Leucates, ibi deposuerunt in cœmeterio, quod ipse sibi construxerat in suburbio a parte occidentali civitatis. Sed populus non permisit ut sepeliretur, antequam mortuum collocassent in throno episcopali in ecclesia, clero comitante, quo facto sepeliverunt eum in sindoniis et holosericis cum aromaticis. EDIT. PATR.

(b) Apud Eusebii *Chronicum*, in utraque mea editione Mediolanensi ac Romana, ad hunc fere annum non obitus, sed initium episcopatus Theonæ refertur.

omnem sacerdotii curam diebus ac noctibus vigilanter desudabat.

Sed quia semper zelo percutitur virtus, feriuntque summos fulgura montes, æmulorum hinc inde multifarios patiebatur conflictus. Quid plura? pene omni tempore vitæ suæ in persecutione degit. Ordinavit interea quinquaginta et quinque episcopos. Meletius denique, nomine et mente nigerrimus, apud Lycopolitanam urbem schismaticus factus est præsul; multa quidem contra canonum agens regulam, superansque etiam cruentorum militum feritatem, qui in Domini passione veriti sunt Dominicam scindere tunicam; adeo laxatis insaniam raptabatur habentis, ut catholicam scindens Ecclesiam, non solum per civitates Ægypti, sed etiam per villas ejus, suos sequaces ordinaret episcopos, et nihil ei curæ de Petro erat, imo nec de Christo qui erat in Petro. Huic præfatus Arius adhuc laicus adhærebat, necdum clericali tonsura notatus, eratque illi ejusque domui admodum charus; nec immerito: omne animal, ut ait Scriptura, simile sibi diligit. His autem cognitis, vir Domini mœroræ confectus hanc persecutionem aiebat pejorem esse priore. Et licet quibusdam latebris abscondus, tamen pro viribus exhortatorius ubique dirigens apices, prædicansque Ecclesiæ unitatem, vegetabat eos adversus impietiam et nefariam Meletii temeritatem. Unde factum est ut non pauci ejus salutaribus monitis animati, a Meletiana discederent impietate.

Per idem fere tempus Arius, viperea armatus versutia, quasi deserens Meletianos confugit ad Petrum, qui rogatus ab episcopis sublimavit eum diaconii honore, nesciens quippe tantam ejus hypocrisisin. Erat autem instar colubri pestifero suffectus veneno. Neque enim hujusmodi manus inpositio huic sancto in crimen deputari potuit, sicut nec Simonis magica ars simulata ascribitur Philippo. Meletianorum interea detestabile nefas supra modum crescebat, pavensque beatissimus Petrus ne hæretica pestis totum sibi creditum invaderet gregem, simulque sciens quod nulla societas est luci cum tenebris, nullaque concordia Christo et Belial, Meletianos ab Ecclesia per litteras segregavit. Et quia mala voluntas diu occultari non valet, illico nefandissimus Arius, propterea quod suos fautores ab Ecclesiæ dignitate cerneret divisos, tristitiæ mancipatus gemebat. Quod sanctissimum virum minime latuit. Denudata namque ejus hypocrisis, protinus evangelico utens ferro, *Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum et projice abs te*, Arium ab Ecclesiæ compage, utpote putridum membrum detruncans, foras expulit et a fidelium communionem extorrem esse mandavit.

His ita gestis, subito admodum ablata persecutionis procella, pax, licet exigua, refulsit. Tunc elegantissimus Domini pontifex populo manifestus

(a) Rectissime noster ponit Petri passionem sub Maximino, non sub Diocletiano, quod facit Græcus ille biographus a Combefisio vulgatus.

A illuxit, cœperuntque fideles ad martyrum memorias catervatim currere, et ad Christi laudem cœtum congregare; quos divinæ legis antistes divino oraculo vivificabat, erigebat atque roborabat, crescebatque jugiter in Ecclesia multitudo credentium. Sed hæc non æquis oculis ille antiquus aspiciens humanæ salutis hostis *haud* in longum quievit. Nam subito paganitatis turbo ex adverso intonuit, et more hibernalis imbris Ecclesiæ serenitatem percussit, eamque procul fugavit. Sed hoc ut manifestius intelligi possit, necessario ad impiissimi et Deo rebellis Diocletiani atrocitatem, pariterque Maximiani Galerii reflectimus articulum, qui eo tempore cum filio suo Maximino tyrannico dominatu Orientales vexabat regiones.

B Hujus namque temporibus in tantum Christianæ persecutionis æstuabat incendium, ut non solum in uno mundi climate, sed etiam per universum orbem terra marique impietatis procella tonaret. Discurrentibus itaque hinc inde imperialibus syllabis atque crudelissimis decretis, Christicolæ nunc palam nunc clandestinis jugulabantur insidiis; nullus enim dies nullaque nox ab effusione Christiani cruoris transibat inimmunis. Nec typus interfectionis horrebat simplex; alii quidem diversis et acerrimis necabantur suppliciis; alii vero, ut etiam parentum humanitate patriaque carerent sepultura, ad alia transferebantur loca, novis quibusdam et sæculo inauditis pœnarum machinationibus ad martyrii compellebantur metam. Proh nefas! tanta erat illorum impietas, ut etiam divini cultus sanctuaria a fundamentis everterent, sanctosque libros igni cremarent. Defuncto itaque execrabilis memorie Diocletiano, Constantinus Major ad regni gubernacula electus est, et Occiduis partibus principatus sui cœpit moderari habenas.

His profecto diebus Maximino (a) a quibusdam de præfato archiepiscopo relatum est, videlicet quod ipse Christianitatis dux atque signifer esset; qui solita inflammatus nequitia, e vestigio jussit comprehendi Petrum et in carcerem retrudi. Quam ob rem quinque tribunos stipatos militum catervis Alexandriam destinavit; qui venientes juxta quod sibi fuerat imperatum, subito rapientes Christi pontificem carceris custodiæ manciparunt. Mira fidelium devotio! Ubi compertum est quod tantus vir carceralibus clauderetur ergastulis, cucurrit supra modum incredibilis multitudo, præcipue monachorum ac virginum chorus, et non materialibus armis, sed lacrymarum rivulis et piæ mentis affectu circumdederunt carceris ambitum, et tanquam boni filii erga bonum patrem, imo Christiana membra Christianissimo capiti, totis compassionum visceribus adhærebant, erantque illi murus, observantes ne quis paganorum ad eum ingrediendi copiam haberet. Una nimirum omnium vota, con-

quo loco doctus editor p. 222 errorem hunc coarguit.

sona vox, eademque compassio, mori potius quam sanctum quidpiam mali perpeti viderent (a). Vir autem Domini cum paucos dies eodem nervo teneretur retrusus, tribuni fecerunt de ipso regi suggestionem; ille autem juxta morem suæ ferocitatis destinavit sententiam, ut beatissimum patriarcham capitali punirent discrimine. Porro dum hoc per aures Christianorum serperet, cœperunt omnes unanimiter carceris aditum cum luctu et gemitu custodiare, et obsistentes neminem gentilium illum ingredi permittebant. Tribuni vero cum ad eum jugulandum nullatenus haberent ingressum, habito consilio statuerunt ut cuncti milites nudatis mucronibus popularem irrumperent turbam, et sic eum duntaxat ad decollandum foras extraherent; mox vero si quis obsistere vellet, gladio interiret.

Arius interea adhuc levitico tantum honore coloratus (b), metuens ne post exitum tanti Patris reconciliari nullatenus valeret, adiit eos qui nobiliores erant in clero, et luctuoso precario blandoque sermone utpote simulator conabatur sancto suadere archiepiscopo, ut illi misericordia indulgeret, eumque ab hujusmodi solveret obligatione. Verum quid simulato corde fallacius? Quid sancta compositione simplicius? Haud mora; ingressi sunt qui rogati fuerant ad Christi pontificem, et post consuetam orationem, consternati solo cum gemitu et lacrymis sacras ejus deosculantes manus, flagitabant eum dicentes: Te quidem, beatissime Pater, secundum fidei dignitatem Dominus ad martyrii coronam vocavit, quam te celerius accipere nequaquam ambigimus. Idcirco justum putamus ut solita pietate indulgeat Ario, ejusque fletibus veniam tribuas.

Quibus auditis vir Domini cum indignatione submovit eos, et elevatis sursum manibus exclamans, dixit: Pro Ario me audetis supplicare? Arius et hic et in futuro sæculo a gloria Filii Dei Jesu Christi Domini nostri semper erit segregatus semperque manebit extorris (c). Hæc illo protestante, omnes qui aderant, timore percussi, tanquam muti reticebant. Porro suspicati sunt eum non sine divino nutu talem in Arium proferre sententiam. Quos dum clementissimus Pater cordis compunctione silentes ac mœstos aspiceret, noluit austerus permanere, vel eos quasi contemnens sine satisfactione relinquere; sed assumens Achillam et Alexandrum, qui in sacerdotibus seniores ac sanctiores esse videbantur, unum ex eis habens ad dexteram, alterum quoque ad lævam, paululum eos segregavit a cæteris, et clauso sermone dixit ad

A eos: Nolite me, fratres, tanquam inhumanum ac rigidum accipere; revera enim et ego homo sum sub lege peccati degens; sed credite meis sermonibus. Latens Arii dolus omnem superat iniquitatem, omnemque supergreditur impietatem; et hoc non a memetipso asserens, ejus sancivi segregationem. Hac etenim nocte dum solemniter preces ad Deum sunderem, astitit mihi quidam puer quasi duodecim annorum, cujus faciei claritatem ferre non poteram, nam tota hæc cella in qua stamus immenso lumine radiabat. Ipse autem linostimum erat indutus colobium, scissum in partes utrasque a collo usque ad pedes, tenensque gemina manu colobii scissuras, applicabat eas pectori suo, quatenus propriam tegeter nuditatem. Ad hanc quippe visionem ego miratus obstupui. Mox ubi data est mihi loquendi fiducia, exclamans dixi: Domine, quis tibi hoc scidit indumentum? Et ille: Arius me scidit, sed præcave omnino ne eum in communionem recipias; ecce enim crastina die venturi sunt qui te pro eo postulabunt. Vide ergo ne suasus acquiescas illis: quin potius jubeto Achillæ pariterque Alexandro presbyteris, qui post tuum transitum recturi sunt Ecclesiam meam, ne aliquatenus illum recipiant. Tu autem futurus es martyrii sortem velocius explere. Hujus autem visionis causa nil amplius fuit. Ecce satisfeci vobis, et quæ jussa sunt prorsus annuntiavi. Cæterum quid ex his facietis, vos videritis. Et de Ario quidem hæc.

Nostis præterea, charissimi, et bene nostis, qualiter huc usque vobiscum conversatus sum, quantasque conflictationes ab idololatriis sustinui gentilibus, qui Dominum Salvatorem ignorantes, multitudinem deorum qui non sunt, insanientes diffamare non cessant. Scitis profecto quomodo persecutorum declinando rabiem, de loco ad locum profugus ibam. Plurimum namque in Mesopotamia latitans degi, ac perinde apud Syriam Phœnicis delitui, in utraque etiam Palæstina diutius peregrinationem sustinui; et exinde, ut ita dicam, in alio elemento, hoc est in insulis non parvo tempore moratus sum. Et in his omnibus degens calamitatibus Dominico gregi qui meæ parvitati commissus est, die noctuque scribere non desinebam, confirmans eos in Christi unitate. Horum enim anxia sollicitudo cor meum sedule instigabat, et me quiescere non sinebat; solummodo levius me habere putabam quando eos supernæ potestati committebam.

Jam vero propter forsantos pontifices, Phileum dico, Hesychium (d) atque Theodorum, qui digne a

(a) Sic prorsus excubabat Mediolanensis pia plebs circa Ambrosium episcopum suum, cui furor Justinæ Arianae imperatricis imminebat, teste oculari Augustino *Confess.* lib. ix, cap. 7.

(b) Recte hoc dicitur, secus ac Græca Acta Combefisii et cod. Vat. 622, in quibus falso dicitur presbyter Arius sub Petro.

(c) Addunt hic Acta Combefisiana, quemadmo-

dum ille Dei Filium a paterna gloria et substantia sequestravit. Male, quia nondum Arius suam hæresim patefecerat, sed ob schisma tantummodo Melitianum, et suspectam agendi rationem exclusus fuerat. Hoc additamentum ne alter quidem codex Vat. 622 agnoscit.

(d) Acta Combefisiana et cod. Vat. 622 addunt Pachomium.

divina gratia sunt vocati, quam gravis me tribulatio quatiebat! Hi enim, ut ipsi scitis, ob Christi fidem cum reliquis confessoribus diversis macerabantur suppliciis. Et quia in tali agone non solum clericorum, sed etiam laicorum ipsi erant signiferi et præceptores, propterea valde verebar, ne longis deficerent cruciatibus, et eorum defectio, quod dictu grave est, plurimis negandi foret offendiculum; erant enim ultra sexcentos sexaginta, qui cum eis carceralibus arctabantur ergastulis. Unde magno labore magnoque satagens sudore, non cessabam de prædictis locis scribere omnibus illis, exhortans eos ad martyrii palmam magisterio divini affatus. Quando vero omnium eorum magnificam audivi perseverantiam et passionis gloriosum finem, cadens in terram adoravi Christi majestatem, qui eos inter martyrii catervas annumerare dignatus est.

Quid etiam vobis de Meletio Lycopolitano (a) commemorem? qui quantas persecutiones, quantosque dolos mihi sit jaculatus, vos omnimodo scire nullatenus ambigo. Proh nefas! scindere sacrosanctam Ecclesiam non metuit, quam Dei Filius pretioso sanguine redemit, eamque ut de diaboli tyrannide liberaret, animam ponere non titubavit. Hanc, ut dicere cœpi, nequissimus Meletius scindens, etiam sanctos episcopos, qui ante paululum per martyrium caelos penetrarunt, in carceris custodia expugnare atque affligere non desinebat. Cavete igitur ab ejus insidiis. Ego enim, ut ipsi videtis, alligatus divina charitate proficiscor, voluntatem Dei omnibus anteponeus. Scio nempe quia tribuni de mea nece trepidantes mussitant, sed nullum ex hoc eis sermonem inferam, neque enim animam meam pretiosiore me ipso faciam. Quin imo paratus sum perficere cursum quem mihi Dominus meus Jesus Christus polliceri dignatus est, et ministerium quod ab ipso accepi, ei fideliter assignare. Orate pro me, fratres; ulterius me in hac vita vobiscum vivere jam non videbitis. Quapropter testificor coram Deo et vestra fraternitate, quod omnibus vobis mundam servavi conscientiam. Non enim subterfugi annuntiare vobis quæ mihi a Domino sunt injuncta, et quæ deinceps necessaria erunt pandere minime recusavi.

Quocirca attendite vobis et universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus seriatim episcopos posuit. Te quidem Achillam primum, Alexandrum vero secundum. En vobis viva voce protestor, quoniam post meum transitum insurgent quidam de Ecclesia loquentes perversa, rursusque dividunt eam, ut Meletius, trahentes populum post suam vesaniam. Ecce prædixi vobis. Sed, deprecor vos, o viscera mea, vigilate: oportet enim vos multas subire tri-

bulationes. Neque enim meliores sumus quam patres nostri. An ignoratis quanta a gentilibus perpressus est pater meus, qui me nutrit, sanctissimus Theonas episcopus, cujus pontificalem cathedram regere suscepi? O utinam et mores! Quid etiam de magno Dionysio ejusdem præcessore referam? qui profugus de loco in locum multas calamitates ab insano sustinuit Sabellio? Nec vos præteream (b), sanctissimi Patres ac divinæ legis antistites, Heracli atque Demetri, quibus fabricator perversi dogmatis Origenes multifarias tentationes incussit; qui conjecit in Ecclesiam detestabile schisma, quod usque hodie confundit eam. Sed gratia Dei, quæ illos tunc protegebat, credo enim quod et vos proteget. Sed quid vos ultra demoror, charissimi fratres, prolixi sermonis affatu? Superest ut ultima apostoli oratione vos prosequar ita precantis: et nunc commendo vos Deo et verbo gratiæ ejus, qui potens est gubernare et vos et ovile suum. Hæc ubi dicta dedit, positus genibus oravit cum eis. Expleta itaque oratione, osculantes manus ejus ac pedes Achilles atque Alexander conversi in lacrymas singultu amarissimo quatiebantur, maxime quia audierant eum dicere quod ex tunc temporalem ejus vitam amplius visuri non essent. Dehinc doctor dulcissimus veniens ad reliquos clericorum, qui, ut præmissum est, pro Ario ingressi fuerant, locutus eis verba novissima atque consolatoria et quæ necessaria erant; deinde, fuis ad Deum precibus vale faciens illis, dimisit omnes in pace.

His ita peractis, longe lateque ubique vulgatum est quod Arius a catholica unitate absque deifico nutu non sit abscisus. Ille autem fallendi artifex et totius nequitiae seminator, in sui pectoris labyrintho vipereum virus occultare non desinebat, sperans se ab Achilla vel Alexandro reconciliari. Hic est ille Arius hæresiarches, consubstantialis et individuae Trinitatis divisor. Hic est qui ore temerario Dominum Salvatorem super omnes hæreticos blasphemare non metuit, Dominum, inquam, Salvatorem, qui humanos miseratus errores, mortiferæ damnationis interitu condolens perire sæculum, pro omnibus nobis carne pati dignatus est. Neque enim divinitas, quæ utique impassibilis est, passionem incurrisse credenda est. Sed quia theologi Patres hujusmodi blasphemias a catholicis auribus meliori stylo procul amovere curant, et nobis aliud imminet, redeamus ad propositum.

Sagacissimus igitur pontifex, animadvertens cruentissimam tribunorum stropham, quod ob ejus perpetranda necem, omnem Christianorum qui tunc aderant multitudinem gladio interimere vel-

(a) Optime noster; erat enim Meletius Lycopolis in Thebaide episcopus. Pessime Acta Combesisiana in Lycaonia. Jam res Meletii late scribuntur a priscis historicis et a Baronio ad ann. 306, n. 45 seqq.

(b) Rursus recte noster vitat errorem biographi Græci Combesisiani, qui Heraclium ac Demetrium post Sabellium ac Dionysium fuisse discrete dicit.

lent, noluit eos pariter secum subire mortis acerbitalatem; sed fidelis servus imitans Dominum Salvatorem, qui dixit et fecit, *Pastor bonus animam suam ponit pro ovibus suis*, ex pietatis argumento vocavit unum seniore[m] ex his qui ibidem responsis ejus inhærebant, et dixit ei: Vade ad tribunos qui me interficere quærunt, et dicito eis: Cesset omnis anxietas, ecce promptus sum ultroneum me illis ingerere. Hac etenim nocte veniant post tergum domus carceris hujus, et in quo loco audierint signum in pariete ab intus factum, ibi effodientes excipiant me, perficiantque quod sibi est imperatum. Senior vero, obtemperans jussionibus sanctissimi viri (neque enim tanto Patri contradicere poterat), abiit ad tribunos et intimavit eis quod sibi fuerat injunctum. Quod illi audientes valde gavisi sunt, et assumptis latomos circa noctis hujus matulinum tempus venerunt sine militibus ad locum qui sibi fuerat ostensus. Vir autem Domini vigil in oratione et vigiliis totam noctem insomnem duxerat. At ubi eorum cognovit adventum, cunctis qui secum aderant sopore quiescentibus, lento gradu ingressus est in interiorem carceris partem, et juxta conductam sponsonem sonum faciebat in pariete; quem illi forinsecus audientes, facto foramine susceperunt Christi athletam non ærea lorica, sed virtute Dominicæ crucis undique munitum, paratumque implere divinum sermonem qui dicit: *Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere; sed potius eum timete qui potest et animam et corpus perdere in gehennam*. Mira res! Tam validus inbrium turbo collisionesque ventorum in eadem strepuere nocte, ut nemo eorum qui observabant carceris fores, posset audire effodiendi sonum. Constantissimus autem martyr urgebat homicidas illos: Facite, inquit, quod facturi estis, prius quam hoc sentiant qui me custodiebant.

At illi tollentes eum duxerunt in locum qui dicitur Bucolia, ubi et sanctus Marcus martyrium pro Christo suscepit. Stupenda sanctorum virtus! Cum eum ducerent, et tantam illius constantiam circa funereos casus tantumque animi robur inspicerent, subito horridus pavor timidusque tremor eos invasit in tantum ut nullus ex eis in faciem ejus intendere auderet. Rogabat præterea martyr beatissimus ut sinerent eum ad sancti Marci evangelistæ memoriam ire; cupiebat enim ejus se patrocinii commendare. At illi præ pudoris confusione terram despectantes, Facito, inquit, quod vis, tantum velocius. Accedens itaque complexus est sacratissimum evangelistæ cœmeterium, et veluti in carne viventis atque audienti loquens, hoc modo precabatur: Pater honestissime, tu evangelista unigeniti Salvatoris, tu testis passionum illius, te primum pontificem et firmamentum cathedræ

A ejus liberator omnium Christus elegit, tibi fidei præconium per totam Ægyptum et circum terminos ejus insonare commisit. Tu, inquam, ministerium humanæ salutis, quod tibi creditum fuerat, vigilantanter explesti; hujus nimirum laboris mercedem martyrii palmam percipere meruisti. Unde non immerito dignus es evangelista simul et episcopus prædicari. Tui nempe successor fuit Anianus, et reliqui (a) per succiduum seriem usque ad beatissimum Theonam qui meæ infantie colaphos dare, et meam indolem nutrire dignatus est. Cui etiam ego peccator et indignus ultra meritum hæreditario gradu successor effectus sum. Et quod potissimum est, ecce Dominicæ pietatis largitio me pretiosæ crucis ac festivæ anastasis martyrem fieri condonavit, tribuens meæ devotioni suæ passionis jucundum odorem, ut et ego hostiam mei cruoris libare illi dignus efficiar. Et quia istiusmodi libationis urgeat articulus, ora pro me ut, divina opitulante virtute, stadium hujus agonis corde robusto ac fide promptissima perficere merear. Commendo etiam tuæ gloriosæ paternitati Christicolum gregem, qui mihi pastorali regimine commissus est; tibi, inquam, eum suppliciter commendo, qui omnium præcedentium ac subsequentium in hoc pontificali throno auctor atque tutor esse probaris, quique hujus primatum habens, non hominis, sed Dei est hominis Jesu Christi, successor existis. Et hæc dicens, haud longe a sacro tumulo remotis vestigiis manibusque in cœlum extensis, voce magna precatus: Unigenite, inquit, Verbum æterni Patris Jesu Christe, exaudi me tuam interpellantem clementiam; pacifica, quæso, tempestatem Ecclesiæ tuæ, effusione sanguinis mei servi tui concludere persecutionem populi tui. Tunc quædam virgo Deo dicata, quæ asceteriolum hujus evangelistæ cœmeterio conterminum habebat, pernoctans in oratione audivit vocem de cœlo dicentem: Petrus initium apostolorum, Petrus finis martyrum episcoporum Alexandriæ.

Completa oratione deosculans tumbam beati evangelistæ et reliquorum pontificum qui inibi tumulati erant, exivit ad tribunos. At illi videntes faciem ejus tanquam faciem angeli, terrore perculsi, verebantur ei aliquid de instanti agone loqui. Veruntamen quia Deus non deserit sperantes in se, noluit martyrem suum in articulo tanti discriminis absque solatio relinquere. Ecce quidam senex et quædam virgo vetula venientes ex oppidis prope-rabant in civitatem, quorum unus quatuor venalicias deferebat pelles, altera quoque geminas sindones. Cernens eos beatus antistes, cognovit erga se divinam dispensationem. Illico percontatus est dicens: Christiani estis? qui dixerunt: Etiam. Et ait, quo pergitis? Et illi: Ad nundinas, inquit, urbis ut venundemus hæc quæ deferimus. Clemē-

(a) Bene noster per hanc reticentiam vitat nominum perturbationem quæ occurrit in Actis Combebianis et in cod. Vat. 622.

tissimus autem Pater subjunxit : Filioli mei fideles, Deus vos destinavit, perseverate mecum. Qui protinus eum agnoscentes, dixerunt : Ut jussisti, domine. Et conversus ad tribunos : Eia agite, inquit, quod acturi estis, complentes regiam jussionem, quoniam dies jam illucescere cœpit. Ipsi autem ob nefaria principis decreta quasi vim patientes, tulerunt eum e regione sanctuarii evangelistæ in vallem juxta sepulcra. Et sanctus : Expandite, inquit, o senes, pelles quas advectatis, simulque tu, vetula, sindones. Quibus expansis, robustissimus martyr desuper ascendens, palmas utrasque sursum extendit, ac proinde poplites humi fixus, animum quoque cœlo intentus, gratiarum actiones omnipotentis agonothetæ persolvit, muniensque se crucis signaculo dixit, Amen. Dein omophorium relaxans a collo, cervicem tetendit : Quod vobis, inquires, jussum est, maturius deliberate.

Obrigerunt interea tribunorum manus, atque invicem se aspectantes ad hoc facinus provocabant; sed omnes formidine capti stupebant. Tandem ex consensu placuit ut de communi ære intersectionis præmium apponeretur, et si quis istiusmodi scelus perpetrare ausus esset, ipse homicidii lucraretur quæstum. Hand mora; unusquisque eorum quinque protulit solidos. Verum, ut gentilis ait poeta :

... *Quid non mortalia pectora cogis,
Auri sacra fames!*

unus ex eis ritu proditoris Judæ, pecuniæ cupiditate audax effectus, exserto gladio Christi pontificem capite obruncavit sub die scilicet vii Kalendarum Decembrium (a), cum haberet in pontificatu annos xii, quorum tres ante persecutionem, reliquos vero novem in diversis persecutionum generibus exegit. Exinde sublato ab spiculate sanguinis presio, mali emptores vel potius cruenti homicidæ cito citius recesserunt, metuebant enim populi multitudinem, quoniam, ut prælatum est, absque militari præsidio erant. Corpus autem beatissimi martyris, quemadmodum patres affirmabant qui illuc primi convenerant, permansit astans tanquam orationi incumbens, donec plurimi concurrentes invenirent illud eodem modo consistens; nimirum quod vivens sæpius egerat, caro etiam exanimis testabatur. Senem quoque atque anum illam repererunt observantes cum luctu et gemitu pretiosissimum Ecclesiæ monile. Redinantes (b) itaque triumphale funus, sacramque caput cervici opposentes, cooperuerunt sindonibus; sacrum vero cruorem qui secus affluserat, peniculo reverenter collegerunt (c)

(a) Cod. vat. 622, *nona et vicesima die Athyr mensis*. Acta Combef., *πέμπτην ἐπὶ εἰκάδα τοῦ Νοεμβρίου μηνός*.

(b) Notemus vocabulum.

(c) En novum testimonium de veterum Christianorum cura devota sanguinem martyrum conser-

Alexandri brevis allocutio de Arii et sociorum de-
positione ad presbyteros et diaconos Alexandriæ et
Mareotæ. Epistolarum itaque prior quam Theodo-
rite acceptam referimus (c), homonymo Alexandro
Constantinopolitano episcopo inscribitur. Hanc vero
epistolam post celebratam synodum Alexandrinam
fuisse exaratam, ex iis compertum habemus quæ
sub initium occurrunt. Sic enim sanctus Pater (d) :
« Ac nos quidem, inquit, cum ea quæ vitæ ipso-
rum (Arianorum) ac nefariis conatibus competunt,
serius propter ipsorum lætæbras deprehendissemus;
communi omnium suffragio ex cœtu Ecclesiæ quæ
Christi divinitatem adorat, eos eiecimus. » Præter-
ea, ut observat cl. Valesius, ex alio ejusdem epi-
stolæ loco (e) discimus eam scripsisse Alexandrum
ante illam quam ad omnes Ecclesias direxit. Siquidem
eo loci sic loquitur beatus antistes : « Nescio
quo modo ordinati in Syria tres episcopi, illis (Aria-
nis) consentiendo, eos ad pejora incitant. » Intelligit
nimirum, ait vir criticus (f), Eusebium Cæsareæ
Palæstinæ episcopum, Theodotum Laodicæ et
Pantimum Tyri : hos enim anatheinate damnatos
fuisse a nostro præsule Alexandrino testatur Arius
in epistola ad Eusebium Nicomediensem episcopum,
quam recitat Theodoritus (g). Cujus quidem Nico-
mediensis episcopi mentionem facere haud omisis-
set Alexander in hac ad cognominem Alexandrum
epistola, si eam loco posteriore scripsisset.

IV. Cæterum ad ejusdem epistolæ inscriptionem
quod attinet, præter ea quæ ad illam ex Pagio et
Baluzio adnotavimus, sententiam Holstenii viri do-
ctissimi huc adducere juverit. Sic igitur ille (h) :
« Cum in hac epistola, non unum aliquem, sed
plures subinde alloquatur Alexander;.... mihi fixa
hæc sedet sententia, non privatam aliquam sive
tractatoriam hanc epistolam esse, sed circularem
ac generalem, missam ad diversos Europæ episco-
pos. Quod nemo facile negaverit, qui hujus episto-
læ partem extremam, et ecclesiasticarum epistola-
rum formam modumque non plane ignoret.... Non
ut Alexandro Constantinopolitano episcopo hanc
epistolam scriptam negem; sed ut ad alios quoque
vicinos episcopos, vel in regia urbe negotiorum
causa tum versantes, ejusdem quoque exempla per

(a) Socr. l. c. sub fin.
(b) Sozom. Hist. eccl. lib. 1. cap. 1, sub fin.
(c) Theodor. Hist. eccl. lib. 1, cap. 4.
(d) Alex. Epist. 1, § 2.
(e) Id. ibid., § 9.
(f) Vales. ad Theodor. Hist. eccl., pag. 16, note 2,
elit. Cantabr. 1720.
(g) Theodor. Hist. eccl. lib. 1, cap. 5.
(h) Holsten. ad calcem Theodor. Vales. dissert. 1,

A circulum missa ostendam. Neque ego hic Theodo-
rito futilem Gelasii Cyziceni Diobolaris βασιφδοῦ
auctoritatem opposuerim, qui Alexandrum istum
hoc tempore CP. Ecclesiæ necdum præfuisse affir-
mat; quemque paulo post Nicæno concilio priva-
tum adhuc presbyterum pro Metrophane extrema
senectute confecto interfuisse scribit. Cujus fidem
incerti quoque auctoris narratio de cccxviii Nicæni
concilii Patribus sequitur, quæ in *Historia sancto-
rum* Lipomani exstat; cujus exemplar ex regio co-
dice in Galliis aliquando me transcripsisse memini.
Hæc, inquam, tanti non sunt, ut Theodoriti alio-
rumque meliorum auctorum fidem apud nos ele-
vent. » Hactenus Holstenius. Neque abs re fuerit
consulere Montfauconium, qui erudite admodum
inquiret (i), quid sit hac ipsa in epistola (j) τόμος
sive tomus ille, quem episcopis per orbem subscri-
bendum Alexander Alexandrinus ad Alexandrum
Byzantium misit.

V. De reliquis duobus litterarum monumentis
quæ superius excipiunt, cum ea sint ex præclara
Athanasianorum editione descripta, præstat pro-
pterea ipsummet celeberrimum editorem ita de iis
præloquentem audire (k) : « Edimus, inquit, *Καθα-
ρα* seu *Depositionem* Arii et sociorum, ita scilicet
nuncupatam in codice Regio unde ea desumpta
est; licet proprie nihil illa sit aliud nisi oratio qua
Alexander archiepiscopus accitos Alexandrinos
Mareoticosque presbyteros atque diaconos, coram
hortatur, ut encyclicam suam epistolam qua nar-
ratur Arii sociorumque damnatio, muniat suffra-
gio suo atque subscriptione. Hoc opusculum antea
ineditum V. C. Cotelerius suis ad PP. primi sæculi
notis inseruit (l), ne scilicet prorsus interiret. Sed
cum extra proprium locum ibi positum sit, huc
visum est adjicere, cum præsertim implicatissimis
Arianorum exordiis haud parum lucis afferat.

Huic adjungimus encyclicam Alexandri episto-
lam, quæ ita præcedenti *Depositioni* cohæret, ut
nullatenus debeat ab ea segregari: quare operæ
pretium fuit illas invicem sejunctas hic copulare,
prout in eodem Regio codice jacent. Habetur hæc
epistola apud Socratem (m), sed multis mendis res-
persa, desideranturque ibi Alexandrini cleri sub-
scriptiones. Item legitur illa apud Gelasium (n) cum
subscriptionibus, sed mendis etiam obsita: sub-
scriptionesque adeo mutilæ sunt, ut necessum
prorsus fuerit novam ejus editionem parare, ut
insipienti cuique palam erit. Narrat hic Alexander
res gestas in exortu Arianae hæresis, inque Arii et
sectatorum damnatione; monetque episcopos ne

pag. 606, edit. Cantabr.
(i) Montfauc. præfat. ad tom. II *Collect. PP. Græc.*, animadv. 6, pag. 20.
(j) Alex. Epist. 1, § 14.
(k) Montfauc., *Opp. Athan.*, tom. I, part. 1, pag. 396.
(l) Cotel. ad *Const. apost.* lib. viii, cap. 28.
(m) Socr. *Hist. eccl.* lib. 1, cap. 6.
(n) Gelas. *Cyz. Hist. conc. Nic.* lib. 11, cap. 5.

Eusebio Nicomediensi Arii patrono morem gerant, si quidem in hæresiarchæ gratiam litteras ille scripserit. Huc usque vir doctus. Qui deinceps utrumque opusculum iterum illustravit (a) adversus placita Tillemontii, qui acta depositionis Arii et sociorum secus intellexisse videtur.

His porro sancti Patris scriptis fragmenta duo subjecimus ex ejusdem epistola ad Æglonem Cyno-

(a) Montfauc. præfat. ad tom. II Collect. PP. Græc., animadv. 5, pag. 16-20.

A politanum episcopum, quæ apud sanctum Maximum confessorem leguntur (b).

Postremo loco lectorem monitum volumus, ad calcem Theodoriti Valesiani duas exstare dissertationes Holstenii, quibus vir ille doctissimus utramque Alexandri episcopi Alexandrini epistolam, ut paulo ante innuimus, egregie illustrat.

(b) Max. Opp. tom. II, pag. 152-155, edit. Combes. Paris, 1675.

LUCÆ HOLSTENII

DISSERTATIONES DUÆ DE LOCIS QUIBUSDAM CONCILII NICÆNI

DISSERTATIO PRIMA ^(a).

Itaque ab ovo, quod aiunt, rem exordiri, et quæ supersunt Nicæni concilii ἀποσπασμάτια sub examini revocare placuit: cujus privati laboris ac studii specimen in publico hoc consensu vobis exhibendum duxi, quandoquidem disserendi necessitatem vestra benignitas mihi imposuit. Eæ autem sunt duæ Alexandri Alexandriae episcopi epistolæ, quæ ex Socratis et Theodoretii *ecclesiastica Historia* depromptæ προπαρασκευῆ concilii Nicæni constituunt. Egregie sane illæ et δεινῶς scriptæ, quibus Latina Christophorsoni versio adjungitur; sed a Romanis editoribus nonnullis in locis interpolata. Ita scilicet non solum versionis *Conciliorum*, sed universæ historię ecclesiasticæ gustum aliquem me vobis præbiturum putavi. Sed mihi vestra principio patientia exoranda est, ut æquo animo per confragosæ orationis salebras aspirantem subsequi non gravetur. Cum sive casus, sive consilium eam mihi objecerit materiam, quæ orationis cultum haudquaquam admittit, et quod oratorum princeps de rebus geographicis aiebat, ἀθηρογραφεῖσθαι, nullo modo potest.

Ad hæc cum in alieno labore ingenii acumen experiri et judicii censuram exercere instituerim, ut ego germano candore ac fide optima calumniam ejuro, ita invidiam deprecor, ne quis alienis erratis exagitandis doctrinæ aut industriæ laudem me aucupari existimet. Publica hæc studia sunt, quibus promovendis publicam utilitatem, non privatam laudem quærimus. Vos vero, eminentissimi principes, submisso rogo ut cum voluntas atque auctoritas vestra in hunc me protraxerit locum, humanitatis ac benevolentię vestræ aura, orationis cursum intersytes et brevia æstuantem sublevetis.

Narrat Alexander Arii apostasiam et blasphema dogmata quibus Christum Dominum statu gradu-

que divinitatis movere, et Creatorem in creaturæ censum dejicere conabatur. In quibus nonnulla sunt parum recte constituta in Græco textu, vel minus accurate ab interprete observata, vel in quibus antiquus interpres Epiphanius Scholasticus, aliam suo tempore lectionem secutus videtur. Quæ cum pressioris sint considerationis, commemorare singula nihil attinet. Illud indicandum, interrogatos Arium ac socios, nunquid ergo Verbum Dei, quod illi creatum asserebant, mutari posset, quemadmodum diabolus mutatus fuerat, non veritos respondere, posse. Addunt rationem sic in Romana editione expressam: Τρεπτής γὰρ φύσεως ἐστὶ γενητός, καὶ τρεπτός ὑπάρχων. Quod vertunt: *Nam et mutabilis naturæ factus est, et mutabilis existit.* Qua in re et interpretis Britannii et Romanorum editionem judicium requiro. Nam ut taceam sensum loci jam olim a veteri interprete recte expressum, quis rationis hujus pondera ac momenta perpendens, vel Græcorum lectione paulo exercitior, non facile animadvertit ex ipsa loquendi consuetudine, minus rectam distinctionem vitiosam peperisse versionem? Affirmabat Arius Filium Dei, τὸν Λόγον, posse mutari; adjungens rationem, τρεπτής γὰρ φύσεως ἐστὶ. Nam naturæ mutabilis est, vel naturam mutabilem obtinet, γενητός καὶ τρεπτός ὑπάρχων, quippe qui factus sive creatus, ac proinde mutabilis est. Quocirca haudquaquam negligenda hoc loco vox γενητός, in qua vis omnis ac nervus impiæ illius assertionis consistit: quam ipse Alexander sequenti epistola repetit, sed verbis magis perspicuis deductam. Aiunt, inquit, Filium Dei cum antea non fuisset, postea factum, factumque talem, ubi factus fuit, quales cæteri sunt homines. Συναναλαμβάνοντες τῇ τῶν ἀπάντων κτίσει καὶ τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, comprehendentes etiam Filium Dei reliquarum creaturarum

(a) Habita Romæ in Academia Basiliana, 1635, audientibus eminentissimis cardinalibus J. B. Pamphilo, Fr. Barberino, Brancaccio.

rerum numero. Statim subjungit : Οἷς ἀκολούθως καὶ φασιν αὐτὸν τρεπτῆς εἶναι φύσεως, ἀρετῆς τε καὶ κακίας δεικτικόν. *Quibus etiam consequenter addunt, eum mutabilis esse naturæ, et virtutis et vitii capacem.* Videtis supposito hoc, Filium Dei factum vel creatum esse, ut necessarium inde deduci consequentiam, eundem quoque τρεπτὸν sive mutabilem esse. Atque sic ratiocinatur Damascenus lib. 1 *De orthod. fide*, cap. 3 : Τὰ κτιστὰ, πάντως καὶ τρεπτὰ. Ὅν γὰρ τὸ εἶναι ἀπὸ τροπῆς ἤρξατο, ταῦτα τῇ τροπῇ ὑποκείσεται πάντως, ἢ φθειρόμενα, ἢ κατὰ προαίρεσιν ἀλλοιούμενα. *Creata, inquit, omnino etiam mutationi obnoxia. Quorum enim esse a mutatione incipit, ea necessario mutationi subjacebunt, dum vel intereunt, vel voluntate alterantur.* Ita scilicet Arius Filium Dei ἀρετῆς καὶ κακίας δεικτικόν asserbat : quandoquidem, ut Justinus Martyr alicubi in *Quæstionibus* scribit : Τροπῆς γνώρισμα, τὸ τὰ καλὰ καὶ τὰ κακὰ λαμβάνειν εἰς ἕνωσαν. *Mutationis signum ac nota est, bona ac mala in animum sibi inducere.*

Expositis Arii dogmatibus, catholicæ Ecclesiæ orthodoxam sententiam Alexander opponit, ut veritatis luce prolata Stygis tenebras discutiat. Urget Χριστομάχους illos D. Joannis auctoritate : qui Verbum in principio fuisse, atque omnia per ipsum facta prædicat. Inde rationibus instat : si Verbum est unigenitus Filius Dei, quomodo asserunt isti, ὅτι εἷς ἐστὶ τῶν ποιημάτων ; *ipsum unum esse ex creaturis* ? Et si omnia per ipsum facta sunt, πῶς δύναται ἴσος εἶναι τῶν δι' αὐτοῦ γενομένων ; *qui poterit ipse par esse rebus quæ per ipsum factæ sunt* ? Quo postremo loco Gelasius Cyzicenus, et Epiphanius interpretes rectius jam olim legere, πῶς δύναται εἷς εἶναι ; *quomodo potest unus esse horum, quæ per ipsum facta noscuntur* ? Quam lectionem Græci sermonis constructio aperte requirit. Quamvis ad sensum loci nihil intersit, utrum ἴσος cum vulgato, an εἷς cum veteri interprete legas. Si tamen ἴσος retineatur, mutanda hoc modo constructio : Πῶς δὲ δύναται ἴσος εἶναι τοῖς δι' αὐτοῦ γενομένοις, non autem, τῶν δι' αὐτοῦ γενομένων. Ita D. Paulus Phil. 11, 6, Christum ait non existimasse rapinam, τὸ εἶναι ἴσα θεῷ, *esse se æqualem Deo.* Ita ipse Alexander epistola sequenti Arianos prædicasse scribit, *Christum τοῖς πᾶσιν ἴσον εἶναι* : quod versio Romana, *Christum cæteris hominibus nihil præstantiorem esse*, reddit : nimis sane anguste. Neque enim ad solos homines æqualitatem illam restringebat Arius, sed ad creaturam quoque omnem τῶν λογικῶν καὶ ἀλόγων creaturam. Neque enim aliud isthic loci est, τοῖς πᾶσιν ἴσον εἶναι, quam hic τοῖς πᾶσι συναριθμεῖσθαι, hoc est, Verbum ex ipsorum sententia factum et creatum ex nihilo, reliquarum omnium creaturarum numero inserendum, utpote reliquis omnibus creaturis condicione atque essentia par et æquale. Quamvis ego τὸ ἴσον, in hisce locis, *æquale* potius quam *par* vertere malim, quo etiam profani auctores pro cœtæneo et cœryo passim utuntur,

A adeoque πρὸς τὴν ὁμοουσιότητα καὶ συναϊδιότητα, contra Arianos exprimendam est percommo- dum. Hæc pauca ad priorem Alexandri epistolam encyclicam illam sive catholicam observasse sufficiet.

Sequitur nunc altera ejusdem, ἀνεπίγραφος in Romana editione, quod nescio qua incuria ia tam diligenti opere admissum fuerit : cum et Theodoretus et *Tripartita* Alexandro Constantinopolitano episcopo inscriptam missamque testentur. Equidem cum perfecta primum hac epistola, non unum aliquem, sed plures subinde Alexandrum alloqui observasse, subiit suspicio, certo consilio ἐπιγραφὴν, in Romana editione omissam. Quod negligentia factum, postea ex erratorum indiculo deprehendi. Quilquid sit, mihi fixa hæc sedet sententia, non privatam aliquam sive tractatoriam hanc epistolam esse, sed et ipsam quoque circularem ac generalem, missam ad diversos Europæ episcopos. Quod nemo facile negaverit, qui et hujus epistolæ partem extremam cum cura legerit, et ecclesiasticarum epistolarum formam modumque non plane ignoret. Nam et clausula harum litterarum plane eadem est quæ præcedentium encyclicarum, qua reliquo clero per episcopos salutem impertitur : tum ut æpius in reliquo epistolæ contextu, ita in fine plures oratione se affari ostendit. Unde ad plures quoque scriptam fateri necessum est. Cum verissime illud non minus quam docte a Francisco Bernardino Ferrario lib. 111 *De antiquo epistolarum ecclesiasticarum genere*, observatum sit, morem antiquitus invaluisse, ut iidem honorum tituli sub finem epistolarum iterarentur, quibus initio singuli ad quos scribebant, fuerant appellati. Sed quorsum hæc, inquires ? Non ut Alexandro Constantinopolitano episcopo hanc epistolam scriptam negem ; sed ut ad alios quoque vicinos episcopos, vel in regia urbe negotiorum causa tum versantes, ejusdem quoque exempla per circulum missa ostendam. Neque ego hic Theodoreto futilem Gelasii Cyziceni Diobolaris βαψφδοῦ auctoritatem opposuerim, qui Alexandrum istum hoc tempore Constantinopolitanæ Ecclesiæ necdum præfuisse affirmat : quemque paulo post Nicæno concilio privatam adhuc presbyterum pro Metrophane, extrema senectute confecto, interfuisse scribit. Cujus fidem incerti quoque auctoris narratio de cccxviii Nicænis concilii Patribus sequitur, quæ in *Historiis sanctorum* Lipomanni exstat ; cujus exemplar ex Regio codice in Galliis aliquando me transcripsisse memini. Hæc, inquam, tanti non sunt ut Theodoretum aliorumque meliorum auctorum fidem apud nos elevent. Sed nunc epistolam ipsam aggredimur : in cujus lumine Romanos editores προθέσεως vox offendit, cui obolis confossæ προαίρεσιν substituunt. Sed nescire me fateor quid causæ habuerint cur vocem ἑλληνικωτάτην Græcismi censu expunxerint. Vocem, inquam, probam, nec solum Polybio, ut ex Suida apparet, se. 1 et D. Paulo semel iterumque usurpatam. Rom. viii, 28, τοῖς κατὰ πρόθεσιν κλητοῖς, *vocatis secundum propositum*, et

Ephes. 1, 11, προορισθέντες κατὰ πρόθεσιν, *prædestinati secundum propositum*; et post Paulum, doctissimo cuique SS. Patrum. Clemens Alexandrinus item lib. III, εὐνοῦχλας πρόθεσιν, *propositum cælibatus*, et lib. VII, τοὺς κατὰ πρόθεσιν δικαίους, *prædestinatos Apostolum secutus vocavit*. Justinus Martyr XIX *quæstione ad orthodoxos*, palpitationes, sternutamenta et tinnitus aurium παρὰ τὴν ἡμετέραν πρόθεσιν, fieri scribit. Omitto alios. Sane Constantinus Magnus litteris ad Alexandrum nostram et Arium datis μίαν ψυχῆς πρόθεσιν scripsit. Quid vero? nonne ipse Alexander mox hac ipsa pagina τὴν μοχθηρὰν πρόθεσιν repetit? Quod et ipsum ne censors jugularent, saluum atque indemne præstare poterat quod infra se episcoporum ad quos scribit ὁρθῆ πρόθεσει, confidere ait. Videtis, puto, auditores, quam caute et religiose in antiquorum scriptis versandum sit, quam non temere quidquam mutandum. Cæterum si quis Græcum hujus epistolæ exordium cum veteri Epiphaniï versione contendant, longe diversam ejus codicem sententiam prætulisse reperiet.

Illi autem malorum hominum, quam modo dixi, πρόθεσει respondet quod sequitur, eos diaboli impulsu veluti cestro percitos ferri εἰς τὴν προκειμένην αὐτοῖς ἡδονήν. Quo cum certum et destinatum animi consilium significetur, rectius a veteri interprete, *propositam animo libidinem*, quam a Camerario, *obviam voluptatem*, aut a nostro interprete Britanno, *voluptates quæ forte se offerunt*, converti existimo. Quis enim non videt, τὴν τυχοῦσαν ἡδονήν, καὶ τὴν προκειμένην, longissime inter se differre; cum illa casum, hæc consilium et voluntatis, ut dixi, propositum conjunctum habeat?

Addit hanc scribendi causam sibi fuisse, ut moneret cæteros orthodoxos, improbos illos cavendos esse, Μὴ τις αὐτῶν τολμήσῃ, inquit, καὶ ταῖς ὑμετέραις παροικίαις ἐπιθῆναι. *Ne quis vestras quoque provincias invadere audeat*. Quod ut vetus et germanus Theodoriti interpretes recte et simpliciter vertunt, ita Anglus noster sane magno et importuno verborum ambitu, *erroris sui vestigia Ecclesiis imprimere* reddit. Quæ eo a me dicuntur, quod fucos et phaleras longe a casta sanctorum Patrum oratione amandari velim: easque, ut ipsi studiose cavent, ita nec in versiones eorum menti exprimendæ admittendas censeo. Ita sub principio pag. seq. vetus interpres, τὴν σωτηρίων Χριστοῦ οἰκονομίαν καὶ δι' ἡμᾶς ταπεινώσιν, *salutarem dispensationem et humilitatem pro nobis susceptam*, vertit, ut reliqui Latina: Ecclesiæ Patres, et vulgatus Bibliorum interpretes loqui amant; ubi noster *æconomiam et abjectionem*, potius quam *humiliationem* probavit.

Sequitur deinde locus sane insignis, quo Alexander egregie describit malas Arianorum artes, quibus veritatem ejusque defensores, qua aperta vi, qua fraude occulta, per cuniculos oppugnabant.

A Ac primum quidem Dei hostes Ecclesiæ castris ejecti, ad gentiles et Judæos transfugere, cum his ad Christianam religionem excindendam fœderis societate sese conjungere: apud hos gratiam laudemque sibi quærere, dum Christianorum dogmata ac sacra, quæ Judæis scandalum, gentibus stultiâ erant, risui ac ludibrio eorumdem, exponerent; unde religionis exitium sequi necesse erat. Ipsi deinde veritatis propugnatoribus turbas, seditiones ac persecutiones gravissimas excitabant: scilicet ut Dei Ecclesia horum præsidio orbata, ipsis prædæ cederet. Hæc duo accusationis capita. Quorum utrumque quibus modis efficere conarentur Ariani, mox ostendit. Posterius quidem, inquit, seditiones et persecutiones scilicet excitant, divexando catholicos, et

B lites iisdem intentando, per muliercularum amicitiam et prensationes: Christianismum vero traducerent, dum ipsorum juvenulæ libere sine modo et modestia, vagabundæ per civitates oberrant: quorum utrumque est contra Apostoli doctrinam, qui priori ad Timotheum v, 19, viduas sexaginta annorum eligendas, adolescentiores autem sive juvenulas devitandas præcipit. Tum vero vers. decimo tertio ejusdem capituli monet, ne otiosæ dicant circuire domos, verbosæ et curiosæ, etc. Neque enim dubium illud est, quin ex hisce Apostoli verbis totus hic locus intelligendus sit atque explicandus. In cujus sensu exprimendo interpres noster mire securus est, divellens et confundens omnia

C pro libito. Unde pro una continua Alexandri sententia, meras nobis scopas dissolutas exhibet, quæ singula prosequi tædiosum foret. Id miror, et veterem et novum interpretem, inverso unius Græcæ vocis spiritu, tanquam vehementiori procella abreptos, in scopulum, impigisse. Alexandri verba sunt: Τὴν γοῦν Ἑλλήνων τε καὶ Ἰουδαίων ἀσεβῆ περὶ Χριστοῦ δόξαν κρατύναντες, τὸν παρ' αὐτῶν ἔπαινον ὡς ἐνὶ μάλιστα θηρῶνται. Ubi neuter perspexit, παρ' αὐτῶν leni spiritu legendum; et non ipsos Arianos, sed Græcos et Judæos intelligi, apud quos Christum communi opera oppugnando, laudem studiosissime captabant Ariani. Quod tamen Camerarium Theodoretî, et Langum Nicephori interpretem non fugit. Quamvis apud hunc non παρ' αὐτῶν, sed

D παρ' αὐτοῖς legatur. Cæterum ut reliqui omnes hæretici, ita Arius quoque parentis sui diaboli ingenium artesque imitatus, ficta pietatis specie sequioris sexus simplicitati illusit. Cumque Christum divinitatis gloria spoliasset, sanctissimum quoque ejus peculium invadere ac intervertere non dubitavit. Qui septingentas virgines Christo consecratas primo omnium in suas partes pertraxit, cum interim vix septem presbyteros et diaconos duodecim sibi conciliasset. Ita scilicet, εὐόλισθον καὶ σφαλερὸν καὶ εὐπαράγωγον τὸ τῶν γυναικῶν γένος. Sed cum Alexander hoc loco mulierum opera Ecclesiam ab Ario scribat oppugnatam, dubitaverit quis haud in-

¹ I Cor. 1, 23.

juria, num seductas illas et fatuas virgines, an aliud potius feminarum genus vir sanctus intelligat : quas quidem ipse *mulierculas impuras*, si Anglo interpreti credimus, et tenellas meretriculas vocat : sed vereor profecto, ne ille Alexandri mentem ac verba nimis inclementer expresserit. Quas enim *impuras* ille vertit, γυναιχάρια άτακτα Alexander voce a D. Paulo mutuata appellat. Ita enim Apostolus *II Thessal.* III, 6, monet ut nos subtrahamus από παντός άδελφοῦ άτάκτως περιπατούντος, *ab omni fratre inordinate ambulante*. Ubi egregie scholiastes Græcus : Άτακτός έστιν ό δίχρα τάξως και τών του Θεου νόμων περιπατούν. Quod equidem sic explicaverim, άτακτον sive *inordinatum* dici, qui suæ vocationis ordinem legesque a Deo propositas non observat : cui impuri nomen proprie tribuendum haud putō. Mulierculas vero impuras nemo, credo, intelliget, nisi quæ voluptatum ac libidinum cœno immersæ, fœdam corporis sui copiam aliis faciunt. Illud vero gravius est, quas Alexander loco superius a nobis allato, simpliciter νεωτέρας vocat, *tenellas meretriculas* verti. Quod Romani editores hoc loco interpolantes, *tenellas juvenculas* substituerunt : clementius quidem illud, sed nescio tamen an satis ad Alexandri mentem. Quam ut planius pleniusque perspiciamus, copiosius nonnihil differendum erit de mulieribus illis quæ gradum aut ordinem aut ministerii officium in Ecclesia olim obtinuerunt : quarum originem ex sacris litteris una eademque opera deductam explicabimus. Et mihi quidem recte ad tria genera revocari videntur. Quorum dignitate primum est virginum institutum, non heri aut hodie introductum, ut hæretici nostri temporis impudenter simul et imperite affirmant : sed una cum Ecclesia natum, aut etiam Ecclesia ipsa antiquius : quippe cujus exempla aut præludia in veteri quoque fœdere agnoscimus. Quamvis multo splendidior ejus gloria in novo refuserit : ubi Virginis Filius, Ecclesiæ castæ virginis sponsus, virginitatem et doctrina et exemplo suo gloriosius consecravit : et Apostolus περί Ισαγγέλου πολιτείας suum consilium proluxe Corinthiis in I Epistola, cap. VII, exposuit. Virginitatem deinde sequitur viduatus, ut Tertulliani voce utar, sive ordo viduarum, quæ post primas nuptias, sive, ut idem Tertullianus loquitur, post unum matrimonium interceptum, exinde sexui et sæculo renuntiabant. De his quoque Apostoli præceptum exstat ad Timotheum priori Epist. cap. V, v. 9 : *Vidua eligatur non minus annorum sexaginta*. Quo loco Apostolus et virtutes in vidua requisitas recenset, et ætatem præterea eligendæ definit. Sed cui fini, cui operi, cui ministerio eligebatur? Scholiastes Græcus, qui in aliis succum et medullas SS. Patrum exhibere solet, dubius hæere videtur : Φασί δὲ τὰς εἰς τὸ χηρικὸν τεταγμένας λέγειν Αἰνάν, inquit, *Apostolum loqui de illis quæ ad viduitatem ordinatæ erant*.

Sed quid ipse scholiastes per τὸ χηρικὸν intelligat

æque obscurum, parique investigatione inquirendum videtur. D. Hieronymus epistola ad Salvinam *De viduitate servanda*, hunc Apostoli locum explicans, de collegio vel, ut nunc loquimur, hospitio viduarum accipit, quæ publicis Ecclesiæ sumptibus alebantur : *Illas, inquit, vult Ecclesiæ opibus sustentari, quæ propriis manibus non queunt laborare : quæ vere viduæ sunt, quas et ætas probat et vita*. Sed vereor ut Apostoli mens ad solam hanc pauperum et ætate confectarum viduarum sustentationem restringi possit. Nam ministerio Ecclesiæ virtutibus et ætate probatas eligi prædicque solitas vel illud argumento est, quod viduas illas primum discere jubet Apostolus, qui propriam domum bene regant : *Μανθανέτωσαν πρῶτον, inquit, τὸν ἴδιον οἶκον εὐσεβεῖν*. Similem enim publici muneris *πρόπειραν* in episcopo paulo ante eidem Timotheo tradit, rectam scilicet privatæ familiæ gubernationem. Sed quid circuitione opus est, cum et privata sanctorum Patrum, et publica conciliorum auctoritate *ἀναντιρρήτως* evincatur viduas hic ab Apostolo intelligi mulieres illas quas a ministrandi officio Græci *διακόνους*, Latini etiam *ministras*, ut ex Plinii Junioris celebri illa de Christianis epistola constat, et diaconissas appellarunt? De quibus Apostolus disertim ante, sed paucis meminerat cap. III ejusdem Epistolæ. Nam ubi de diaconis probandis suscipiendisque agit, subjungit aut interjungit potius, *Γυναῖκας ὡσαύτως σεμνάς, etc., mulieres similiter pudicas, etc.*; *Γυναῖκας*, inquit Græcus scholiastes, *ὄ τὰς διασθήποτε, ἀλλὰ τὰς διακόνους*. *Non quascunque, inquit, mulieres intelligit, sed diaconissas*. Cur enim inter clericos quarumvis de vulgo mulierum mentionem injiceret? Neque aliter D. Hieronymus in Comment. ad hunc locum. *Mulieres, inquit, similiter ut diacones eligi jubet. Unde intelligitur quod de his dicat quas adhuc hodie in Oriente diaconissas appellant*. Apparet ergo *διακόνων* nomen, utriusque sexus personis Ecclesiæ ministrantibus in hoc Apostoli loco esse commune : quod in *διακόνους* et *διακονίσσας* postea distinctum fuit. Hæc autem diaconissas, viduarum quoque nomine a D. Paulo intelligi testatur idem Hieronymus, qui ad verba Apostoli de viduæ electione, sic notat : *Tales voluit eligi diaconissas quæ omnibus essent exemplum*. Testatur et Epiphanius in Collyridianorum hæresi, cap. 4, ubi observandum monet, τὸ ἐκκλησιαστικὸν τάγμα, *ordinem ecclesiasticum*, non ultra diaconissas extendi; addens : *Χήρας τε ὠνόμασε, και τούτων τὰς ἐτι γραστέρας πρεσβύτιδας, οὐδαμοῦ δὲ πρεσβυτεριδας ἢ ιερίσσας*. *Quas, inquit, Apostolus etiam viduas appellavit, earumque ætate proveciores πρεσβύτιδας [sive seniores], nusquam autem presbyteridas vel sacerdotissas*. Quo telo Collyridianas Epiphanius jugulat, quæ suis sibi maritis conjunctæ, hoc est, ἔνγαμοι και ὑπανδρῶι, offerendi munus in Ecclesia impie sibi arrogabant. Cum Apostolus ultra diaconatum, altiorem gradum feminis in Ecclesia non concesserit, eumque non conjugatis, sed

viduis voluerit conferri. Quo loco Epiphanius officium diaconissarum luculenter describit, uti etiam in *Expositione fidei catholicæ*, quam operi adversus hæreses subjunxit. Ubi et hoc additur, ex quo genere legi et in Ecclesiæ ministerium adoptari consueverint : *Diaconissæ*, inquit, hunc tantum in usum constituuntur, ut mulieribus decoris et honestatis causa inserviant, ubi id necessitas requirit. Sive cum baptismi lavacro initiandæ, sive corpus earum inspiciendum sit : καὶ αὗται δὲ μονόγαμοι ἐγκρατευσάμεναι suntque illæ, inquit, univiræ continentiam professæ ; ἢ γηρεύσασαι ἀπὸ μονογαμίας, vel post unas nuptias viduæ ; ἢ ἀειπάρθενοι, vel perpetuæ virgines. Ubi tria recensentur sanctimonialium genera, ex quibus diaconissarum ordo constabat : primæ, virgines sine matrimonio a nativitate; secundæ, virgines in matrimonio ex consensu vel conducto; tertium genus, viduæ continentem post primum matrimonium ex arbitrio : ut Tertullianus in *Exhortatione castitatis* eleganter distinguit, et Tertullianum secutus D. Hieronymus in epistola ad Ageruchian *De monogamia*. Verum, ut principio dixi, cum maxima hujus ordinis pars ex viduis constaret, viduæ et diaconissæ promiscuo ferme nomine fuerunt appellatæ. Ita Basilius Magnus in epistola canonica ad Amphiloichium, cap. 24 : *Viduam quæ in viduarum numerum relata est, hoc est, quæ ab Ecclesia in diaconatum suscepta est, censuit Apostolus nubentem despici*. Sed omnium clarissime concilii Epæonensis canon vicesimus primum ordinem hunc in Ecclesia abrogans : *Viduarum* inquit, consecrationem, quas diaconas vocant, ab omni regione nostra penitus abrogamus. Quamvis jam ante Arausionense primum sustulerat, cujus sententiam præter Epæonense, etiam Aurelianense secundum confirmavit. Quamvis ex verbis D. Hieronymi paulo ante allatis, in Latina Ecclesia vel nunquam receptum, vel jam exolevisse hunc ordinem appareat.

Superest tertium mulierum ecclesiasticarum genus, non publicum illud, sed privatum, si tamen ecclesiasticum dici fas sit genus mulierum, quod ille de mathematicis ait, vetitum semper in Ecclesia semperque retentum. Genus, inquam, mulierum, ut reipsa, ita et nomine incertum, varium ac multiplex. Contubernales illæ clericorum, neque tecti duntaxat, sed sæpius etiam lecti sociæ. Quas quidem ipsi agapetas sive dilectas, et sorores : cæteri συνισάκτους vel ἐπισάκτους, hoc est subintroductas et extraneas, appellabant. Hujusmodi mulieres omnis ordinis clerici jam olim in ædes recipere, easque vel virgines sanctimonialiam professas ad mutua, ut aiebant, pietatis solatia, vel orbatas parentibus puellas, proindeque pia et pudica aliqua tutela fovendas, vel privato familiæ domusque ministerio necessarias, sive ingenuas, sive ancillas. Hoc suspectum et pudendum contubernium, specioso dilectionis et germanitatis Christianæ velo obtegebant. Sed ridet vani nominis fucum divus Hieronymus epistola ad Eustochium *De custodia*

virginitatis. *Pudet dicere*, inquit, *proh nefas! triste, sed verum est. Unde in Ecclesias agapetarum pestis introiit? Unde sine nuptiis aliud nomen uxorum? imo unde novum concubinarum genus? Unde meretrices univiræ? Eadem domo, uno cubiculo, sæpe uno tenentur et lectulo, et suspiciosos nos vocant, si aliquid extimemus.*

Ridet et Cyprianus, vel quisquis suppar sane Cypriano auctore est libri *De singularitate clericorum*. Et adhuc, inquit, de charitate causantur, qui secundum verbum *Isaiæ*, amaritudinem pro dulcedine decorantes, nudam fæditatem velamento boni nominis tegunt : dum apud eos sub falsa dilectione vera dilectio violatur. Neque dilectas tantum, sed et sorores appellatas constat ex Ancyran concilii canone 18, cujus hæc sententia verba : Τὰς συνερχομένας παρθένους τισιν, ὡς ἀδελφὰς ἐκωλύσαμεν. *Virgines sororum instar quibusdam cohabitantes prohibemus*. Testantur etiam imperatores Arcadius et Honorius leg. 19, cod. *De episcopis et clericis*. Eum, inquit, qui probabilem sæculo disciplinam agit, decolorari consortio sororiæ appellationis non decet. Sed frequentius est συνεισάκτων, sive subintroductarum nomen, quo Antiochenos Pauli Samosatensis et clerici illius agapetas sive dilectas contubernales vocasse, testes sunt Antiocheni concilii Patres apud Euseb., lib. vii, cap. 24 : unde porro in universa Ecclesia receptum videtur. Sed antequam ex hoc diverticulo in viam redeam, nominis pariter ac rei originem pressius investigare libet, cum utraque juxta in obscuro sita sit. Et Balsamon quidem commentario ad 3 concilii Nicæni canonem, Περὶ μέντοι τῶν συνεισάκτων, inquit, λόγος πολὺς ἐγένετο κατὰ διαφόρους καιροὺς. *De subintroductis, diversis temporibus crebra facta est mentio, et alii quidem dixerunt ἐπισάκτων vel συνεισάκτων esse τὴν ἀνὶ νομίμου γυναικὸς συνεισαχθεῖσαν καὶ συνοικοῦσάν τινι πορνικῶς, quæ legitima uxoris loco introducitur et meretricio alicui cohabitavit*. Alii autem ita vocari dixerunt, πᾶσαν γυναικα συνοικοῦσάν τινι ἄλλοτρίαν πάντως, καὶ ἀνύποπτός ἐστι, quamvis mulierem alicui cohabitantem, omnino extraneam, sive nullo sanguinis aut necessitudinis vinculo junctam, etiamsi ab omni suspicione sit immunis. Atque hanc posteriorem sententiam uti verioerem probat, idque auctoritate epistolæ canonice D. Basilii Magni ad Gregorium presbyterum, quem ille licet septuaginta annorum senem a juvencula subintroducta, intentata etiam excommunicationis pœna, separari præcipit. Multa in utramque originationem afferri possent de ἐπισάκτοις, sive introductis apud veteres concubinis. De quibus etiam vulgatus sacræ Scripturæ interpres qui *superintroductionis* voce utitur Genes. xxxi, v. 50. Multa quoque superpetent exempla optimorum auctorum, quibus ἐπισάκτων, pro externo vel peregrino usurpatum docere haud difficile foret, nisi longius jam et extra oleas oberrassem. Sed ut meam de ἐπισάκτων origine paucis explicem sententiam, tertium quoque

hoc mulierum sive sororum genus κακοζήλιζ, quaedam apostoli instituti in Ecclesiam vel potius clericorum ædes irrepsisse puto; cum, testante D. Paulo I ad Corinth. ix, 5, moris fuerit plerisque, et quidem præcipuis apostolorum, ἀδελφὴν γυναῖκα περιάγειν, sororem mulierculam circumducere. Quem locum uxorata hæreticorum ministeria propudiosis suis conjugiiis frustra obtendunt. Constantem adversus hosce SS. Patrum sententiam, Tertulliani verbis consignatam accipit: *Non uxores demonstrat ab apostolis circumductas, sed simpliciter mulieres quæ illis eodem instituto quo et Dominum comitantes ministrabant.* Sic ille libro *De monogamia.* Neque aliter Cyprianus lib. *De singul. cleric.*, Ambrosius, et Latinis Patribus astipulantes Græci, Chrysostomus, Theodoretus et Græcus epistolarum divi Pauli scholiastes nunquam pro merito satis laudandus, dum ait: Αἱ εὐποροὶ γυναῖκες πιστεύουσαι ἠκολούθουν ἐνίοις τῶν ἀποστόλων, εἰς τὰς ἀναγκαίας αὐτῶν χρείας χορηγοῦσαι, ὡς αὐτοὺς λοιπῶν ὄντας περὶ τοῦτο ἀμερίμους, μόνῃ τῇ κηρύγματι ἀπασχολεῖσθαι. Hoc est, ditiores mulieres fideles nonnullos apostolos sequebantur, sumptus necessarios ipsis subministrando, ut illi hac cura liberati, soli prædicationi attenderent. Sed quod ad nostrum institutum facit, habetis hic religiosum comitatum, et pietatis glutine conjunctum contubernium; habetis mulieres non uxores: habetis sororum piæ germanitatis titulum; habetis circumducendi vocabulum apostolorum περιόδοις accommodum. Cui in fixa certaue clericorum commoratione τὸ συνεισάγειν, hoc est una secum introducere vel contubernialem habere, haud male respondet. Nam et hoc loquendi modo Patres illi Antiocheni apud Eusebium utuntur, dum sese haud ignorare aiunt, ὅσοι ὑπὸ τοῦ συνεισάγειν ἑαυτοῖς γυναῖκα ἐξέπεσον, quam multi ceciderint, dum mulieres sibi contubernio jungunt. Nec absimili ratione idem Apostolus ad Galat. ii, παρεισάχτους ψευδαδέλφους, hoc est juxta vulgatum interpretem, subintroductos falsos fratres dixit. Unde haud dubie in Latina Ecclesia inolevit, συνεισάχτους quoque et ἐπεισάχτους, subintroductas, sacræ Scripturæ voce appellari, quas cointroductas vel superinductas, rectius vocassent. Sed redeo tandem unde digressus sum. Ex iis quæ hactenus de triplici mulierum genere disserui, satis constare existimo, rebus turbandis maxime opportunum fuisse tertium hoc genus, τὰς ἐπεισάχτους scilicet, quas Alexander proinde ἀτακτα γυναῖκάρια vocat, quod nullas modestiæ leges agnoscerent, nullo pudoris freno cohiberentur. Quinimo pestem hanc Ecclesiam potissimum afflixisse certissimo inde colligitur argumento, quod Nicæni Patres, ut Ecclesiæ malis mederentur, huic carcinomati primo ferme loco censuerunt occurrendum. Unde tertio canone severissime omnibus in clero quocunque tandem gradu ac nomine degentibus, τῶν συνεισάχτων consuetudine interdixerunt. Atque hinc liquere arbitror, cujusmodi mulierum prehensiones, quarum

A juvenularum circumcursitationes immodestas Alexander hoc loco intellexerit.

Proferimus nunc gradum cum eodem Alexandro, qui Arianos concilii auctoritate damnatos circuisse vicinas provincias et catholicorum episcoporum animos tentasse scribit, σχήματι μὲν εἰρήνης καὶ ἐνώσεως ἀξίωσιν ὑποκρινομένους. Quod cum interpretes noster vertat, *specie quidem pacis et concordiae simulata, veniam petere præ se ferre*; mentem ejus haudquaquam me perspicere fateor, uti nec Camerarii illud: *Consilii quidem pacis et concordiae specie simulata.* Quinam enim nobis persuadebunt, ἀξίωσιν vel veniæ petitionem, vel consilium aut hoc ipso aut quovis alio apud Græcos scriptores loco significare? Et si vel maxime significaret, quinam id vel rei ipsi vel Alexandri menti convenire poterit? Epiphanius vetus interpretes, *figura pacis et unitatis dignitatem se exercere fingunt.* Sane ἀξίωσιν dignitatem significare Suidas aliquot exemplis docet: et vulgo Græcis, οἱ ἐπὶ ἀξιώσεως, qui in dignitate sunt constituti. Sed quis dignitatis exercendæ locus erronibus istis in aliena provincia? Ego ἀξίωσιν hoc loco βούλημα, illud quod petimus ac postulamus, seu finem et scopum quo tendit voluntas, quemque sibi obtingere desiderat, explicandum puto, cum verbum ἀξιοῦν petere ac postulare ut plurimum significet. Ita ut loci sensus sit, erroneos illos pacis et unionis specie animi sui mentem, quidque petant ac pertendant, et, ut cum vulgo loquamur, intentionem suam dissimulare; cum revera hoc moliantur, ut eos ad quos accedunt deducant, et in partes suas pertrahant.

Inde ut leviora quædam præteream, infra principio Evangelii Joannis varie Arianos premit. Qui cum omnia per Verbum facta dixerit, subjungit ipse: *Si ergo omnia per ipsum facta sunt, quomodo is qui omnibus rebus creatis essentiam tribuit ipse aliquando non fuerit?* Οὐ γὰρ πως ὁ Λόγος τὸ ποιοῦν τοῖς γενομένοις τῆς αὐτῆς εἶναι φύσεως διορίζεται. Quæ quidem verba et vetus et novi interpretes vertendo sic pervertunt: *Nulla enim ratio vult, ut quod creat ejusdem sit cum creatis naturæ; cum ὁ Λόγος haudquaquam hoc in loco de ratione apodictica, sed de æterno Verbo accipi omnino debeat.* Itaque vertendum: *Neque enim Verbum quod creat ejusdem cum creatis naturæ esse dicitur, vel statuitur, scilicet a Joanne evangelista cujus verba præmisit.* Quod quamvis nemini non per se manifestissimum, ipsa loci ἀκολουθία, et Græci sermonis constructio probat. Subjungit enim rationem ex Evangelii verbis petitam, cur ὁ Λόγος ejusdem naturæ cum rebus creatis esse nequeat, εἶγε αὐτὸς μὲν ἦν ἐν ἀρχῇ, siquidem ipse, scilicet ὁ Λόγος, erat in principio: reliqua autem omnia per ipsum facta sunt. Sed interpretes noster, cum præcedentibus verbis male conversis non haberet quo referret vocem αὐτός, sententiam male luxavit, neque ullam in sequentibus periodis sanam expressit sententiam. Sed interposita παρενθήσει miras sibi ipsi aliusque

offudit tenebras. Romani vero editores, interpretis errorem vel fluctuationem prolata longius parenthesis non parum augentes, rationum atque argumentorum vim ac nervos plane succiderunt, quos

A sane et crebros et validos sanctissimus hic episcopus in Arianos torquet. Sed cum et vos patientia, et me laterum vires destituant, cætera commodiori tempore reservabimus.

DISSERTATIO SECUNDA (a).

Abruptum primæ Dissertationis filum ad reliquam institutæ censuræ partem pertexendam connecto. Urget contra Arii blasphemias Alexander episcopus, æternam Verbi Dei ex Patre originem auctoritate Joannis evangelistæ, qui in ipso limine Evangelii sui, Verbum in principio fuisse, cætera vero omnia deinde per Verbum facta testatur. Quo loco evangelistam arcano et religioso quodam consilio verbum ἦν, sive *erat*, adhibuisse; γενέσεως autem et ποιήσεως nomine abstinuisse docet. Primo, ne lisdem vocibus de Creatore et creatura uteretur. Secundo, quod Verbi æterni productionem non solum evangelistarum, sed et angelorum intellectum excedere crederet; tertio, quod impium existimaret arcana illa Divinitatis mysteria, curiosa pervestigatione subtilius scrutari. In cujus loci sensu exprimendo non semel offenderunt interpretes, quandoquidem Græca verba vitio non carent. Illud tantum indicavero, ubi ait: τὸ ἦν, ὑπερβαρὲν τῆς τῶν γεννητῶν διανοίας, vocem illam *erat*, universam creaturarum intelligeniam transcendere, haud dubie γενητῶν, non γεννητῶν legendum; quorum hoc ἀπὸ τοῦ γεννᾶσθαι, illud ἀπὸ τοῦ γίνεσθαι deducitur. Quas quidem voces, licet origine et significatu affines, sacri et profani auctores caute distinguunt, cum tamen in vulgatis Justinī M., Eusebii, Epiphaniī, aliorumque editionibus, sexcentis locis confusas observare liceat. Γένεσις enim et γεννητόν, ut Proclus libro II in *Timæum* ait, τὴν ἀπὸ τοῦ Δημιουργοῦ πρόδον significat: hoc est, creationem et productionem ex nihilo. Unde, ut Justinus Martyr ait in *Responsionibus ad Græcos*: τὸ γενέσθαι καὶ τὸ ποιεῖσθαι λέξει μὲν οὐ ταυτὸν, ἔργῳ δὲ ταυτὸν. Verbo differt, re ipsa idem est. Γέννησις autem προβολὴ ἀπὸ τοῦ Πατρὸς, hoc est generatio, sive, ut cum vulgo theologorum loquar, productio viventis a vivente, similis producenti in substantia et natura. Et γεννητόν, ut apud eundem Justinum habetur, τὸ γεννητῶς γινόμενον, sive τὸ γεννητῶς τὸ εἶναι ἔχον, quod per modum generationis subsistit. Unde Clemens Alexandrinus, cum γενέσεως nomen promiscue accipi videret etiam pro generatione, quarto *Stromatum* libro ita eam distinguit, ut alia sit τῶν γεννωμένων, alia τῶν γινόμενων, scilicet ne quis τὸ γενητόν καὶ γεννητόν confunderet. Unde et Plato principio *Timæi* disquirendum proponit: Περὶ

τοῦ παντός, εἰ γέγονεν ἢ ἀγενές ἐστιν. *Factumne sit universum, an non factum.* Hoc est, ut Proclus explicat, εἰ γενητός ἢ ἀγενήτος ὁ κόσμος. Atque ita antiquissimus ille Italiæ philosophus Ocellus Lucanus insigni opere probare instituit, τὸ πᾶν ἀνώλεθρον εἶναι καὶ ἀγέννητον, *mundum ortu interituque carere.* Quod enim vulgo ἀγέννητον passim apud Ocellum scribitur, id contra optimos Vaticanos codices esse deprehendi, cum quibus aureum illud opusculum diligenter aliquando contuli. Recte igitur universum hoc, et quidquid rerum creaturarum universo continetur, ratione primæ productionis γενητός appellabimus: γεννητόν vero laudquaquam: quod uni Verbo æterno convenit, cui soli Pater dixit: Υἱός μου εἶ σύ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. *Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Cætera autem omnia, δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἓν, ὃ γέγονεν. Unde et Psaltes regius: Αὐτός εἶπεν, καὶ ἐγενήθησαν. *Ipse dixit, et facta sunt.* Contra mundus recte ἀγέννητος, non autem ἀγενήτος. Filius autem Dei ἀγενήτος, non ἀγέννητος. Quæ fortassis levia videri possent, nisi unius litteræ interstitio, rectus catholice veritatis trames a gravissimorum errorum præcipitiis disperceretur. Unde Joannem Damascenum libro I, cap. 9, magno hæc studio adnotasse videmus, et Epiphanius hæresi LXXIX Arianos hæc nomina confundentes gravissime perstrinxit. Quam bene autem interpres Anglus τὰ γενητά *mortalium* nomine explicet, mox commodiori loco videbimus. Ineptum quoque, quod idem noster interpres Verbum æternum, causam efficientem rerum omnium, τὸ ποιοῦν, *gignens* appellat; cum omnis Arianorum astutia in hujusmodi verborum confusione versetur, quæ sanctissimus hic auctor contra diligentissime distinguit. Tutius sane cum vulgato Bibliorum interprete, *faciendi* et *factoris* vocabulo uteretur, novis illis verborum laudicis relictis, quæ animo sacris litteris innutrito nauseam commovent. Ita in orationis progressu, ubi Alexander filios per gratiam adoptatos, a Verbo æterno, vero et proprio Dei Filio quam longissime removel; quoniam hic natura Dei Filius; illi vero, deposito spiritu servitutis, τὸ τῆς υἰοθεσίας λαβόντες πνεῦμα. Hoc est, ut noster interpres reddidit, *Spiritu adoptionis filiorum assumpto*, filii adoptivi evadunt. Quidni potius cum divo Paulo ad Rom. VIII, 15, *Spiritu adoptionis accepto*, vel *Spiritum adoptio-*

(a) Habita Romæ, ut supra.

nis filiorum accipientes, dixerim? Cum accipere, gratiam donumque Dei præsupponat, sumere autem, sive assumere, propriam quodammodo auctoritatem subindicare videatur. Quod enim Apostolus ait ad Hebr. v, 4: *Non sibi ipsi quisquam sumit honorem, sed qui vocatur a Deo*, ita nec gratiam Spiritus sancti quisquam sibi ipsi sumit, nisi cui data fuerit desuper a Patre luminum, a quo omne datum optimum, et omne donum perfectum descendit¹. Cui et illud addiderim, quod mox Arii assecclas πονηρομένων σύνοδον, improborum turbam, potius quam concilium malignantium, Scripturæ verbis redderemaluit.

Sed longum foret singula persequi, quoties interpretes auctoris mentem vel divellat, vel invertat, vel pro claris et manifestis dubia et obscura nobis supponat. Propero ad locum totius epistolæ, meo quidem iudicio difficillimum, qui principio pag. 15 Romanæ editionis legitur. Ariani, inquit Alexander, ut Christum deitatis gloria spoliarent, eas voces, eaque Scripturæ loca semper in ore habebant, quæ ad passionem et exinanitionem ejus pertinent, penitus oblitii istorum, quæ ad gloriam et majestatem et æqualitatem cum Patre significandam faciunt. De quorum numero est illud Joan. x: *Ego et Pater unum sumus*. Cujus loci sententiam catholicam ad verbum Arium explicaturus Alexander, hanc ἐπεξηγήσων subjungit. Quod quidem Dominus dicit, non Patrem seipsam præstantius: Οὐδὲ τὰς τῆ ὑποστάσει δύο φύσεις μίαν εἶναι σαφηνίζων. Hoc est, ut interpret ad verbum reddit: *Neque duas secundum hypostasim naturas unam esse declarans*: sed quod Filius, inquit, perfecte paternam similitudinem servat. Quæsitum a me fuit quis sensus illorum verborum: Οὐδὲ τὰς τῆ ὑποστάσει δύο φύσεις μίαν εἶναι σαφηνίζων, *neque duas secundum hypostasim naturam unam esse declarans*. Cum enim hic nequaquam de Incarnationis, sive οἰκονομίας mysterio, et hypostatica Verbi carnisque unione agatur; sed ad sanctissimæ Trinitatis mysterium, sive ad θεολογίαν locus pertineat, manifeste duas diversas et distinctas Patris et Filii naturas ponere videtur: quod impium Arii dogma erat, cui refellendo tota hæc epistola opposita est. Quid igitur? num forte ἄλλων ἑστὸς αὐτὸς ἔλασει βρούει; sed absit, ut sanctissimum virum hujusmodi labe aspergere quisquam conetur! Mihi vero loci hujus sententiam animo versanti duæ occurrebant rationes, quibus si non explicari, saltem excusari posse videbatur. Videlicet auctorem, ut Arianorum sententiam refellat, ipsorum sibi voces ac formulas mutari. Vel si suo sensu, suisque verbis locutum velimus, φύσιν, sive naturam pro ὑποστάσει accepisse: quod forte antiquissimorum auctorum exemplis non caret. Sed dum pressius singula expendo, neutrum mihi loci sensus admittere videtur. Primum enim suis, non Arianorum verbis, eum loqui manifestissimum est. Deinde utcumque exempla quis proferat φύσεως, sive naturæ vocem pro ὑποστάσει aliquando acce-

ptam, nihil tamen hæc destina sententiam fulcit: cum ipse φύσεως nomen passim usitato Ecclesiæ sensu usurpat: idque mordicus contra Arium tueatur, unam esse eandemque Patris ac Filii naturam, et Verbum φύσει Filium Patris esse sicuti e contra contendit Filium non esse τῆς αὐτῆς φύσεως τοῖς γενομένοις. Quare superest, ut verba Græca, uti nunc quidem vulgo leguntur, vel hæreticorum malitia, vel inscitia libreriorum corrupta dicamus. Quod facile concedet, quisquis vestrum non ignorat, auditores, quantum calamitatis et errorum utraque pestis sanctorum Patrum scriptis intulerit: quæ gressu nimis libero per Orientem aliquando grassabatur, cum dissecta in hæreses et partium studia Ecclesia, malis hujusmodi artibus, suæ quisque causæ patrocinium quaereret. Huic autem loco vitium factum antiquus historiæ ecclesiasticæ interpret Epiphanius Scholasticus liquido ostendit: quem Græca verba non quidem mutata, sed transposito articulo, hoc modo olim legisse apparet: Οὐδὲ τῆ ὑποστάσει δύο φύσεις τὴν μίαν εἶναι σαφηνίζων, dum vertit: *Neque substantialiter duas naturas quæ est una, declarans*. Quem verum et catholicum hujus loci sensum esse facile perspiciet, quisquis hoc modo rem mecum consideraverit. Catholica Ecclesiæ fides, quæ unum Deum in Trinitate, et Trinitatem in unitate veneratur, inter oppositos errorum scopulos, et multiplices mendaciorum ambages, regiæ viæ instar, medio loco incedit, devitans hinc inde imminetia hæresum monstra, quæ insano clamore veritatem allatrunt: ut neque personas cum Sabellio confundat, neque cum Ario substantiam separet. Hanc catholicæ veritatis cynosuram Alexandrum quoque hoc loco secutum constat, qui propositis Christi verbis, duos hinc inde adulterinos sensus removens, tertium deinde verum et genuinum subjungit. *Ego, inquit, et Pater unum sumus*, non ut se Patrem esse affirmaret, quo personarum confusionem, et Sabellii υἱοπάτορα tollit. Neque ut substantialiter duas naturas, quæ est una, declararet: hoc est, non ut unam ac simplicissimam Patris Filiique naturam in duas divideret: quo substantiæ separationem ab Ario introductam removeret. Tandem, sublatis hinc inde errorum extremis, catholicam ejus loci mentem subjicit, videlicet Filium natura Patri per omnia similem, et invariata Patris imaginem esse: quo ille et unam eandemque Patris et Filii naturam, et distinctas prototypi et imaginis hypostases confitetur. Sed hic mihi aurem quis vellicet, et quid δύο τῆ ὑποστάσει φύσεις sibi velint, haud immerito quaerat, cum apud cæteros Ecclesiæ Patres haud facile hujusmodi loquendi modum sit reperire. Sed non uno hujus epistolæ loco ostendi potest ὑποστάσεως vocabulum non tam individuum seu distinctum personalibus proprietatibus subjectum, vel personalem subsistentiam auctori nostro significare, quam modum subsistendi, quem Justinus Martyr, aliique

¹ Jac. 1, 17.

Græci theologi τὸν τρόπον τῆς ὑπάρξεως, vel etiam simpliciter, τὴν ὑπαρξιν appellant. Ita Joannem evangelistam dicentem : *In principio erat Verbum, et omnia per ipsum facta sunt*, τὴν ἰδιότροπον αὐτοῦ ὑπόστασιν, proprium ejus subsistentiæ modum, sive, ut Epiphanius vertit, propriam ejus substantiam designasse ait : ipsum scilicet Verbum, per quod facta sunt omnia, fuisse ante omnia et esse sive subsistere diversum quid a cæteris omnibus : quam ille signanter, ἰδιότροπον ὑπόστασιν vocat. Quibus paulo post subjungit, mundum ex nihilo productum, νεωτέραν ἔχειν τῆς ὑποστάσεως καὶ πρόσφατον γένεσιν, *recentiorem habuisse generationem*, sive, ut Epiphanius ad verbum reddit, *novellam habere substantiæ recentemque nativitatem*. Ubi nihil aliud ὑποστάσεως voce intelligi potest, quam ipsa ὑπαρξίς et existentia. Unde quam modo τῆς ὑποστάσεως γένεσιν, *productionem ad existendum* dixit, mox æquipollenti vocabulo οὐσίωσιν appellat. Et paucis interjectis Filii unigeniti ἀνεκδιήγητον ὑπόστασιν vocat ; de qua Spiritus sanctus prophético oraculo dixerat : *Τὴν γενεάν αὐτοῦ τίς διηγήσεται ; Generationem ejus quis enarrabit ?* Ubi ὑπόστασιν et γενεάν promiscue pro uno eodemque poni quis non videt ? Quæ licet in divinis sint inseparabilia, in cæteris tamen γενητοῖς γενεά, via καὶ ὑπόστασιν esse videtur. Verum et illud ex locis hactenus a me productis vos perspexisse arbitror, Epiphanius veterem interpretem, ubique ὑποστάσεως vocem, non subsistentiam ex recepta sanctorum Patrum et Scholæ consuetudine, sed substantiam cum vulgato Bibliorum interprete reddidisse. Unde et hoc loco, τὰς τῆ ὑποστάσεως δύο φύσεις, *substantiahter duas naturas* vertit ; hoc est quarum utraque diversam substantiam sive subsistendi modum habeat.

Atque hæc quidem ad difficilem, et vere Gordium hujus epistolæ nodum, vel solvendum, vel scindendum attuli. Quæ ego doctiorum judicio lubens submitto. De quo loco si quis certiora me docuerit, nã ille magnam sibi gratiæ mercedem apud me promeruerit.

Ex prædicto divi Joannis loco probaturus Alexander Filium Dei per omnia exprimere et referre Patris naturam, ejusque ἀπαράλλακτον, sine invariata imaginem exhibere, ipsius Christi Domini verbis ex eodem evangelista id confirmat, *Qui videt me, videt et Patrem*, et subjungit : *Ὅσπερ δι' ἐσόπτρου ἀκηλιδῶτου καὶ ἐμφύχου, θείας εικόνας αὐτοῦ θεωρουμένου τοῦ Πατρὸς. Quandoquidem Pater per ipsum velut per speculum purissimum idemque animatum, in quo Dei exprimitur et elucet imago, manifeste cernitur* : ita magno verborum apparatu Interpres noster Anglus. Vel ut Epiphanius ad verbum : *Tanquam per speculum sine macula, et animatum, per divinam ejus imaginem contemplaretur Patrem*. A quibus nec Camerarius Theodoretus in-

terpres recedit : *Tanquam per ipsum, velut immaculatum et animale speculum divinæ imaginis Pater conspiceretur*. Hæc interpretes. Quorum neminem auctoris mentem penetrasse præfidenter, sed vere affirmaverim : cum transposita distinctio glaucoma ipsis offuderit. Sed cum ex levi erroris occasione elegans disserendi materies se offerat, illud principio monuerim, quemadmodum nobilissimam Corinthii æris misturam, ex auri aliorumque metallorum colliquatione enatam veteres prodidere : ita ex variis divinorum eloquiorum conflatis inter se et contessellatis locis, tanquam ex auro probato septies, pulcherrimum illum et vere aureum sanctorum Patrum loquendi characterem existere. Quem qui in rerum sacrarum tractatione negligunt, illi plerumque persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis turgidi, ostensione autem spiritus et virtutis destituti, æsonans, ut Apostoli verbis utar, et cymbalum tinniens evadunt. Mihi autem inter cætera sanctorum Patrum monumenta, quæ nunc ad manum sunt Alexandri epistolæ pulcherrimam vermiculati vel musivi operis speciem referre videntur. Ita perpetuis sacræ Scripturæ emblematis interstinctæ relucet. Quod præ cæteris, vel unus hic locus luculenter ostendit. Cum enim Sapientiæ cap. vii, inter alia innumera elogia, Sapientia divina vocetur ἀπύγασμα φωτὸς αἰδίου, καὶ ἐσόπτρον ἀκηλιδῶτου τῆς τοῦ Θεοῦ ἐνεργείας, καὶ εἰκὼν τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ · hoc est, *candor lucis æternæ, et speculum sine macula Dei majestatis, et imago bonitatis illius*, quis non videt divi Pauli exemplo locum hunc inde vivis coloribus adumbratum ? Cujus ego ductu et auspiciis, duo illa epitheta speculi ἀκηλιδῶτου καὶ ἐμφύχου, male ab interpretibus conjuncta distinctione interposita diviserim : et posterius ad divinam imaginem retulerim : *Ὅσπερ δι' ἐσόπτρου ἀκηλιδῶτου, καὶ ἐμφύχου θείας εικόνας αὐτοῦ θεωρουμένου τοῦ Πατρὸς. Quoniam per ipsum tanquam per speculum sine macula, et veram sive animatam divinam imaginem ipse etiam Pater conspicitur*. Etenim cum Apostolus ad Coloss. i, vers. 15, Filium εἰκόνα τοῦ ἀοράτου, *imaginem Dei invisibilis* appellasset, et Arius improbe ad stabiliendum errorem suum eo loco abuteretur, eleganti sane adjuncto noster auctor ἐμφύχου, sive animatam imaginem eundem appellat, ut similitudinem perfectissimam inter Patrem Filiumque significantissima voce contra hæreticorum officias tueatur, et ζῶντα Λόγον ἀπὸ ζῶντος Πατρὸς prodiisse doceat. Cum enim duplex sit imago ut scholasticorum antesignanus parte i, q. 35, et jam olim Epiphanius in Anomæorum hæresi, cap. 3, docuit : altera in re ejusdem naturæ, ut imago Regis in Filio ; altera in re diversæ naturæ expressa, qualis est imago principis in nummo, vel tabula, aut statua. Sive, ut Epiphanius verbis utar, altera, διὰ τῆς γεννητικῆς ὁμοουσιότητος, altera διὰ χρωμάτων εἰκαζομένη, vel per aliam

1 J Cor. xiii, 1.

quamcunque materiam diversam, et ἀνομοούσιον expressa, Arius ejusque sectatores Filium Patris imaginem posteriori modo intellexere, ut diversæ a Patre naturæ eum esse evincerent. Quin imo hoc ipso Filium minorem Patre ostendere conati sunt, quia Patris imago vocatur. Ita Marcellus apud Eusebium libro 1, ex Asterii mente affirmat, τοσοῦτον τὸν Θεὸν τοῦ Λόγου διαφέρειν, ὅσον καὶ ἄνθρωπος τῆς ἑαυτοῦ εἰκόνας διαφέρειν δοκεῖ· hoc est : *Deus in tantum a Verbo suo differre videtur, in quantum homo ab imagine sua.* Idem Marcellus catholicam Asterii assertionem exagitans, qua Verbum invariata Patris imaginem affirmaverat, multis debacchatur, quæ et apud Eusebium et Epiphanium hæresi LXXII ex Acacio habentur. Sed fanatici hominis deliria castigans Acacius : « Tu, inquit, Dei imaginem ἀζῶτα περιγράφας, sive, *vita ipsa privans*, neque Dominum, neque Deum esse concedis; sed immobilem duntaxat imaginem, οἷον εἰκόνα καὶ ἄζῶον, ut anima vitæque desitutam : viventis autem viventem Dei imaginem esse negas. Idem quoque Epiphanius hæc. LXXVI, contra Aetium Anomæorum principem, Filium ex Patre natum contendit, ut Deum de Deo, lumen de lumine, æqualem per omnia et consubstantialem Patri; cujus, inquit, imago est οὐκ ἔψυχος, ἀλλὰ Πατὴρ χαρκτηρίζουσα γένος· *non exprers animæ, sed paternum genus exprimens.* Hæc Epiphanius. Neque dissentit Eusebius, qui cum libro 11 *Theologiæ eccles.* varia protulisset loca, quæ Patris divinitatem gloriamque prædicant, addidit deinde, horum omnium unigenitum Dei Filium imaginem cogitandum esse : Οὐχ ὡς ἀψύχῳ ὕλη, ἀλλ' ὡς ἐν Υἱῷ ζῶντι μεμορφωμένην. *Non tanquam in materia inanimit, sed ut in Filio vivente expressam.* Quibus verbis egregie duplex illa imaginis ratio ex Epiphanio et D. Thoma a nobis proposita explicatur : quarum altera ἄψυχος, ex Acacii et Eusebii verbis, altera ζῶσα καὶ ἔμψυχος, ex correcto a nobis Alexandri loco vocari poterit. Quin etiam ex ipso Eusebio libro 1 *contra Marcellum Ancyranum*, ubi commemoratis ejus deliriis, quorum modo meminimus, hominem valde cæcutire ait, nec considerare : ὡς καὶ ὁ Υἱὸς δύναται ἔμψυχός ποτε εἰκῶν ἰδίου Πατρὸς λεχθῆναι : *Posse etiam Filium vitam Patris imaginem dici, cum sit Patri quam simillimus.* Quam ille sententiam multo copiosius explicat lib. 1 *Evang. demonstr.*, capite 4, ubi docet, sicuti regis imaginem propter ipsum regem veneramur, ita etiam Filium unigenitum unicam Dei Patris invisibilis imaginem, Deitatis honore prosequendum, utpote, qui natura Deus est de Deo, καὶ δι' ἑλίου πῶς ἐι τοῦ μόνου Θεοῦ τὴν ἔμψυχον καὶ ζῶσαν νοεράν εἰκόνα, κατὰ πάντα τῷ Πατρὶ παρωμοιωμένην· *Et per omnia Dei Patris animatam et vivam, et intelligentem imaginem, Patrique in omnibus simillimam conservat.* Videtis, ni fallor, auditores, quam bene

A Alexander Filium Dei ἔμψυχον Θεῶν εἰκόνα appellat, et quam ea vox nihil humile et indignum Deo tribuat; sed summam, et ad vivum expressam naturæ gloriæque paternæ similitudinem nobis designet.

Eam porro vocem ex medio Græciæ usu desumptam, nescio cujus veteris auctoris sententia apud Stobæum testatur, cui rex ἔμψυχος εἰκῶν Θεοῦ dicitur. Ita Longinus notissimo illo elogio Euphrosii : Βιβλιοθήκη ἔμψυχος καὶ περιπατοῦν μουσεῖον. Et Marcellus Arcadii imperatoris magister, Suidæ lexicographo, nihil forte noto, sed non minus eleganti encomio : Κόσμος ἀρετῆς ἀπάσης, ἢ τὸ γε ἀρμονικώτερον εἰπεῖν, ἀρετὴ τις ἔμψυχος· *Omnia virtutis ornamentum, vel potius viva et animata quædam virtus.* Græcas hasce sermonis lauticias feliciter expresserunt Latini. Quid enim *spirantia signa*, et *spirantia mollius ara*, et *vivi de marmore vultus Maronis*? Quid Propertii, *vivida et animosa signa*? Quid Ammiani *spirantia signorum figmenta*, nisi ἔμψυχα? Sed portum de proximo prospicio, quem subibo, si ex variis quæ sub finem hujus epistolæ interpretes peccat, unum adhuc addidero. Alexander, ut hæreticorum curiositatem freno injecto compescat, ὑπόστασιν Filii, sive existendi modum, ut dixi, πάση τῇ γεννητῇ φύσει impervestigabilem asserit; neque τὴν τῶν λογικῶν φύσιν comprehendere posse quomodo Pater genuit Verbum. In utroque hallucinatur novus noster interpretes. Primum quidem quod τὴν γεννητὴν φύσιν, de qua superius egi, *naturam mortalem* reddidit. Neque enim tam angustis limitibus creata natura circumscribenda, cum et angeli sint γεννητοὶ sive creati, quos tamen mortales cum saniori theologorum parte haudquaquam appellaverim. Neque melius in secundo membro ἢ τῶν λογικῶν φύσιν, natura humana rationisque particeps explicatur. Nisi quis ἐν διὰ δυοῖν interpretem addidisse existimet. Sane ad naturam τῶν λογικῶν etiam angelos, et quidem præcipuo jure pertinere quis dubitet? Quibus tamen æque ac hominibus, divinæ generationis arcanum ignotum et ineffabile esse, testatur etiam ipse Alexander superius. *Unigeniti subsistentia*, inquit, *non solum evangelistarum solertiam, sed fortassis etiam angelorum intellectum superat.* Sed quod noster in dubio relinquere videtur, id cæteri Patres disertim et constanter affirmant. Et nunc quidem ex Græcis unus mihi Eusebius testimonio dicundo adsit. Is lib. 1 *Theol. eccl.*, cap. 12, Unigeniti generationem non nobis solum impervestigabilem affirmat, ἀλλὰ καὶ πάσαις ταῖς κρείττοσιν ἢ καθ' ἡμᾶς δυνάμεσι, *sed etiam cunctis superioribus virtutibus.* Accedat ex Latinis Ambrosius, lib. 1 *De fide*, cap. 5 : *Mihi impossibile est generationis secreta secretum. Mens deficit, vox silet, non mea tantum, sed et angelorum.*

Qui locus et me opportune silentii admonet, ut decurso dissertationis stadio lampada aliis tradam.

S. ALEXANDRI

EPISCOPI ALEXANDRINI

EPISTOLÆ DE ARIANA HÆRESI
DEQUE ARII DEPOSITIONE.ApuD THEODORITUM, *Hist. eccl.* lib. 1, cap. 4.*Epistola Alexandri Alexandriae episcopi ad Alexandrum Constantinopolitanum.*

Ἀλεξάνδρου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας ἐπιστολὴ πρὸς Ἀλέξανδρον ἐπίσκοπον Κωνσταντινῶν πόλεως (1).

I. Charissimo, et unanimi fratri Alexandro, Alexander in Domino salutem.

Improborum hominum voluntas, dominationis et pecuniæ avida, majoribus Ecclesiis semper insidiari solet, dum illi per varias occasiones ecclesiasticam pietatem oppugnant. Etenim a diabolo qui in ipsis operatur, ad propositam ipsis libidinem incitati, abjecta omni religione, divini iudicii metum conculant. De quibus ego qui patior, necesse habui significare pietati vestræ, ut ab hujusmodi hominibus caveatis, ne quis illorum in vestras etiam Ecclesias pedem inferre præsumat, sive per se sive per alios: callent enim malefici simulatione uti ad fraudem faciendam: et per litteras mendacis compositas atque adornatas, quæ hominem ad simplicem ac sinceram fidem intentum possint decipere. Arius igitur et Achilles nuper conjuratione facta, Colluthi ambitionem æmulantes, longe peiores illo exstiterunt. Nam Colluthus quidem qui hos ipsos reprehendit, mali propositi sui prætextum nactus

I. Τῷ τιμωτάτῳ ἀδελφῷ, καὶ ὁμοψύχῳ Ἀλεξάνδρῳ, Ἀλέξανδρος ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

Ἡ φιλαρχος τῶν μοχθηρῶν ἀνθρώπων καὶ φιλάργυρος πρόθεσις, ταῖς δοκούσαις ἀεὶ μείζοσι παροικίας πέφυκεν ἐπιβουλεύειν, διὰ ποικίλων προφάσεων τῶν τοιούτων ἐπιτιθεμένων τῇ ἐκκλησιαστικῇ εὐσεβείᾳ. Οἰστρηλατούμενοι γὰρ ὑπὸ τοῦ ἐνεργούντος ἐν αὐτοῖς διαβόλου, εἰς τὴν προκειμένην αὐτοῖς ἡδονὴν, πάσης εὐλαβείας ἀποσχιρτήσαντες, πατοῦσι τὸν τῆς κρίσεως τοῦ Θεοῦ φόβον. Περὶ ὧν ἀναγκαῖον ἦν μοι τῷ πάσχοντι, δηλώσαι τῇ ὑμετέρᾳ εὐλαβείᾳ, ἵνα φυλάττησθε τοὺς τοιούτους, μὴ τις αὐτῶν τολμήσῃ καὶ ταῖς ὑμετέραις παροικίαις ἐπιβῆναι, ἦτοι (s. εἴτε) δι' ἑαυτῶν, εἴτε δι' ἄλλων (2). Ἰκανὸν γὰρ ὑποκρίνασθαι πρὸς ἀπάτην οἱ γόητες ἢ διὰ γριζμμάτων ψευδῶς κεκοιμημένων, καὶ δυναμένων ὑφαρπάσαι τὸν ἀπλήπισται καὶ ἀκεραῖψι προσεσχηκότα. Ἄρειος γοῦν καὶ Ἀχιλλᾶς (3), συνωμοσίαν ἐναγχος ποιησάμενοι, τὴν Κολλούθου φιλαρχίαν πολὺ χεῖρον ἢ ἐκεῖνος ἐξήλωσαν. Ὁ μὲν γὰρ αὐτοῖς τούτοις ἐγκαλῶν (4), τῆ

(1) *Κωνσταντινῶν πόλεως*. Hæ duæ voces non occurrunt in aliquibus vet. mss., ut neque in Græca Theodoriti editione per Robertum Stephanum, ut observat Pagius ad ann. 317, § 9. Vide etiam Baluzium ad cap. 3 lib. v Petri de Marca *De concordia*.

(2) *Εἴτε δι' ἄλλων*. Hæc verba in sua versione omisit Christophorus, et Jacobus Sirmundus, nec habentur apud Nicephorum, nec in editione Basiliensi. Quare non mirum est Camerarium in sua interpretatione ea omisisse. Habentur tamen in reliquis exemplaribus, Regio scilicet, Saviliano et Allatii. Sed et Epiphanius Scholasticus in suo exemplari ea legerat. Sic enim vertit: *Ne quis forte præsumat eorum in parœcias vestras accedere, vel per se, vel per alios*.

(3) Ἄρειος γοῦν καὶ Ἀχιλλᾶς. In manuscripto codice Henrici Savillii, et in editione Basiliensi Ἀχιλλεύς scribitur, quomodo etiam legit Epiphanius Scholasticus. Ita quoque scribitur hoc nomen in epistola Alexandri episcopi Alexandriae ad universas Ecclesias, ubi omnes Arii sectatores qui excommunicati fuerant, ordine recensentur; ac primus omnium nominatur Achilles. Sic enim scribitur in multis exemplaribus, et apud Gelasium Cyzicenum.

(4) Ὁ μὲν γὰρ αὐτοῖς τούτοις ἐγκαλῶν. Christo-

phorus hæc verba, αὐτοῖς τούτοις in neutro genere accepit. Sic enim vertit: *Ille enim quamquam eas ipsas res quas isti, coarguere conabatur, tamen improbi sui instituti causam saltem simulatam habuisse visus est*. Reliqui vero interpretes, Epiphanius scilicet Scholasticus, Joannes Laugus, Joachimus Camerarius ac Sirmundus, in masculino acceperunt, et de Arianis intellexerunt quos culpabat Colluthus. Quorum quidem sententiam magis probo. Nam in Christophoroni interpretatione nullum sensum video. Quæ sunt enim illæ res, quas Arius et Colluthus accusabant? Verius omnino est, Colluthum accusasse Arium et sectatores illius. Nam cum esset presbyter unius ex parœciis Alexandriae, quemadmodum Arius et Carponas ac Sarmatas, ipse in parœcia sua perversam quamdam doctrinam, perinde ac Arius, prædicavit, ut tradit Epiphanius in hæresi Arianorum. Unde orta est inter eos æmulatio, cum singuli suum dogma astruere conarentur. Il enim evenire solet inter hæreticos diversarum sectarum. Colluthus igitur, cum Arium tanquam impium atque hæreticum apud Alexandrum accusasset, et Alexander Arium deponere aliquandiu distulisset; occasione arrepta, sese ab Alexandro sejunxit, et per episcopum agens, presbyteros ordinavit. Vide Baronium ad ann. Chr. 315, cap. 28.

ἐαυτοῦ μοθηρᾶς προαιρέσεως εὔρε πρόφασιν· οἱ δὲ ἄ-
 τῆν ἐκεῖνου Χριστεμπορείαν (5) θεωροῦντες, οὐκ-
 εἶ: τῆς Ἐκκλησίας ὑποχείριον μένειν ἐκαρτέρησαν·
 ἀλλ' ἐαυτοῖς σπήλαια ληστῶν οἰκοδομήσαντες, ἀδια-
 λέπτως ἐν αὐτοῖς ποιοῦνται συνόδους, νύκτωρ τε
 καὶ μεθ' ἡμέραν ἐν ταῖς κατὰ Χριστοῦ καὶ ἡμῶν
 διαβολαῖς ἀσκούμενοι. Οἱ πάσης τῆς ἀποστολικῆς
 εὐσεβοῦς δόξης κατηγοροῦντες, Ἰουδαϊκῶ προσχῆ-
 ματι Χριστομάχον συνεκρότησαν ἐργαστήριον, τὴν
 θεότητα τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀρνούμενοι, καὶ τοῖς
 ἄλλοις ἴσον εἶναι κηρύσσοντες. Πᾶσάν τε αὐτοῦ τῆς
 σωτηρίου οἰκονομίας καὶ δι' ἡμᾶς ταπεινώσεως
 φωνὴν ἐκλεξάμενοι, ἐξ αὐτῶν συναγειρεῖν πειρῶνται
 τῆς ἀσεβείας ἑαυτῶν τὸ κήρυγμα, τῆς ἀρχῆθεν θεό-
 τητος αὐτοῦ καὶ παρὰ τῷ Πατρὶ δόξης ἀλέκτου (6)
 τοὺς λόγους ἀποστρεφόμενοι. Τὴν γοῦν Ἑλλήνων τε
 καὶ Ἰουδαίων ἀσεβῆ περὶ Χριστοῦ δόξαν κρατύνον-
 τες, τὸν παρ' αὐτῶν ἔπαινον ὡς ἐνι μάλιστα θηρῶν-
 ται· πάντα μὲν ὅσα καθ' ἡμῶν παρ' αὐτοῖς γελᾶται
 πραγματευόμενοι· στάσεις δὲ ἡμῖν καθ' ἡμέραν καὶ
 διωγμοὺς ἐπεγείροντες. Καὶ τοῦτο μὲν, δικαστήρια
 συγκροτοῦντες, δι' ἐντυχίας γυναικαρίων (7) ἀτά-
 κων ἃ ἠπάτησαν· τοῦτο δὲ, τὸν Χριστιανισμὸν δια-
 σύροντες, ἐκ τοῦ περιτροχάζειν πᾶσαν ἀγυιὰν
 ἀσέμνως τὰς παρ' αὐτοῖς νεωτέρας. Ἀλλὰ καὶ τὸν
 ἐβρόχον τοῦ Χριστοῦ χιτῶνα, ὃν οἱ δῆμιοι διελεῖν
 οὐκ ἐβουλεύσαντο, αὐτοὶ σχίσαι ἐτόλμησαν.

Π. Ἡμεῖς μὲν οὖν, ἃ καὶ τῷ βίῳ αὐτῶν καὶ τῇ
 ἀποσίῳ ἐπιχειρήσει, πρέπει, διὰ τὸ λαμβάνειν, βρα-
 χέως ἐπιστήσαντες, παμφήλῃ τῆς προσκυνώσεως
 Χριστοῦ τὴν θεότητα Ἐκκλησίας ἐξηλάσαμεν (8).
 Ἐπεχειρήσαν δὲ περιδρομαῖς χρώμενοι καθ' ἡμῶν,
 παρεκβαίνειν πρὸς τοὺς ὁμόφρονας συλλειτουργοὺς,
 σχήματι μὲν εἰρήνης καὶ ἐνώσεως ἀξίωσιν ὑποκρι-
 νόμενοι· τὸ δὲ ἀληθές, συναρπάσαι τινὰς αὐτῶν εἰς
 τὴν ἰδίαν νόσον διὰ χρηστολογίας σπουδάζοντες· καὶ
 στωμυλώτερα γράμματα παρ' αὐτῶν αἰτοῦντες, ἵνα
 πραναγινώσκοντες αὐτὰ τοῖς ὑπ' αὐτῶν ἠπατημέ-
 νους, ἀμετανοήτους ἐφ' οἷς ἐσφάλησαν κατασκευάζω-
 σιν, ἐπιτριβομένους εἰς ἀσέβειαν, ὡς ἂν συμψήφους
 αὐτοῖς καὶ ὁμόφρονας ἔχοντες ἐπισκόπους. Οὐχ ἄπερ
 γοῦν παρ' ἡμῖν πονηρῶς ἐδίδαξαν τε καὶ διεπρά-
 ξαντο, ὁμολογοῦσιν αὐτοῖς, δι' ἃ καὶ ἐξώσθησαν·

(5) *Τὴν ἐκεῖνου Χριστεμπορείαν*. Colluthus, cum
 esset presbyter Alexandriæ, arrogantia ac temeritate
 elatus, pro episcopo se gesserat, multosque
 presbyteros ac diaconos ordinaverat. Verum in syno-
 do Alexandriæ congregata cunctæ ejus ordina-
 tiones postea rescissæ sunt; et quicumque ab eo
 ordinati fuerant, in laicorum ordinem sunt redacti,
 ut testatur Athanasius in *Apologetico secundo ad-
 versus Arianos*. Hinc apparet cur Alexander Collu-
 thum Χριστέμπορον vocet, eo quod scilicet ordina-
 tiones venderet, et ex manuim impositione ac reli-
 quis sacramentis quæstum captaret.

(6) *Δόξης ἀλέκτου*. In manuscripto codice Henrici
 Savillii, in regio codice J. Pini, et in editione Basiliensi
 legitur ἀλήκτου. Vulgatam tamen scripturam
 tuentur reliqui codices, et Epiphanius. Scholastici
 interpretatio. Sed et in editione Basiliensi pro his

A est; isti vero, impiam illius ex Christo nundina-
 tionem cernentes, non amplius Ecclesiæ subjacere
 voluerunt; sed speluncis latronum sibi constru-
 ctis, sine intermissione conventus in illis agunt,
 noctu atque interdium calumnias adversus Christum
 et adversum nos comminantes. Qui cum omnem
 piam et apostolicam doctrinam incusent, Judaico
 more ad impugnandum Christum officinam insti-
 tuerunt, Servatoris nostri deitatem negantes, et re-
 liquis omnibus æqualem eum esse prædicantes.
 Collectisque omnibus locis in quibus sermo est de
 salutari ejus dispensatione et de abjectione nostri
 causa ab eo suscepta, impietatis suæ doctrinam eo-
 rum auctoritate confirmare nituntur, loca quibus
 æterna ejusdem divinitas et inexplicabilis apud Pa-
 trem gloria astruitur, aversantes. Cum igitur gen-
 tilium ac Judæorum impiam de Christo sententiam
 confirmant, laudem ab illis omni arte ac ratione
 aucupantur: ea quidem quæ illi in nobis deridere
 solent, omnia confluentes; seditiones autem ac
 persecutiones adversus nos quotidie excitantes. Et
 nunc quidem ad judicium tribunalia nos trahunt
 per interpellationes mulierum disciplinam non ser-
 vantium, quas ipsi in errorem induxerunt; nunc
 Christianæ religioni probrum atque infamiam asper-
 gunt, dum juvenulæ ipsorum per omnes vicus et
 compita turpiter circumcursant. Sed et indissolu-
 bilem Christi tunicam, quam carnifices olim divi-
 dere noluerunt, isti ausi sunt discindere.

C II. Ac nos quidem cum ea quæ vitæ ipsorum ac
 nefariis conatibus competet, serius propter ipso-
 rum latebras deprehendissemus, communi omnium
 suffragio ex cœtu Ecclesiæ quæ Christi divinitatem
 adorat, eos ejecimus. Ipsi vero contra nos huc et
 illuc discurrentes, ad collegas nostros idem nobis-
 cum sentientes proficisci instituerunt: specie qui-
 dem pacem et concordiam expetere se simulantes;
 re ipsa vero quosdam eorum blandis sermonibus in
 errorem suum traducere conantes. A quibus etiam
 verbosiores epistolas flagitant, ut eas legentes ho-
 minibus quos ipsi deceperunt, eos pertinaciter in
 errore perseverare faciant absque ullo pœnitentiæ
 sensu in impietate obduratos, quasi qui episcopos
 idem secum sentientes ac sibi suffragantes habeant.
 D Ea porro quæ apud nos perperam ducuerunt et

verbis παρὰ τῷ Πατρὶ, legitur παρὰ τοῦ Πατρὸς.

(7) *Δι' ἐντυχίας γυναικαρίων*. Amplexor inter-
 pretationem Camerarii, qui sic vertit. *per interpel-
 lationes muliercularum*, etc. Nec male Epiphanius
 Scholasticus *additiones* interpretatur. Intelligit enim
 libellos accusationum, quos mulieres ab Arianis
 subornatæ porrigebant iudicibus adversus Alexan-
 drum episcopum Alexandriæ. Sane ἐντυχία pro
 libello supplicii sumitur ab Athanasio, ut observavi
 in annotationibus Eusebianis.

(8) *Παμφήλῃ... τῆς Ἐκκλησίας, ἐξηλάσαμεν*. Ex
 his verbis colligitur, hanc epistolam Alexandri
 scriptam esse post synodum Alexandrinam, in qua
 damnatus erat Arius cum sociis. Duas autem syno-
 dos episcoporum Ægypti adversus Arium ejusque
 socios collegit Alexander episcopus Alexandriæ, ut
 infra pluribus ostendemus.

egerunt, et quorum causa a nobis sunt expulsi, nequaquam illis confitentur; sed vel silentio ista tradunt, vel fictis sermonibus et libellis conscriptis velantes, fucum faciunt. Probabilibus itaque et ad assentationem compositis colloquiis pestiferam suam doctrinam obtegentes, simpliciorum quemque et fraudi expositum circumveniunt, neque interim parcunt pietatem nostram apud omnes calumniari. Unde fit ut nonnulli litteris eorum subscribentes, in Ecclesiam eos recipiant, cum tamen comministris qui hoc ausi sunt, gravissima, ut opinor, reprehensionis immineat infamia; eo quod nec apostolica regula id permittit, et diabolica in ipsis operatio adversus Christum hoc facto validius accendi. ur. Quamobrem nihil cunctatus, fratres dilectissimi, animum ac fiduciam sumpsit, ut perfidiam istorum vobis indicarem qui dicunt: fuit tempus cum non esset Filius Dei; et qui prius non erat, postea existit; talis factus, quandocumque demum factus est, qualis quilibet hominum nasci solet. Omnia enim, ut aiunt, Deus fecit ex nihilo; in creatione omnium rerum, tam rationalium quam ratione carentium, etiam Filium Dei comprehendentes. Quibus etiam consequenter addunt, eum mutabilis esse naturæ, virtutisque ac vitii capacem. Positaque semel hac sententia, Filium Dei ex nihilo esse, divinas Litteras de æternitate ejus evertunt, quibus immutabilitas et divinitas Sapientiæ ac Verbi, quæ sunt Christi, ostenditur.

III. Possumus ergo, ut aiunt isti scelerati, nos quoque esse filii Dei, perinde ac ille. Scriptum est enim¹: *Filios genui et exaltari*. Cum vero illis obiectum fuerit id quod sequitur: *Ipsi autem spreverunt me*; quod quidem non convenit naturæ Servatoris qui suapte natura est immutabilis: illi omni reverentia ac religione abjecta, Deum aiunt, cum præsciret ac prævidisset quod Filius ipsum spreverunt non esset, illum ex omnibus elegisse. Non enim ut natura et prærogativa quadam præcipuum quidquam præ cæteris filiis habentem, eum elegit: quippe qui natura filius non sit, ut inquirunt; neque ut qui aliquam haberet proprietatem et dotem ad ipsum proxime accedentem; sed ipsum quoque mutabilis existentem naturæ, ob studium tamen et accuratam morum diligentiam ad vitium neutiquam deflectentem, elegit Deus: adeo ut si Paulus ac Petrus contento studio in id incubissent, nihil ab istorum filiatione discrepatura fuerit hujus filiationis. Atque ut insanam istam doctrinam confirmant, Scripturis sacris contumeliose illudentes, afferunt illud quod in Psalmis de Christo dictum est²: *Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem: propterea auarit te Deus tuus oleo latitiæ præ consortibus tuis*.

¹ Isa. i, 2. ² Psal. xliiv, 8.

(9) Οὐ φυσικόν. Ἀφύσικον codex Regius J. Pini. (10) Ἐρημώσαντες τοῦτό φασι. Post hæc verba in codice Leonis Allalii hæc adduntur, οὔτε τινα ἔχοντα ιδιότητα πρὸς αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τρεπτῆς τυγχάνοντα φύσεως. Male quidem. Hæc enim verba inferius locum habent, ut videbimus. Epiphanius

ἄλλ' ἢ σωπῆ ταῦτα παραδίδασιν, ἢ πεπλασμένοι λόγοις καὶ ἐγγράφοις ἐπισκιάζοντες ἀπατώσιν. Πειθανωτέρας γοῦν αἱ βωμολόχοις ὁμιλίαις τὴν φθοροποιὸν αὐτῶν διδασκαλίαν ἐπικρύπτοντες, συναρπάζουσιν τὸν εἰς ἀπάτην ἐκκεῖμενον, οὐκ ἀπεχόμενοι καὶ τοῦ παρὰ πᾶσι συκοφαντεῖν τὴν ἡμετέραν εὐσέθειαν. Ὅθεν καὶ συμβαίνει τινὰς τοῖς γράμμασιν αὐτῶν ὑπογράφοντας, εἰς Ἐκκλησίας εἰσδέχεσθαι· μεγίστης, ὡς οἶμαι, διαβολῆς ἐπικειμένης τοῖς τοῦτο τολμῶσι συλλειτουργοῖς, τῷ μῆτε τὸν ἀποστολικὸν κανόνα τοῦτο συγχωρεῖν, ἀλλὰ καὶ ὑπεκκαίειν τὴν ἐπ' αὐτοῖς διαβολικὴν κατὰ Χριστοῦ ἐνέργειαν. Διὸ δὴ καὶ οὐδὲν μελλήσας, ἀγαπητοὶ, δηλώσαι ὑμῖν τὴν τῶν τοιοῦτων ἀπιστίαν ἐμαυτὸν διανέστησα, λεγόντων ὅτι ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ γέγονεν ὕστερον ὁ πρότερον μὴ ὑπάρχων, τοιοῦτος γενόμενος ὅτε καὶ ποτε γέγονεν, ὡς καὶ πᾶς εἶναι πέφυκεν ἄνθρωπος. Πάντα γάρ, φασίν, ὁ Θεὸς ἐξ οὐκ ὄντων ἐποίησε, συναναλαμβάνοντες τῆ τῶν ἀπάντων λογικῶν τε καὶ ἀλόγων κτίσει καὶ τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ. Οἷς ἀκολούθως καὶ φασίν αὐτὸν τρεπτῆς εἶναι φύσεως, ἀρετῆς τε καὶ κακίας ἐπιδεκτικόν· καὶ τῇ ἐξ οὐκ ὄντων ὑπόθεσι, καὶ τὰς θείας τοῦ εἶναι αὐτὸν ἀεὶ συναναίρουσιντες Γραφαί, αἱ τὸ ἀτρεπτον τοῦ Λόγου, καὶ τὴν θεότητα τῆς Σοφίας τοῦ Λόγου σημαίνουσιν, ἃ ἔστιν ὁ Χριστός.

III. Δυνάμει γοῦν καὶ ἡμεῖς, φασίν οἱ ἀλάστορες, υἱοὶ γενέσθαι Θεοῦ, ὅπερ κάκεῖνος. Γέγραπται γάρ: *Υἱὸς ἐγέννησα καὶ ὑψώσα*. Ἐπιφερομένου δὲ αὐτοῖς τοῦ λεγόντος ἐξῆς τοῦ ῥητοῦ, *Αὐτοὶ δὲ με ἠθέτησαν*, ὅπερ οὐ φυσικόν (9) ἔστιν τῷ Σωτῆρι, ὅτι τῆς φύσεως ἀτρέπτου, πάσης εὐλαθείας ἑαυτοῦς ἐρημώσαντες, τοῦτό φασι (10), προγνώσει καὶ προθεωρίᾳ περὶ αὐτοῦ εἶδὸτα τὸν Θεόν, ὅτι οὐκ ἀθετήσῃ, ἐξελεχθεὶς αὐτὸν ἀπὸ πάντων. Οὐ γὰρ φύσει καὶ κατ' ἐξαιρέτην τῶν ἄλλων υἱὸν ἔχοντά τι· οὔτε γὰρ φύσει υἱὸς τις ἐστὶν τοῦ Θεοῦ, φασίν· οὔτε τινα ἔχοντα ιδιότητα πρὸς αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τρεπτῆς τυγχάνοντα φύσεως, διὰ τρόπων ἐπιμέλειαν καὶ ἄσκησιν μὴ τρεπόμενον ἐπὶ τὸ χειρὸν, ἐξελέξατο· ὡς εἰ καὶ Παῦλος τοῦτο βιάσασαι καὶ Πέτρος, μὴδὲν διαφέρειν τούτων τὴν ἐκείνου υἰότητα· εἰς παράστασιν δὲ τῆς φρενοβλαβοῦς ταύτης διδασκαλίας, καὶ ταῖς Γραφαῖς ἐμπαρονοῦντες, καὶ παρατιθέμενοι τὸ ἐν Ψαλμοῖς περὶ Χριστοῦ ῥητόν, οὕτως ἔχον· *Ἠγάπησας δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησας ἀδικίαν· διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεὸς σου ἑλαίω ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου*.

tamen Scholasticus eadem verba in suo codice legit hoc loco. Sic enim vertit: *Omni reverentia spoliante semetipsum, aiunt: Nec aliquam habet proprietatem ad eum: sed cum sit ipse natura mutabilis, scivit de illo Deus præscientia et præcontemplatione, etc.*

IV. Περὶ μὲν οὖν ὅτι ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, οὔτε ἐξ οὐκ ὄντων γεγένηται, οὔτε ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν, αὐτάρκης παιδεύσαι Ἰωάννης ὁ εὐαγγελιστῆς, γράφων οὕτως περὶ αὐτοῦ· Ὁ μονογενὴς Υἱὸς, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ Πατρὸς. Προνοούμενος γὰρ ὁ θεῶς δεικνύωναι διδάσκαλος, ἀλλήλων ἀχώριστα πράγματα δύο, τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν, ὅντα αὐτὸν ἐν τοῖς κόλποις τοῦ Πατρὸς ὠνόμασεν. Ἀλλὰ γὰρ καὶ ὅτι τοῖς ἐξ οὐκ ὄντων γενομένοις ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ οὐ συναριθμεῖται, πάντα δι' αὐτοῦ γεγονέναι ὁ αὐτὸς φησιν Ἰωάννης. Τὴν γὰρ ἰδιότροπον αὐτοῦ ὑπόστασιν ἐδήλωσεν εἰπὼν· Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος· πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἓν ὃ γέγονεν (11). Εἰ γὰρ πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, πῶς ὁ τοῖς γενομένοις τὸ εἶναι χαρισάμενος, αὐτὸς ποτὲ οὐκ ἦν; Οὐ γὰρ πῶς ὁ Λόγος τὸ ποιοῦν, τοῖς γενομένοις τῆς αὐτῆς εἶναι φύσεως διορίζεται· εἴγε αὐτὸς μὲν ἦν ἐν ἀρχῇ, πάντα δὲ δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ ἐξ οὐκ ὄντων ἐποίησεν. Ἐναντίον γὰρ δοκεῖ τοῖς ἐξ οὐκ ὄντων γενομένοις τὸ ὄν, καὶ ἀφροστηκὸς σφόδρα. Τὸ μὲν γὰρ, μεταξύ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ οὐδὲν δείκνυσιν εἶναι διάστημα, οὐδ' ἄχρι τινὸς ἐννοίας τοῦτο φαντασιώσαι τῆς ψυχῆς δυναμένης. Τὸ δὲ ἐξ οὐκ ὄντων δημιουργεῖσθαι τὸν κόσμον, νεωτέραν ἔχει τῆς ὑποστάσεως καὶ πρόσφατον τὴν γένεσιν, ὑπὸ τοῦ Πατρὸς διὰ τοῦ Υἱοῦ πάντων εἰληφότων τὴν τοιαύτην οὐσίωσιν. Μακρὸν γοῦν θεωρήσας τοῦ Θεοῦ Λόγου τὸ ἦν, καὶ ὑπεραίρον τῆς τῶν γεννητῶν διανοίας (12) ὁ εὐλαβέστατος Ἰωάννης, γένεσιν αὐτοῦ καὶ ποιῆσιν ἀπηξίωσεν εἰπεῖν, οὐδὲ ταῖς ὁμοστοίχοις συλλαβαῖς (13) τὸ ποιοῦν τοῖς γιγνομένοις ὀνομάσαι τολμήσας. Οὐχ ὅτι ἀγέννητος ἦν· ἐν γὰρ ἀγέννητον ὁ Πατὴρ· ἀλλ' ὅτι τῆς ἐξεσμένης τῶν εὐαγγελιστῶν, τάχα δὲ καὶ ἀγγέλων καταλήψεως ὑπερέκεινά (14) ἐστὶν ἡ τοῦ μονογενοῦς Θεοῦ ἀνεκδιήγητος ὑπόστασις.

V. Εἰς εὐσεβεῖς οὐκ οἶμαι λογιζομένου (15) τοῦ

³ Joan. 1, 18. ⁴ *ibid.* 1-3.

(11) Ἐγένετο οὐδὲ ἓν ὃ γέγονεν. Duæ postremæ voces desunt in editione Roberti Stephani, et in Basiliensi, et in codice Regio J. Pini. Habentur tamen in codice Leonis Allatii, et in versione Epiphani Scholastici. Sed et Christophorus eas in libris suis repererat, ut ex interpretatione ejus apparet.

(12) Καὶ ὑπεραίρον τῆς τῶν γεννητῶν διανοίας. Scribendum pulo γεννητῶν per simplex ν; atque ita legisse videtur Epiphanius, qui sic vertit: *Ei creaturam univēsam intelligentiam transcendentem.* Conjecturam meam confirmavit mihi postea codex regius J. Pini, in quo ita plane scriptum inveni, ut conjeceram. Pro ὑπεραίρον, in editione Basiliensi legitur ὑπερδρίον, et in codice Allatiano, rectius ut opinor.

(13) Οὐδὲ ταῖς ὁμοστοίχοις συλλαβαῖς. In ms. codice Henrici Savillii, et in editione Basiliensi scribitur ὁμοστυχοῖς, minus recte, ut equidem sentio. Certe Cramerarius, qui editionem Basiliensem Latine interpretatus est, ὁμοστοίχοις, legit, ut ex interpretatione ejus apparet. Sic enim vertit: *Ne eorundem quidem elementorum complexione in voce facientis,*

PATROL. GR. XVIII.

IV. Verum quod Filius Dei factus non sit ex nihilo, et quod tempus non fuerit cum non esset, abunde docet Joannes evangelista de illo ita scribens³: *Unigenitus Filius, qui est in sinu Patris.* Nam cum divinus magister ostendere vellet, Patrem ac Filium duas res esse a se mutuo inseparabiles, hunc in sinu Patris esse dixit. Jam vero quod Verbum Dei inter res ex nihilo creatas non contineatur, idem Joannes testatur, cum ait: *Omnia per ipsum facta esse.* Propriam enim ejus hypostasim declaravit dicens⁴: *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum: omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil quod factum est.* Nam si omnia per ipsum facta sunt, quomodo is qui rebus factis præstitit ut essent, ipse aliquando non exstitit? Verbum enim quod facit, nequaquam ejusdem esse naturæ cum rebus factis intelligitur: quippe cum ipsum quidem esset in principio; cuncta vero per illud facta sint et ex nihilo condita. Porro id quod est, contrarium esse videtur, et longe diversum ab illis quæ facta sunt ex nihilo. Nam illud quidem declarat, nullum esse intervallum inter Patrem et Filium, cum animus ne simplici quidem cogitatione fingere possit ullam inter utrumque distantiam. Ex nihilo vero creari mundum, recentiorum indicat ac nuperam substantiæ originem, cum universa hujusmodi essentiam a Patre acceperint per Filium. Cum igitur divini Verbi essentiam longissime, et ultra omnem cogitationem eorum quæ genita sunt positam contemplaretur piissimus Joannes, generationem ejus et facturam dicere noluit, factorem iisdem verbis quibus ea quæ facta sunt, designare minime ausus. Non quod Verbum sit ingentum: solus enim Pater ingenitus est: sed quia solertissimam evangelistarum, ipsorumque adeo angelorum comprehensionem transcendit unigeniti Filii inexplicabilis subsistentia.

V. Quare inter pios meo quidem judicio censen-

aut factorum uti ausus. In regio item codice J. Pini scriptum inveni ὁμοστοίχοις. Hujus autem loci satis obscuri hic est sensus. Joannes evangelista, cum originem Filii Dei vellet exponere, eam a rebus creatarum productione longe distinxit; cavique diligentissime, ne in declaranda Filii essentia iisdem verbis uteretur, quibus rerum creatarum originem exposuit. Nam in declaranda quidem Filii essentia, usus est verbo *erat*, in exponenda autem origine rerum creatarum dixit *ἐγένετο*, id est *facta sunt*. Subjicit deinde Alexander, οὐχ ὅτι ἀγέννητος ἦν· ἐν γὰρ ἀγέννητον ὁ Πατὴρ, id est, *non quod Filius Dei non sit genitus. Unum enim est ingentum, Pater scilicet.* Quæ quidem Alexandri verba benigne intelligenda sunt hoc modo: Non quod Filius Dei principium originis suæ non habeat; habet enim re vera principium originis, Patrem, ex quo genitus est: sed quia nullum habet principium temporis, quippe qui ab omni æternitate genitus sit ex Patre, ἀχρόνως καὶ ἀμετατέτως, ut Græci dicunt id est sine ullo tempore ac medio.

(14) Ὑπερέκεινα. Ἐπέκεινα codex Regius J. Pini.

(15) Εὐσεβεῖς οὐκ οἶμαι λογιζομένου. Hunc

dus non est, qui ultra ista aliquid inquirere præsumit, non auscultans id quod scriptum est ⁵: *Altiora te ne quæsieris, et sublimiora te ne scruteris*. Nam si multarum aliarum rerum cognitio quæ hac longe inferiores sunt, humanæ mentis captum excedit, cujusmodi sunt apud Paulum apostolum ⁶, *ea quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparavit Deus diligentibus se*; cujusmodi etiam sunt stellæ, quas Deus Abrahamo dicit ⁷ non posse numerari; et illud ⁸: *Arenam maris et guttas pluvie quis dinumerabit?* quomodo divini Verbi essentiam curiosius investigare quispiam poterit, nisi atra bile sit percitus? De qua propheticus Spiritus ita dicit ⁹: *Generationem ejus quis enarrabit?* Et Servator noster totius mundi columnas beneficio obstringens, hujus rei notitiam tanquam onus ab illis remove re studuit: omnibus quidem ipsis supra naturam esse dicens istud animo comprehendere; soli vero Patri competere divini hujus mysterii perceptionem. *Nemo enim, inquit ¹⁰, novit, quis sit Filius præter Patrem, et nemo novit Patrem præterquam Filius*. Qua de re etiam Patrem dixisse arbitror, *Arca num meum mihi ¹¹*, et meis.

VI. Quod vero extremæ dementiæ sit, Filium Dei ex non exstantibus factum opinari, cum id quod ex non exstantibus factum est, temporalem habeat essentiam; res ipsa indicat, licet stupidi isti insaniam vocum sanarum non intelligant. Illud enim, non erat, in tempore censi oportet, aut in aliquo ævi spatio. At si verum est, *omnia per ipsum facta esse*, constat utique et ævum et tempus, et spatium omne, et illud aliquando, in quibus non fuisse reperitur, per ipsum facta esse. Et quomodo absurdum non sit, eum qui tempora et sæcula ac

⁵ *Eccli. III, 22.* ⁶ *I Cor. II, 9.* ⁷ *Gen. XV, 5.* ⁸ *Isa. XXIV, 16.*

etiam locum emendavi ex supradictis codicibus Allatii ac Savilii, et ex regio codice J. Pini, quibus astipulatur editio Basiliensis, nisi quod *τολμῶντας* habet, non *τολμῶντος*. Epiphanius tamen Scholasticus in plurali numero legisse videtur *λογιζομένων τοὺς τολμῶντας*. In cod. reg. J. Pini totus hic locus ita scribitur: *Εἰς εὐσέθειαν οὐκ οἶμαι λογιζομένων τοὺς μ. τ., ἐπ. τι τολμῶντας*.

(16) *Πάντων τῶν ἐν κόσμῳ κίονας*. Post hæc D verba Jacobus Sirmundus in editione sua quatuor has voces addidit, *τοὺς θεηγόρους φημι ἀποστόλους*, nescio quos secutus codices. Certe in nostris exemplaribus et in Basiliensi editione non habentur; et scholium potius redolent ejusdam viri docti, qui ad latus libri sui id notaverat, per columnas significari divinos apostolos. Certe in Epistola Pauli ad Galatas Petrus et Jacobus dicuntur columnæ fuisse Ecclesiæ. Porro initio hujus periodi scribendum ἦ καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ, id est, *quocirca Servator noster*, etc.

(17) *τὴν περὶ τούτων γῶσιν*. In codice Leonis Allatii et in editione Basiliensi scriptum est *περὶ τούτου*, rectius, ni fallor. Neque aliter legit Epiphanius Scholasticus. Sic enim vertit hunc locum: *Nam et ipse Servator præstare volens omnibus in hoc mundo columnis, hujus notitiam ab eis exonerare festinavit*.

(18) *Καὶ τοῖς ἐμοῖς*. Jacobus Sirmundus in edi-

A *μέχρι τούτων ἐπερωτῆν τι τολμῶντος, διὰ τὸ ἀνηκούγ τοῦ, Χαλεπώτερά σου μὴ ζῆτει, καὶ ὕψηλότερά σου μὴ ἐξέταξε*. Et γὰρ ἐτέρων πολλῶν ἠγνώσεις, καὶ τούτων ἀσυγκρίτως κολοβωτέρων, κερυπται τὴν ἀνθρωπίνην κατάληψιν· οἷά ἐστι παρὰ Παύλῳ, *ἂ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὐκ οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίᾳ ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἂ ἠτολμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν*· ἀλλὰ καὶ τὰ ἄστρα φησὶν ὁ Θεὸς τῷ Ἀβραάμ ἀριθμῆσαι μὴ δύνασθαι· καὶ ἔτι, *Ἄμμον θαλασσῶν καὶ σταγῆνας ὕετοῦ, φησὶ, τίς ἐξαριθμήσει; πῶς ἂν περιεργασαίτο τις τὴν τοῦ Θεοῦ Λόγου ὑπόστασιν, ἐκτός εἰ μὴ μελαγχολικῆ διαθέσει ληφθεὶς τυγχάνοι; Περὶ ἧς τὸ προφητικὸν Πνεῦμά φησὶ· *τὴν γενεάν αὐτοῦ τίς διηγῆσεται*· Ἡ καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ ἡμῶν, εὐεργετῶν τοὺς πάντων τῶν ἐν κόσμῳ κίονας (16), τὴν περὶ τούτων γῶσιν (17) αὐτῶν ἀποφορτίσθαι ἐσπούδασε· πᾶσι μὲν οὖν αὐτοῖς ἀφύσιχον εἶναι λέγων εἰς κατάληψιν, μόνῳ δὲ τῷ Πατρὶ ἀνακείσθαι τὴν τοῦ θειοτάτου τούτου μυστηρίου εἰδῆσιν· Οὐδεὶς γάρ ἐγνω τίς ἐστὶν ὁ Υἱός, λέγων, εἰ μὴ ὁ Πατὴρ· καὶ τὸν Πατέρα οὐδεὶς ἐγνω εἰ μὴ ὁ Υἱός. Περὶ οὗ καὶ τὸν Πατέρα οἶμαι λέγειν, *τὸ μυστήριόν μου ἐμοὶ καὶ τοῖς ἐμοῖς* (18).*

VI. Ὅτι δὲ *μανιώδες*, τὸ ἐξ οὐκ ὄντων τὸν Υἱὸν γεγονέναι φρονεῖν, χρονικῆν ἔχοντα τὴν προβολήν, αὐτόθεν δαίκνυται τὸ ἐξ οὐκ ὄντων (19), καὶ ἀγνωσιν οἱ ἀνόητοι τὴν τῆς φωνῆς αὐτῶν *μανίαν*. Ἡ γὰρ χρόνοις ἐμπολιτεῦσθαι δεῖ τὸ, *οὐκ ἦν*, ἢ αἰῶνος τι διαστήματι. Et τοίνυν ἀληθὲς τὸ, *πάντα δι' αὐτοῦ γεγονέναι*, δηλονότι καὶ πᾶς αἰὼν καὶ χρόνος, καὶ διαστήματα, καὶ τὸ ποτὲ, ἐν οἷς τὸ *οὐκ ἦν* εὐρίσκειται, δι' αὐτοῦ ἐγένετο. Καὶ πῶς οὐκ ἀπίθανον, τὸν καὶ χρόνους καὶ αἰῶνας καὶ καιροὺς, ἐν οἷς τὸ, *οὐκ ἦν*, συμπέφυρται, ποιήσαντα, αὐτόν ποτε μὴ εἶναι λέ-

⁵ *Eccli. I, 2.* ⁶ *Isa. LIII, 8.* ¹⁰ *Matth. XI, 27.*

tionem suam expunxit hæc verba. Certe non habentur in codice Leonis Allatii, et superflua videntur hoc loco. Porro locus iste desumptus est ex cap. xxii Isaia. Ubi Hieronymus notat verba illa: *Et dixi: Secretum meum mihi; secretum meum mihi*, non haberi in Septuaginta, sed ex Theodotionis translatione ab Origene addita esse. Procopius autem Gazæus ex interpretatione Symmachi suppleta esse dicit. (19) *Αὐτόθεν δαίκνυται τὸ ἐξ οὐκ ὄντων*. Jacobus Sirmundus hunc locum ita edidit, αὐτόθεν δαίκνυται ἐκ τοῦ ἐξ οὐκ ὄντων. Et totum locum sic interpretatus est: *Quod vero extrema sit dementia, Filium ex non exstantibus ortum existimare, atque in tempore productum, indidem patet, hoc est, ex non exstantibus*, etc. Verum cum nulli codices ita scriptum habeant, vulgatum lectionem mutare nefas duco. Quod si conjecturam nostram licet proponere, existimo delenda esse hæc verba τὸ ἐξ οὐκ ὄντων, quæ scholii loco ad marginem ascripta, postea in textum translata sunt. Porro Epiphanius Scholasticus hunc locum ita vertit: *Non reor ignorare sapientes, quia vesanum est sapere, ex non existentibus factum Filium; cum utique habeat temporale principium, quod ostendit ex non existentibus factum*. Unde apparet Epiphanium legisse *χρονικῆν* ἔχον τὴν προβολήν τὸ ἐξ οὐκ ὄντων.

γειν; Ἀδιανόητον γὰρ (20) καὶ πάσης ἀμαθίας ἀνά-
 πλων, τὸν αἴτιον γενόμενον τινος, αὐτὸν μεταγενέ-
 στερον λέγειν τῆς ἐκείνου γενέσεως. Προηγείται γὰρ
 κατ' αὐτοὺς τῆς τὰ ὅλα δημιουργούσης τοῦ Θεοῦ σο-
 φίας ἐκεῖνο τὸ διάστημα, ἐν ᾧ φασι μὴ γεγενῆσθαι
 τὸν Υἱὸν ὑπὸ τοῦ Πατρὸς· ψευδομένης κατ' αὐτοὺς
 καὶ τῆς Πρωτότοκου αὐτὸν εἶναι πάσης κτίσεως ἀνα-
 γορευούσης Γραφῆς. Σύμφωνανα γοῦν τούτοις βοᾷ καὶ
 ὁ μεγαλοφρονότατος Παῦλος, φάσκων περὶ αὐτοῦ· Ὅν
 ἔθηκε κληρονόμον πάντων, δι' οὗ καὶ τοὺς αἰῶ-
 νας ἐποίησεν. Ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ
 πάντα, τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς,
 τὰ ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα, εἴτε ἀρχαί, εἴτε ἐξου-
 σίαι, εἴτε κυριότητες, εἴτε θρόνοι· πάντα δι' αὐ-
 τοῦ καὶ εἰς αὐτὸν ἔκτισται· καὶ αὐτὸς ἐστὶ πρὸ
 πάντων.

VII. Ἀσεβειστάτης οὖν φανεσίης τῆς ἐξ οὐκ ὄντων
 ὑποθέσεως, ἀνάγκη τὸν Πατέρα εἶναι Πατέρα·
 ἔστι δὲ Πατὴρ εἰς παρόντος τοῦ Υἱοῦ, δι' ὃν χρημα-
 τίζει Πατὴρ (21). Ἀεὶ δὲ παρόντος αὐτῷ τοῦ Υἱοῦ,
 αἰεὶ ἐστὶν ὁ Πατὴρ τέλειος, ἀνελλιπῆς τυγχάνων ἐν
 τῷ καλῷ· οὐ χρονικῶς, οὐδὲ ἐκ διαστήματος, οὐδὲ ἐξ
 οὐκ ὄντων γενήσας τὸν μονογενῆ Υἱόν. Τί δὲ οὐκ
 ἀνόσιον τὸ λέγειν, ποτὲ μὴ εἶναι τὴν Σοφίαν τοῦ
 Θεοῦ, τὴν λέγουσαν· Ἐγὼ ἡμῖν παρ' αὐτῷ ἀρμό-
 ζουσα, ἐγὼ ἡμῖν ἢ προσέχαιρεν· ἢ τὴν δύναμιν
 τοῦ Θεοῦ μὴ ὑπάρχειν ποτέ· ἢ τὸν Λόγον αὐτοῦ
 ἠκρωτηριάσθαι ποτέ· ἢ τὰ ἄλλα ἐξ ὧν ὁ Υἱὸς γνωρι-
 ζεται, καὶ ὁ Πατὴρ χαρακτηρίζεται; Τὸ γὰρ ἀπαύ-
 γασμα τῆς δόξης μὴ εἶναι λέγειν, συναναιρεῖ καὶ τὸ
 πρωτότυπον φῶς, οὗ ἐστὶν ἀπαύγασμα. Εἰ δὲ καὶ ἡ
 εἰκὼν τοῦ Θεοῦ οὐκ ἦν αἰεὶ, δῆλον ὅτι οὐδ' οὗ ἐστὶν
 εἰκὼν, ἐστὶν αἰεὶ. Ἀλλὰ καὶ τῷ μὴ εἶναι τὸν τῆς ὑπο-
 στάσεως τοῦ Θεοῦ χαρακτήρα, συναναιρεῖται κακει-
 νος, ὁ πάντως παρ' αὐτοῦ χαρακτηριζόμενος. Ἐξ ἧς
 ἐστὶν ἰδεῖν τὴν υἰότητα τοῦ. Σωτήρος ἡμῶν, οὐδεμίαν
 ἔχουσαν κοινωνίαν πρὸς τὴν τῶν λοιπῶν υἰότητα. Ὅν
 τρόπον γὰρ ἡ ἀβρόητος αὐτοῦ ὑπόστασις, ἀσυγκρίτῳ
 ὑπεροχῇ ἐδείχθη ὑπερκειμένη πάντων οἷς αὐτὸς τὸ
 εἶναι ἐχαρίσατο, οὕτως καὶ ἡ υἰότης αὐτοῦ κατὰ φύ-
 σιν τυγχάνουσα τῆς πατρικῆς θεότητος, ἀλέκτῳ ὑπε-
 ροχῇ διαφέρει τῶν δι' αὐτοῦ θέσει υἰοθετηθέντων.
 Ὁ μὲν γὰρ ἀτρέπτου φύσεως τυγχάνει, τέλειος ὢν
 καὶ διὰ πάντων ἀνεπὸδός· οἱ δὲ, τῇ εἰς ἑκάτερα τρο-
 πῇ ὑποκείμενοι, τῆς παρὰ τούτου βοηθείας δεόνται.
 Τί γὰρ ἂν καὶ προκόψαι ἔχοι ἡ τοῦ Θεοῦ σοφία, ἢ τί
 προσλαβεῖν ἡ αὐτοαλήθεια, ἢ ὁ Θεὸς Λόγος; Πῶς ἂν
 ἔχοι βελτιωθῆναι ἡ ζωὴ, τὸ ἀληθινὸν φῶς; Εἰ δὲ
 τοῦτο, πόσῳ πλέον ἀφύσικον τυγχάνει, μωρίας ποτὲ
 δεκτικὴν γενέσθαι τὴν σοφίαν, ἢ τὴν τοῦ Θεοῦ δύνα-
 μιν ἀσθενεῖα προσπλακῆναι, ἢ ἀλογία τὸν λόγον ἀμαυ-
 ρωθῆναι, ἢ τῷ ἀληθινῷ φωτὶ ἐπιμιχθῆναι σκότος;
 τοῦ μὲν Ἀποστόλου αὐτῶθεν λέγοντος· Τίς κοινωνία

A tempestates condidit, in quibus illud, non erat
 confusum est, ipsum aliquando non exstitisse di-
 cere? Est enim alienum a sensu omnique plenum
 inscilia, eum qui alicujus rei auctor sit, eadem re
 posteriorem affirmare. Quippe juxta illorum sen-
 tentiam, spatium temporis quo dicunt Filium Dei
 non exstitisse ex Patre, præcessit sapientiam Dei
 non exstitisse ex Patre, præcessit sapientiam Dei
 omnium rerum conditricem: mentiturque secun-
 dum eos Scriptura, quæ Primogenitum omnis crea-
 turæ illum vocat¹². Quibus consona sunt quæ vo-
 calissimus Paulus de illo prædicat, ita dicens¹³:
 Quem constituit heredem universorum: per quem fe-
 cit et sæcula. Sed et¹⁴ in ipso condita sunt universa
 in cælis et in terra, visibilia et invisibilia, sive prin-
 cipatus, sive potestates, sive dominationes, sive
 B throni: omnia per ipsum creata sunt: et ipse est
 ante omnia.

VII. Proinde cum ab omni pietate alienissimam
 esse appareat sententiam illam de non exstantibus,
 necessario dicendum est, Patrem semper esse Pa-
 trem. Pater autem est, præsentem semper Filio, ob
 quem dicitur Pater. Quocirca cum semper ei præ-
 sens sit Filius, semper est perfectus Pater, nulla re
 destitutus in bono: qui non in tempore, neque ex in-
 tervallo, neque non exstantibus, unicum Filium genuit.
 Quomodo autem impium non sit dicere, Sapien-
 tiam Dei aliquando non exstitisse, quæ de se ipsa ita
 loquitur¹⁵: Ego eram apud ipsum cuncta componens:
 ego eram cui adgaudebat? aut virtutem Dei ali-
 quando non exstitisse: aut Verbum ejus aliquando
 fuisse mutilatum: aut alia quandoque defuisse, ex
 quibus Filius cognoscitur et Pater designatur? Is
 enim qui negat splendorem gloriæ existere, simul
 tollit primitivum lumen cujus est splendor. Et si
 imago Dei semper non fuit, nec illum semper fuisse
 liquet cujus imago est. Denique negando figuram
 substantiæ Dei semper fuisse, simul tollitur ille
 qui perfecte ab eo exprimitur. Ex quo licet pers-
 picere, filiationem Servatoris nostri nihil prorsus
 habere commune cum reliquorum filiatione. Nam
 quemadmodum inexplicabilem ejus substantiam
 incomparabili excellentia præstare ostensum est
 reliquis omnibus quibus ille essentiam tribuit; sic
 et ejus filiatio, quæ juxta naturam est paternæ di-
 vinitatis, ineffabili quadam præstantia superat filia-
 tionem eorum qui per ipsum adoptati sunt filii.
 Nam ipse quidem immutabilis est naturæ, unde-
 cunque perfectus, nec ullius rei indigens: hi
 vero cum mutationi in utramque partem sint ob-
 noxii, opus habent illius auxilio. Quem enim pro-
 fectum facere potest Dei sapientia? Quod augmen-
 tum accipere potest ipsa veritas et Deus Verbum?
 Qua ratione melior fieri possit vita et lux vera?
 Quod si ita se habet, quanto absurdus est, ut sa-

¹² Eccl. xxiv, 5. ¹³ Coloss. 1, 15; Hebr. 1, 2. ¹⁴ Coloss. 1, 16, 17. ¹⁵ Prov. viii, 50.

(20) Ἀδιανόητον γάρ. In codice Leonis Allatii scriptum est ἀνόητον, quod magis probō. Atque ita legit Epiphanius Scholasticus. Sic enim vertit: Stultum est enim, et omni peccato plenum, etc.

(21) Δι' ὃ χρηματίζει Πατὴρ. In manuscripto codice Henrici Savillii legitur δι' ὃν, quomodo etiam legit Epiphanius Scholasticus. In regio J. Pini cod. scriptum inveni δι' οὗ.

p'ientia aliquando stultitiæ capax fuerit, ut virtus Dei infirmitati conjuncta sit, aut ut ratio obscurata fuerit recordia, aut tenebræ cum vera permixtæ? cum Apostolus diserte dicat¹⁶: *Quæ societas luci cum tenebris, aut quæ conventio Christo cum Belial?* et Salomon¹⁷ neget fieri posse, ut cogitatione comprehendatur *viq colubri super petram*, quæ Christus est juxta sententiam Pauli¹⁸. Homines vero et angeli, qui sunt ejus creaturæ, benedictionem acceperunt ut proficerent, in virtutis studio et in mandatis legis sese exercentes, ne in vitia dilabantur. Quamobrem Dominus noster, cum natura sit Filius Patris, ab omnibus adoratur. Hi vero deposito spiritu servitutis, ubi ex fortibus factis, et ex continuo progressu spiritum adoptionis acceperint, beneficio ejus qui natura est Filius, filii sunt adoptivi.

VIII. Ac germanam quidem et propriam ac naturalem, eximiamque ejus filiationem Paulus declaravit, ita dicens de Deo¹⁹: *Qui proprio Filio non pepercit, sed pro nobis*, non naturalibus scilicet filiis, *illum tradidit*. Nam ut illum distingueret ab iis qui non sunt proprie filii, *proprium Filium* esse cum dixit. In Evangelio vero legitur²⁰: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui*. Præterea in Psalmis Servator ait²¹: *Dominus dixit ad me: Filius meus es tu*. Ubi se germanum ac genuinum esse demonstrans, alios præter se genuinos non esse significat. Jam vero quidnam illud est²²: *Ex utero ante Luciferum genui te?* An non aperte indicat naturalem paterni partus filiationem, quam non accurata morum castigatione, non exercitatione virtutum ac profectu, sed naturæ proprietate sortitus est? Quamobrem unigenitus quidem Filius Patris firmam ac stabilem possidet filiationem: rationalium vero filiorum adoptionem non natura illis competere, sed morum probitate et Dei beneficio parari, mutabilemque esse, agnoscit Scriptura. *Videntes enim filii Dei filias hominum, acceperunt sibi uxores*²³, et quæ sequuntur. Et alibi²⁴: *Filios genui et exaltavi, ipsi autem spreverunt me*; Deum per Isaiam prophetam dixisse accepimus.

IX. Plura cum possim dicere, fratres charissimi,

ἡ τὴν ἀποφάσει πρὸς σκοτός, ἢ τὴν συμφώνησιν Χριστῷ πρὸς Βελίαν; τοῦ δὲ Σολομῶντος, ὅτι ἀδύνατον ἂν εἶη κἀν μέγρι πρὸς ἔννοιαν (22) εὐρεθῆναι ὁδοῦ ὄψεως ἐπὶ πέτρας, ἥτις κατὰ Παῦλον ἐστὶν ὁ Χριστός. Οἱ δὲ κτίσματα αὐτοῦ τυγχάνοντες, ἀνθρώποι τε καὶ ἄγγελοι, καὶ εὐλογίας εὐλόγησιν προκόπτειν, ἀρεταῖς ἀσκούμενοι καὶ νομίμοις ἐντολαῖς (23) πρὸς τὸ μὴ ἀμαρτάνειν. Διὸ δὴ ὁ Κύριος ἡμῶν φύσει τοῦ Πατρὸς Υἱὸς τυγχάνων, ὑπὸ πάντων προσκυνεῖται. Οἱ δὲ, ἀποθήμενοι τὸ πνεῦμα τῆς δουλείας, ἐξ ἀνδραγαθημάτων καὶ προκοπῆς τὸ τῆς υιοθεσίας λαβόντες πνεῦμα, διὰ τοῦ φύσει Υἱοῦ εὐεργετούμενοι, γίνονται αὐτοὶ θέσει υἱοί.

VIII. Τὴν μὲν οὖν γνησίαν αὐτοῦ καὶ ἰδιότροπον, καὶ φυσικὴν, καὶ κατεξαιρέτων υἰότητα ὁ Παῦλος ὁπως ἀπεφήνατο, περὶ Θεοῦ εἰπών· Ὅς γε τοῦ ἰδίου Υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν, δηλονότι τῶν μὴ φύσει υἱῶν, παρέδωκεν αὐτόν. Πρὸς γὰρ ἀντιδιαστολήν τῶν οὐκ ἰδίων, αὐτὸν ἰδιὸν Υἱὸν ἔφησεν εἶναι. Ἐν δὲ τῷ Εὐαγγελίῳ· Ὁὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός, ἐν ᾧ εὐδόκησα. Ἐν Ψαλμοῖς ὁ Σωτὴρ φησιν· Κύριος εἶπε πρὸς με, Υἱός μου εἶ σύ· γνησιότητα ἐμφανίζων, σημαίνει μὴ εἶναι αὐτοῦ γνησίους υἱούς ἄλλους τινὰς παρ' αὐτόν. Τί δὲ καὶ τὸ, Ἐκ γιστρὸς πρὸ Ἐωσφέρου ἐγέννησά σε; Ὅχι ἀντικρὺς τῆς πατριτικῆς μαριεύσεως φυσικῆν ἐνδείκνυται υἰότητα, οὐ τρόπων ἐπιμελεῖα καὶ προκοπῆς ἀσκήσει, ἀλλὰ φύσεως ἰδιώματι ταύτην λαχόντος; Ὅθεν καὶ ἀμετάπτωτων ἔχει τὴν υἰότητα ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Πατρὸς· τὴν δὲ τῶν λογικῶν υιοθεσίαν, οὐ κατὰ φύσιν ὑπάρχουσαν αὐτοῖς, ἀλλὰ τρόπων ἐπιτηδειότητι καὶ δωρεᾷ Θεοῦ, καὶ μεταπτώτην ὡς ὁ λόγος· Ἰδόντες γὰρ οἱ υἱοὶ τοῦ Θεοῦ τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων, ἔλαβον ἑαυτοῖς γυναικας, καὶ τὰ ἐξῆς· καὶ, Υἱοὺς ἐγέννησα καὶ ἔψῳσα· αἱτοὶ δὲ με ἠθέτησαν, διὰ Ἡσαίου εἰρηκέναι τὸν Θεὸν ἐδιδάχθημεν.

IX. Πολλὰ λέγειν ἔχων, ἀγαπητοί, παρέρχομαι,

¹⁶ II Cor. vi, 14, 15. ¹⁷ Prov. xxx, 49. ¹⁸ I Cor. x, 4. ¹⁹ Rom. viii, 32. ²⁰ Matth. iii, 17. ²¹ Psal. ii, 7. ²² Psal. cix, 3. ²³ Gen. vi, 2. ²⁴ Isa. i, 2.

(22) Μέγρι πρὸς ἔννοιαν. In codice Allatii legitur *μέγρις ἔννοιαν*, omissa altera præpositione. Utamque tamen vocem agnoscit Epiphanius Scholasticus, qui sic vertit: *Impossibile est vel usque ad opinionem invenire vias serpentis*.

(23) Καὶ νομίμοις ἐντολαῖς. In codice Leonis Allatii scriptum est καὶ νομίμοις ἐντολαῖς. Quam scripturam in editione sua amplexus est Jacobus Sirmondus, et hunc locum ita vertit: *Qui autem ejus sunt creaturæ, homines et angeli, et benedictionem acceperunt, ut proficerent virtutem exercentes, et mandatorum leges ne peccarent*. Atque hanc lectionem, re attentius examinata, veriorē puto. Ait enim Alexander, Deum duas res tradidisse hominibus et angelis, ut in virtute progressus facere possent. Et mandata quidem legis ad hoc prosunt, ne crimina admittant quæ lege prohibita sunt. Benedictio vero ad hoc prodest, ut in virtutis exercitatione quotidie proficiant. Sed occurrit hoc loco difficultas. Angelis enim profectum attribuit, cujus

D tamen minime capax videtur eorum natura. Totos enim sese applicant angeli ad id quod semel amplexi sunt; nec paulatim progrediuntur ad id quod eligunt; sed primo impetu ad summum fastigium perveniunt, ita ut nec ulterius progredi, nec retro reverti valeant. Materix enim expertes sunt, quæ infirmitatem et inconstantiam gignit. Dicendum tamen est, angelos ita primum creatos esse a Deo, ut essent mutabiles, et virtutis capaces ac vitii, utque proficere possent in melius, aut in deterius labi. Hanc fuisse sententiam veterum theologorum, tum ex Alexandro patet, tum ex eo quod Arius ac cæteri asserebant, Filium Dei mutabilem esse, et virtutis ac vitii capacem. Nec ullus Catholicorum eis unquam objecit, angelos non esse mutabilis naturæ. Sciebant enim id proprium esse solius Dei, qui in sacris litteris diserte ait: *Ego sum, et non mutor*. Angeli vero licet difficile mutentur, mutationi tamen obnoxii sunt.

φορτικὸν εἶναι νομισας, διὰ πλειόνων διδασκάλους ὁμόφρονας ὑπομιμνήσκειν. Αὐτοὶ γὰρ θεοδιδάκτοί ἐστε, οὐκ ἀγνοοῦντες ὅτι ἡ ἐναγχος ἐπαναστάσα τῇ ἐκκλησιαστικῇ εὐσεβείᾳ διδασκαλίᾳ, Ἐβλιωνός ἐστι καὶ Ἄρτεμα, καὶ ζῆλος τοῦ κατὰ Ἀντιόχειαν Παύλου τοῦ Σαμοσατέως, συνόδῳ καὶ κρίσει τῶν ἀπανταχοῦ ἐπισκόπων ἀποκηρυχθέντος τῆς Ἐκκλησίας· ὃν διαδεξιόμενος Λουκιανός, ἀποσυνάγωγος ἔμεινε τριῶν ἐπισκόπων (24) πολυετεῖς χρόνους. Ὡν τῆς ἀσεβείας τὴν τρύφα ἐβροφηκότες, νῦν ἡμῖν οἱ ἐξ οὐκ ὄντων ἐπεφύησαν, τὰ ἐκείνων κερυμμένα μοσχεύματα, Ἄρειός τε καὶ Ἀχιλλᾶς, καὶ ἡ τῶν σὺν αὐτοῖς ποιηρευομένων σύνοδος. Καὶ οὐκ οἶδ' ὅπως ἐν Συρίᾳ χειροτονηθέντες ἐπίσκοποι τρεῖς (25) διὰ τοῦ συναινεῖν αὐτοῖς, ἐπὶ τὸ χεῖρον ὑπεκκαλοῦσι· περὶ ὧν ἡ κρίσις ὑπανακείσθω (26) τῇ ὑμετέρᾳ δοκιμασίᾳ. Οἱ τὰς μὲν τοῦ σωτηρίου πάθους, ταπεινώσεώς τε καὶ κενώσεως καὶ τῆς καλουμένης αὐτοῦ πτωχείας, καὶ ἰν ἐπικτητούς ὁ Σωτὴρ δι' ἡμᾶς ἀνεδέξατο φωνάς, διὰ μνήμης ἔχοντες, παρατίθενται ἐπὶ παραγραφῇ τῆς ἀνωτάτω καὶ ἀργῆθεν αὐτοῦ θεότητος. Τῶν δὲ τῆς φυσικῆς αὐτοῦ δόξης τε καὶ εὐγενείας καὶ παρὰ τῆ Πατρὸς μονῆς σημαντικῶν λόγων ἐπιλήρημονες γεγόρασιν· οἷόν ἐστι τὸ, Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἓν ἔσμεν. Ὅπερ φησὶν ὁ Κύριος, οὐ Πατέρα ἑαυτὸν ἀναγορεύων, ἰδὲ τὰς τῇ ὑποστάσει δύο φύσεις (27) μίαν εἶναι σαφηνίζων· ἀλλ' ὅτι τὴν πατρικὴν ἐμφέρειαν ἀκριδῶς πέφυκε σώζειν ὁ Υἱὸς τοῦ Πατρὸς, τὴν κατὰ πάντα ὁμοίότητα αὐτοῦ ἐκ φύσεως ἀπομαξάμενος, καὶ ἀπαράλλακτος εἰκὼν τοῦ Πατρὸς τυγχάνων, καὶ τοῦ πρωτοτύπου ἔκτυπος χαρακτήρ. Ὅθεν καὶ τῷ τηνικαῦτα ποθοῦντι ἰδεῖν Φιλίππῳ ἀφθόνως ὁ Κύριος ἐμφανίζει, πρὸς ὃν λέγοντα· Δεῖξον ἡμῖν τὸν Πατέρα, λέγει· Ὁ ἑωρακίως ἔμῃ, ἑώρακε τὸν Πατέρα· ὡσπερ δι' ἐσόπτρου ἀκτιλιώτου καὶ ἐμφύχου θείας εἰκόνος, αὐτοῦ θεωρουμένου τοῦ Πατρὸς. Ὡν ὁμοιον ἐν Ψαλμοῖς οἱ ἀγῶτατοὶ φασιν· Ἐν τῷ φωτὶ σου

²⁴ Joan. x, 30. ²⁶ Joan. xiv, 8, 9.

(24) Ἀποσυνάγωγος ἔμεινε τριῶν ἐπισκόπων. Hujus verbi vim non intellexerunt interpretes. Quos secutus Baronius ad annum 318 scribit, Lucianum a tribus episcopis sibi continue succedentibus, Ecclesia ejectum fuisse. Atqui non hoc dicit Alexander, sed tantum ait Lucianum schisma fecisse in Antiochensi Ecclesia, et sub tribus episcopis continue sibi succedentibus collectas scorsum celebrasse. Id enim significat vox ἀποσυνάγωγος. Iaque Eriphanius Scholasticus non male hunc locum interpretatus est hoc modo, cui succedens Lucianus, extra synagogas mansit trium episcoporum plurimo tempore. Basilii in epistola prima ad Amphibolochium παρασυναγωγῆν usurpat eodem sensu, ubi distinguit inter hæresim, et schisma, et παρασυναγωγῆν. Παρασυναγωγὰς autem ait esse illegitimos conventus, qui sunt ab immorigeris presbyteris vel episcopis et laicis. Verbi gratia, si quis criminis convictus, et a ministerio sacro suspensus, judicio conpareat, sed ministerium suum obire velit, et populum colligat. Inter παρασυναγωγῆν autem et schisma parum distat. Porro causa schismatis Luciano fuit doctrina Pauli Samosatensis quam defendebat, ut docet Alexander. Cujus gratia diu separavit se a tribus episcopis, Domno, Tymæo ac

A consulte prætereo, quippe qui importunum esse ducam, doctores qui nobiscum consentiunt, pluribus admonere. Ipsi enim a Deo docti estis: nec ignoratis, eam doctrinam quæ adversus ecclesiasticam pietatem nuper caput extulit, Ebionis esse et Artemæ: nec aliud esse, quam imitationem Pauli Samosateni, Antiochiæ episcopi, qui omnium ubique episcoporum concilio ac judicio ab Ecclesia remotus est. Cui succedens Lucianus, pluribus annis a communionem trium episcoporum sese abjunctit. Horum impietatis faciem cum hausissent, nuper nobis orti sunt Exucontii, occulta illorum germina, Arius scilicet et Achilles, et reliqua impiorum istis adhærentium turba. Ac nescio quo modo ordinati in Syria tres episcopi, illis consentiendo, eos ad pejora incitant. Quorum judicium vestro examini reservetur. Qui salutaris passionis et abjectionis atque exinanitionis et paupertatis quam vocant, eorum denique omnium quæ Servator nostra causa suscepit, ascititias voces memoria retinentes, eas ad supremam æternamque illius divinitatem refellendam afferunt. Eorum autem verborum quæ naturalem ejus gloriam ac nobilitatem et apud Patrem mansionem designant, prorsus immemores sunt. Cujusmodi est illud ²⁵: *Ego et Pater, unum sumus*. Quod quidem Dominus dicit, non quo se ipsum Patrem renuntiet, nec quo duas personas unam esse demonstret; sed quoniam Patris Filius expressam Patris similitudinem exactissime servat, quippe qui omninodam ejus similitudinem a natura impressam habeat, sitque imago Patris nulla in re discrepans, et primitivi exemplaris expressa figura. Unde etiam Philippo tunc videre cupienti Dominus abunde comonstrat. Dicenti enim: *Ostende nobis Patrem*, respondet: *Qui vidit me, vidit et Patrem* ²⁶: quippe cum per purissimum et animatum speculum divinæ imaginis ipse conspiciatur. Quibus similè

Cyrillo. Tantum vero ad unitatem Ecclesiæ reversus est, ut ex Alexandro colligitur. Neque enim eum usque ad exitum vitæ in schismate mansisse Alexander scribit, sed tantum longo tempore separatum fuisse. Cæterum hanc vocem ἀποσυνάγωγος mutatus est Alexander ex Joannis Evangelio, cap. xvi, ubi Christus prædicat apostolis suis, quod Judæi ipsos e synagogis suis ejecturi essent, ἀποσυναγωγὸς ποιήσουσιν ὑμᾶς.

(25) Ἐν Συρίᾳ χειρ. ἐπίσκοποι τρεῖς. Intelligit Eusebium Casarææ Palæstinæ episcopum, Theodotum Laodiceæ et Paulinum Tyri. Hos enim anathemate damnatos fuisse ab Alexandro Alexandriae episcopo, testatur Arius in epistola ad Eusebium Nicomediensem episcopum, quæ refertur a Theodorito, *Hist. eccl.* lib. 1, cap. 5.

(26) Ὑπανακείσθω. In codice Leonis Allatii, et in Regio J. Pini, et in editione Basiliensi legitur ἀνακείσθω. Quomodo etiam scribitur apud Nicephorum.

(27) Τὰς τῇ ὑποστάσει δύο φύσεις. Duas naturas dicit Alexander, non simpliciter et absolute duas, sed personaliter duas, eo quod in duabus personis existat una natura. Quare φύσις ἐν ὑποστάσει idem est quod persona.

est id quod sancti dicunt in Psalmis : *In lumine tuo videbimus lumen* 27. Quocirca qui honore afficit Filium, simul honore afficit Patrem; et qui honorat Patrem, honorat etiam Filium 28 : et quidem merito. Omne enim impium verbum quod profertur in Filium, ad personam Patris pertinet.

X. Post hæc vero, fratres charissimi, cui mirum videatur id quod scripturus sum, si calumnias ab illis confictas adversus me et adversus religiosissimam plebem exposuero? Nam qui divinitatem Filii Dei oppugnare aggressi sunt, nos quoque ingrato animo conviciis appetere non verentur. Qui nec ullos ex antiquis sibi comparari volunt : nec eos quibus nos ab ineunte ætate magistris usi sumus, exæquari sibi patiuntur. Sed nec ullum ex omnibus qui hodie sunt collegæ nostri, ad mediocre scientiam pervenisse censent : solos sapientes ac nihil possidentes, solos dogmatum inventores se esse jactantes, sibi que solis ea revelata esse, quæ nemini unquam eorum qui sub cælo sunt, in mentem venerint. O impiam arrogantiam! o vesaniam immensam! o inanem gloriam, atra bile percitis convenientem! o superbia Satanae, quæ sceleratis eorum mentibus insedit! Non illis pudorem incussit veterum Scripturarum perspicuitas religiosa : nec collegarum nostrorum consentiens de Christo doctrina audaciam eorum adversus illum repressit. Quorum impietatem ne ipsi quidem dæmones laturi sunt, quippe qui cavent, ne quam adversus Filium Dei impiam vocem emittant.

XI. Atque hæc pro virili parte nunc a nobis disputata sint adversus eos qui in imperita materia tanquam in pulvere volutati, Christum impugnare aggressi sunt, et nostram erga illum pietatem calumniari instituerunt. Aiunt enim isti ineptarum fabularum inventores nos, qui impiam et nullo Scripturarum testimonio fultam blasphemiam ex non exstantibus aversamur, duo ingenita asserere. Duorum enim alterum necessario esse dicendum affirmant imperiti : aut illum ex non exstantibus esse, aut certe duo esse ingenita : nec intelligunt rudes atque ignari, multum interesse inter Patrem ingenitum, et res ab illo creatas ex nihilo, tam ratio-

27 *Psal. xxxv, 10.* 28 *Joan. v, 23.*

(28) *Τιμῆ τὸν Πατέρα.* Epiphanius Scholasticus quædam hic addit quæ non leguntur in Græco. Sic enim habet : *Quapropter et qui honorat Patrem, honorat et Filium, et qui honorat Filium, honorat et Patrem, et recte.* Quam lectionem confirmant sequentia. Itaque error videtur librariorum, qui hanc pericopen omiserunt decepti vocum similitudine.

(29) *Καὶ μελαγχολικῆς ἡρμουςμένης δόξης.* Lego μελαγχολικοῖς, quemadmodum edidit Jacobus Sirmundus : cujus tamen factum probare non possum, in eo quod lectionem nullius scripti codicis auctoritate firmatam in textum admittere non dubitavit : quam ad latus editionis suæ rejicere, aut in adnotationibus referre potius conveniebat. Apud Nicephorum, in lib. viii, cap. 7, legitur καὶ μελαγχολικῆς δόξης, omissa voce ἡρμουςμένης.

(30) *Ἀποκριώσαντος.* In manuscripto codice Henrici Savillii scriptum est ἐνσπικώσαντος. Epi-

ἀψόμεθα φῶς. Διὸ δὴ καὶ ὁ τιμῶν τὸν Υἱὸν, τιμᾷ τὸν Πατέρα (28), καὶ εἰκότως : πᾶσα γὰρ ἀσεθεῆς φωνὴ εἰς τὸν Υἱὸν λέγεσθαι τολμωμένη, εἰς τὸν Πατέρα τὴν ἀναφορὰν ἔχει.

X. Καὶ τί λοιπὸν ἔτι θαυμαστὸν ὃ μέλλω γράφειν, ἀγαπητοί, εἰ τὰς κατ' ἐμοῦ ψευδεῖς διαβολὰς καὶ τοῦ εὐσεβεστάτου ἡμῶν λαοῦ ἐκθήσομαι; Οἱ γὰρ κατὰ τῆς θεότητος τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ παραταξάμενοι, οὐδὲ τὰς καθ' ἡμῶν ἀχαρίστους παροινίας παραιτοῦνται λέγειν· οἳ γε οὐδὲ τῶν ἀρχαίων τινὰς συγκρίνειν ἑαυτοῖς ἀξιούσιν, οὐδὲ οἷς ἡμεῖς ἐκ παιδῶν ὠμιλήσαμεν διδασκάλους, ἐξισοῦσθαι ἐνέχονται. Ἄλλ' οὐδὲ τῶν νῦν πανταχοῦ συλλειτουργῶν τινα εἰς μέτρον σοφίας ἡγοῦνται· μόνοι σοφοὶ καὶ ἀκτῆμονες, καὶ δογματῶν εὐρεταὶ λέγοντες εἶναι, καὶ αὐτοῖς ἀποκεκαλύφθαι μόνοις, ἄπερ οὐδενὶ τῶν ὑπὸ τὸν ἥλιον ἐτέρῳ πέφουκεν ἔλθειν εἰς ἔννοιαν. Ὡ ἀνοστοῦν τύφου καὶ ἀμέτρου μαρτίας, καὶ μελαγχολικῆς ἡρμουςμένης δόξης (29) κενῆς, καὶ σατανικοῦ φρονήματος, εἰς τὰς ἀνοσίους αὐπῶν ψυχὰς ἀποσκορῶσαντος (30)! Οὐ κατήδεσεν αὐτοὺς ἡ τῶν ἀρχαίων Γραφῶν φιλόθεος σαφήνεια· οὐδὲ ἡ τῶν συλλειτουργῶν σύμφωνος περὶ Χριστοῦ εὐλάβεια τὴν κατ' αὐτοῦ θρασύτητα αὐτῶν ἡμαῦρῶσεν (31). Ὡν οὐδὲ τὰ δαιμόνια τῆς ἀνοσιουργίας ἀνέξεται, φωνὴν βλάσφημον κατὰ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ εἰπεῖν φυλαττόμενα.

XI. Ταῦτα μὲν οὖν ἡμῖν κατὰ τὴν παρούσαν δύναμιν ἐπατηρεῖσθω, πρὸς τοὺς ἀπαιδεύτω ὕλη (32) κατὰ τοῦ Χριστοῦ κονισαμένους, καὶ τὴν εἰς αὐτὸν εὐσέβειαν ἡμῶν συκοφαντεῖν προθεμένους. Φασὶ γὰρ ἡμᾶς οἱ φληγάφων ἐφευρεταὶ μύθων, ἀποστρεφόμενους τὴν ἐξ οὐκ ὄντων ἀσεθεῆ καὶ ἀγραφον κατὰ Χριστοῦ βλασφημίαν, ἀγέννητα διδάσκειν δύο. Δυσὶν ἄτερον λέγοντες δεῖν εἶναι οἱ ἀπαιδεῦτοι, ἢ ἐξ οὐκ ὄντων αὐτὸν εἶναι φρονεῖν, ἢ πάντως ἀγέννητα λέγειν δύο· ἀγνοοῦντες οἱ ἀνάσκατοι, ὡς μακρὸν ἂν εἴη μεταξὺ Πατρὸς ἀγέννητου, καὶ τῶν κτισθέντων ὑπ' αὐτοῦ ἐξ οὐκ ὄντων, λογικῶν τε καὶ ἀλόγων. Ὡν μεσιτεύουσα φύσις μονογενῆς (33), δι' ἧς τὰ ὅλα ἐξ οὐκ

phanius Scholasticus legisse videtur ἀποσκορῆσαντος. Sic enim vertit : *Sapientia Satanae in animas eorum nequissimas vehementer insiliens.*

(31) *Ἡμαῦρῶσεν.* Codex Leonis Allatii habet ἡμέρῶσεν. Atque ita prorsus legit Epiphanius Scholasticus, ut ex interpretatione ejus apparet. Sic enim vertit : *Non ministrorum concors reverentia de Christo, ferocitatem eorum mansuefecit.*

(32) *Ἀπαιδεύτω ὕλη.* Sic vocat dialecticas argumentationes, quibus utebatur Arius adversus Christi divinitatem. In codice tamen Allatii pro ὕλη legitur ὕλακῃ, id est *latratu*, quod non probo.

(33) *Ὡν μεσιτεύουσα φύσις μονογενῆς.* Benigne intelligendum est quod hoc loco ait Alexander, naturam unigenitam mediam esse inter Patrem ingenitum et creaturas. Ubi naturam sumit pro persona. Intelligit enim φύσιν ἐν ὑποστάσει, ut paulo ante locutus est Alexander. Mediam autem vocat

δυναν ἐποίησεν ὁ Πατήρ τοῦ Θεοῦ Λόγου· ἢ ἐξ αὐτοῦ Α τοῦ δυντος Πατρός γεγέννηται· ὡς καὶ αὐτός που διεμαρτύρατο λέγων ὁ Κύριος, Ὁ ἀγαπῶν τὸν Πατέρα, ἀγαπᾷ καὶ τὸν Υἱὸν τὸν γεγεννημένον ἐξ αὐτοῦ.

XII. Περὶ ὧν ἡμεῖς οὕτως πιστεύομεν, ὡς τῇ ἀποστολικῇ Ἐκκλησίᾳ δοκεῖ· Εἰς μόνον ἀγέννητον Πατέρα, οὐδένα τοῦ εἶναι αὐτῷ τὸν αἴτιον ἔχοντα, ἀρεπτόν τε καὶ ἀναλλοίωτον, ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχοντα, οὔτε προκοπὴν, οὔτε μείωσιν ἐπιδεχόμενον· Νόμου καὶ Προφητῶν καὶ Εὐαγγελίων δοτήρα, πατριαρχῶν καὶ ἀποστόλων, καὶ ἀπάντων ἁγίων Κυρίου. Καὶ εἰς ἓνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν, τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν μονογενῆ, γεννηθέντα οὐκ ἐκ τοῦ μηδυντος, ἀλλ' ἐκ τοῦ δυντος Πατρός, οὐ κατὰ τὰς τῶν σωμάτων ὁμοιότητος, ταῖς τομαῖς ἢ ταῖς ἐκ διαιρέσεων ἀπορροαῖς, ὡσπερ Σαθελλίῳ καὶ Βαλεντίνῳ δοκεῖ· ἀλλ' ἀρρήτως καὶ ἀνεκδιηγήτως, κατὰ τὸν εἰπόντα, ὡς ἀνωτέρω παρεθήκαμεν, *Τὴν γεγεῖν αὐτοῦ τίς διηγήσεται*; Τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ πάση τῇ γεννητῇ φύσει (34) ἀπεριεργάστου τυγανούσης, καθὼς καὶ αὐτός ὁ Πατήρ ἀπεριεργάστός ἐστι, διὰ τὸ μὴ χωρεῖν τὴν τῶν λογικῶν φύσιν, τῆς πατρικῆς θεογονίας τὴν εἰδῆσιν· ἅπερ οὐ παρ' ἐμοῦ δεῖ μαθεῖν ἀνδρας τῷ τῆς ἀληθείας πνεύματι κινουμένους, ὑπηχοῦσης ἡμᾶς καὶ τῆς φθατάσης Χριστοῦ περὶ τοῦτου φωνῆς καὶ διδασκουσης· *Οὐδεὶς οἶδε τίς ἐστὶν ὁ Πατήρ, εἰ μὴ ὁ Υἱός· καὶ οὐδεὶς οἶδε τίς ἐστὶν ὁ Υἱός, εἰ μὴ ὁ Πατήρ*. Ἄρεπτον τοῦτον καὶ ἀναλλοίωτον ὡς τὸν Πατέρα, ἀπροσδεῖ, καὶ τέλειον Υἱὸν, ἐμφερῆ τῷ Πατρὶ μεμαθήκαμεν, μόνῳ τῷ ἀγεννήτῳ κειπόμενον ἐκεῖνον. Εἰκὼν γάρ ἐστιν ἀπηκριβωμένη, καὶ ἀπαράλλακτος τοῦ Πατρός. Πάντων γὰρ εἶναι τὴν εἰκόνα (35) πλήρη, δι' ὧν ἡ μεῖζων ἐμφερέα δῆλον, ὡς αὐτός ἐπαίδευσεν ὁ Κύριος· Ὁ Πατήρ μου, λέγων, *μεῖζων μου ἐστὶ*. Καὶ κατὰ τοῦτο καὶ τὸ ἀεὶ εἶναι τὸν Υἱὸν ἐκ τοῦ Πατρός πιστεύομεν. Ἀπαύγασμα γάρ ἐστι τῆς δόξης, καὶ χαρακτήρ τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως. Ἀλλὰ μὴ τις τὸ ἀεὶ πρὸς ὑπόνοϊαν Ἀγεννήτου λαμβανέτω, ὡς οἴονται οἱ τὰ ψυχῆς αἰσθητήρια πεπηρωμένοι. Οὕτε γὰρ τὸ ἦν, οὔτε τὸ ἀεὶ, οὔτε τὸ πρὸ αἰώνων, ταῦτόν ἐστι τῷ Ἀγεννήτῳ. Ἄλλ' οὐδ' ἐτιοῦν ἀνθρώπων ἔνοια ὀνοματοποιῆσαι ἀπουδάσει, δηλοῖ τὸ ἀγέννητον. Ὡς καὶ ὡμᾶς οὕτως ἐκδέχεσθαι πιστεύω, καὶ τεθάρρηχα τῇ περὶ πάντων ὡμῶν ὀρθῇ προθέσει, κατὰ μηδένα τρόπον τοῦτων τῶν ὀνομάτων τὸ ἀγέννητον δηλούντων. Ἔοικε γάρ

nales quam rationis expertes. Inter quæ duo medium obtinens unigenita natura Dei Verbi per quam Pater universa condidit ex nihilo, ex ipso vero Patre progenita est. Sicut ipse Dominus quodam loco testatus est his verbis ²⁹ : *Qui diligit Patrem, diligit etiam Filium qui ex eo genitus est.*

XII. De quibus nos ita credimus, quemadmodum apostolica sentit Ecclesia : In unum ingenum Patrem, qui a nullo causam habet essentiae suæ : nec conversioni obnoxium nec mutationi, qui semper eodem modo se habet, nec profectum nec diminutionem admittit : qui Legem et Prophetas et Evangelia nobis dedit : qui Dominus est patriarcharum et apostolorum sanctorumque omnium, Et in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei unigenitum : non ex nihilo genitum, sed ex eo qui Pater est ; non corporum more, per incisiones aut defluxus divisionum, quemadmodum Sabellio videtur et Valentino, sed inexplicabili et inenarrabili quodam modo, juxta prophetæ verba ³⁰ quæ supra retulimus : *Generationem ejus quis enarrabit?* Quippe cum ejus subsistentiam nulla mortalis natura pervestigare possit, sicut nec Pater ab ullo investigari potest ; propterea quod rationalis natura modum divinæ illius ex Patre generationis percipere haudquaquam valet. Verum homines qui Spiritu veritatis moventur, non opus habent ista a me discere, cum auribus nostris insonent verba jam olim a Christo hac de re prolata, nosque ita doceant : *Nemo novit Patrem nisi Filius, et nemo novit quis sit Filius nisi Pater* ³¹. Hunc conversionis ac mutationis expertem perinde ac Patrem, nullius egentem, et perfectum Filium, Patrisque similem esse didicimus, hoc solo inferiorem Patre, quod ingenuus non est. Est enim imago Patris exactissima et in nullo discrepans. Quippe liquet, eum imaginem esse plene omnia continentem, quibus maxima similitudo declaratur, sicut ipse Dominus docuit, cum ait : *Pater major me est.* ³² Et secundum hoc Filium e Patre semper existere credimus. *Est enim splendor paternæ gloriæ, et figura substantiæ ejus* ³³. Sed nemo eam vocem *semper* ad suspicionem trahat Ingeniti, sicut existimant ii qui sensus animi obcaecos habent. Nam nec verbum *erat*, nec *semper*, nec *ante sæcula* idem est quod Ingenitum. Sed neque aliud ullum vocabulum humana mens comminisci potest quod significet ingenuum. Atque ita vos intelligere credo, vestroque in omnibus re-

²⁹ I Joan. v, 1. ³⁰ Isa. LIII, 8. ³¹ Matth. xi, 27. ³² Joan. xiv, 28. ³³ Hebr. i, 3.

naturam unigenitam, non quod Unigenitus inferior sit Patre, sed quod per illum omnia facit Pater, ut ait Joannes evangelista. Unde δι' οὐ proprie tribuitur Filio, quemadmodum notat Basilius in libro De Spiritu sancto.
(34) Πάση τῇ γεννητῇ φύσει. Malim scribere γεννητῇ, quemadmodum legisse videtur Epiphanius. Vertit enim, *omni creatæ naturæ imperscrutabili*, etc.
(35) Πάτων γάρ εἶναι τὴν εἰκόνα. In codice Saviliano et in editione Basiliensi verbum interseritur hoc modo, πάντων γὰρ εἶναι δεῖ τὴν εἰκόνα

πλήρη. Atque ita legisse videtur Epiphanius Scholasticus. Sic enim vertit, *et omnino imaginem convenit esse plenam eorum, per quæ non desit aliquid ab æqualitate ejus cujus imago est.* Sed et Christophorus eandem scripturam in libris suis repererat, nisi quod δεῖν in illis exemplaribus legebatur, melius fortasse. Refertur enim ad vocem δῆλον quæ sequitur. Quod si δεῖ legere malimus, tum scribendum erit δηλοῦται, ut legitur in codice Leonis Allatii, pro δῆλον.

cio consilio ac proposito confido, quandoquidem hæc verba nullatenus ingenitum significant. Etenim hæc verba nihil aliud videntur esse quam temporis productio : sed divinitatem , et quasi antiquitatem Unigeniti pro dignitate exprimere non possunt : a sanctis autem viris prolata sunt, dum singuli hoc mysterium pro captu suo nituntur exprimere, veniam petentes ab auditoribus, cum justa ac probabili excusatione dicendo : Huc usque pertigimus. Quod si qui sunt, qui ab ore mortali vocem aliquam expectent præstantiorem humano sensu captuque, abolita esse, dicentes, ea quæ ipsis ex parte sunt cognita; longe profecto inferius est illorum spe atque expectatione verbum erat, et semper, et ante sæcula. Et quidquid tandem prolatum fuerit, non idem est cum Ingenito. Itaque Patri quidem ingenito propriam dignitatem servare oportet, nullam eum habere existentiam suæ causam profutendo : Filio vero competens honor tribuendus est, principio carentem ex Patre generationem ei assignando, cultumque ei, sicut diximus, exhibendo; ita ut tantummodo erat, et semper, et ante sæcula, pie ac religiose de illo prædicemus: divinitatem quidem ejus nequaquam rejicientes, sed imagini atque exemplari Patris respondentem in omnibus similitudinem ei ascribentes. Solum vero ingenitum Patris proprium esse dicamus, cum et ipse Servator dixerit ³⁴ : *Pater major me est*. Præter hanc autem piam de Patre et Filio sententiam, unum insuper Spiritum sanctum, ut divina Scripturæ nos docent, confitemur; qui et sanctos homines Veteris Testamenti, et divinos doctores ejus quod Novum appellatur, innovavit. Unam præterea ac solam catholicam, apostolicam Ecclesiam: quæ æsemper quidem inexpugnabilis est, licet universus orbis eam oppugnet: victrix autem est omnis impiæ factionis hæreticorum, qui adversus ipsam consurgunt. Quippe Sponsus illius animos nostros confirmavit his verbis : *Confidite, ego vici mundum* ³⁵. Ad hæc novimus resurrectionem mortuorum; cujus primitiæ fuit Dominus noster Jesus Christus, qui carnem revera gestavit, non sola specie, sumptam ex Maria Deipara : qui in fine sæculorum, ut peccatum tolleretur, ad humanum genus advenit, D crucique fixus et mortuus est: nec tamen idcirco divinitatis suæ detrimentum sensit: suscitatus ex mortuis, assumptus in cælum, sedensque ad dexteram majestatis.

³⁴ Joan. xiv, 28. ³⁵ Joan. xvi, 33.

(36) *Διὰ τοῦ λέγειν· Εἰς ἃ ἐφθάσαμεν*. Hic locus ita cum Christophorono dilucidius vertendus videtur : *Eatenus de his rebus institutum, quatenus mentis nostræ vis consequi potuit*.

(37) *Τὰ ἐκ μέρους αὐτοῖς γνωρισθέντα*. In mss. codicibus Regio, Allatiano et Saviliano, et in editione Basiliensi scriptum est *γνωσθέντα*. Videtur autem alludere Alexander ad locum Pauli apostoli in Epistola prima ad Corinth., *ex parte cognoscimus et ex parte prophetamus*. Ita certe hunc locum exposuit Epiphanius Scholasticus.

(38) *Τῷ Πατρὶ μόνον ἰδιώμα*. In codice Leonis Allatii scriptum est *μόνον*. Sed reliqui codices vulgatam scripturam tuentur.

οἰοεὶ χρόνων εἶναι παρέκτασις ταῦτα τὰ ὀνόματα, τὴν μέντοι κατ' ἄξιαν τοῦ Μονογενοῦς θεότητα, καὶ οἶον ἀρχαιότητα σημαίνειν μὴ δυνάμενα· τῶν δὲ ἁγίων ἀνδρῶν ὡς δυνάμεις ἐκάστω ἐμφανίσει τὸ μυστήριον βιαζομένων, καὶ συγγνώμην αἰτούτων παρὰ τῶν ἀκροατῶν δι' εὐλόγου ἀπολογίας, (36) διὰ τοῦ λέγειν· Εἰς ἃ ἐφθάσαμεν. Εἰ δέ τι παρὰ τὸ ἀνθρώπινον, διὰ χειλέων φθέγμα μεῖζόν τι προσδοκῶσιν οἱ ἄνδρες, τὰ ἐκ μέρους αὐτοῖς γνωρισθέντα (37) καταργεῖσθαι λέγοντες, δῆλον ὅτι πολὺ τοῦ ἐλπιζομένου λείπεται τὸ ἦν, καὶ τὸ ἀεὶ, καὶ τὸ πρὸ αἰώνων· ὅπερ δ' ἂν ἦ, οὐκ ἔστι ταῦτόν τῷ Ἀγεννήτῳ. Οὐκοῦν τῷ μὲν ἀγεννήτῳ Πατρὶ, οἰκτεῖον ἀξίωμα φυλακτέον, μηδὲνα τοῦ εἶναι αὐτῷ τὸν αἴτιον λέγοντας· τῷ δὲ Υἱῷ τὴν ἀρμόζουσαν τιμὴν ἀπονεμητέον, τὴν ἀναρχον αὐτῷ παρὰ τοῦ Πατρὸς γέννησιν ἀνατιθένας, καὶ ὡς ἐφθάσαμεν, αὐτῷ σέβας ἀπονέμοντες, μόνον εὐσεβῶς καὶ εὐφήμως τὸ ἦν, καὶ τὸ ἀεὶ, καὶ τὸ πρὸ αἰώνων λέγοντες ἐπ' αὐτοῦ τὴν μέντοι θεότητα αὐτοῦ μὴ παραιτούμενοι, ἀλλὰ τῇ εἰκόνι καὶ τῷ χαρακτήρι τοῦ Πατρὸς ἀπηκριθωμένην ἐμφέρειαν κατὰ πάντα ἀνατιθένας. Τὸ δὲ ἀγέννητον τῷ Πατρὶ μόνον ἰδιώμα (38) παρεῖναι δοξάζοντες, ἅτε δὲ καὶ αὐτοῦ φάσκοντος τοῦ Σωτῆρος· Ὁ Πατὴρ μου μεῖζον μου ἐστὶ. Πρὸς δὲ τῇ εὐσεβείᾳ ταύτῃ περὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ δόξη, καθὼς ἡμᾶς αἱ θεαὶ Γραφαὶ διδάσκουσιν, ἐν Πνεύμα ἁγίῳ ὁμολογοῦμεν, τὸ καινίσαν (39) τοὺς τε τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης ἁγίους ἀνθρώπους, καὶ τοὺς τῆς χρηματισούσης Καινῆς παιδευτάς θείους. Μίαν καὶ μόνην καθολικὴν, τὴν ἀποστολικὴν Ἐκκλησίαν· ἀκαθαίρετον μὲν ἀεὶ, καὶν πᾶς ὁ κόσμος αὐτῇ πολεμεῖν βουλεύεται (40)· νικηφόρον δὲ πάσης τῆς τῶν ἑτεροδόξων ἀσεβειστάτης ἐπαναστάσεως, εὐθαρσεῖς ἡμᾶς κατασκευάσαντος (41) τοῦ Οἰκοδεσπότου αὐτῆς, διὰ τοῦ βοᾶν· *Θαρσεῖτε, ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον*. Μετὰ τοῦτο τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν οἶδαμεν· ἥς ἀπαρχὴ γέγονεν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, σῶμα φερέσας ἀληθῶς καὶ οὐ δοκῆσει, ἐκ τῆς Θεοτόκου Μαρίας, ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων εἰς ἀθέτησιν ἀμαρτίας ἐπιδημήσας τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων, σταυρωθεὶς καὶ ἀποθανὼν, ἀλλ' οὐ διὰ ταῦτα τῆς ἑαυτοῦ θεότητος ἤττων γεγεννημένος· ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν, ἀναληφθεὶς ἐν οὐρανοῖς, καθήμενος ἐν δεξιᾷ τῆς με-

(39) *Τὸ καινίσαν*. In codice Leonis Allatii et in Regio J. Pini scriptum est *κινήσαν*, quam scripturam licet reliqui codices refutent, haud tamen sperendam puto.

(40) *Αὐτῇ πολεμεῖν βουλεύεται*. In manuscripto codice Savillii, et in editione Basiliensi scriptum est *βούληται*. Sed et in codice J. Pini scriptum inveni *πολεμεῖν αὐτῇ βούληται*.

(41) *Εὐθαρσεῖς ἡμᾶς κατασκευάσαντος*. Magis placet scriptura, quam in codice Allatiano, et in Basiliensi editione reperi, *κατασκευάζοντος*. Confirmat hanc lectionem Epiphanius Scholasticus, qui sic vertit, *securos nos faciente patrefamilias ejus*, etc. In codice item regio J. Pini ita scribitur.

XIII. Ταῦτα ἐκ μέρους ἐνεχάραξα τῇ ἐπιστολῇ, τὸ καθ' ἕκαστον ἐπ' ἀκριβείας γράφειν, φορτικόν, ὡς ἔφην, εἶναι νομίσας, διὰ τὸ μὴδὲ τὴν ἱερὰν ὑμῶν ταῦτα λεληθέναι σπουδῆν. Ταῦτα διδάσκωμεν, ταῦτα κηρύττομεν. Ταῦτα τῆς Ἐκκλησίας τὰ ἀποστολικὰ δόγματα, ὑπερ ὧν καὶ ἀποθνήσκομεν, τῶν ἐξόμνησθαι αὐτὰ βιαζομένων ἤττον πεφροντικότες, εἰ καὶ διὰ βιασάντων ἀναγκάζουσι, τὴν ἐν αὐτοῖς ἐλπίδα μὴ ἀποστρεφόμενοι. Ὡν ἐναντίοι γενόμενοι οἱ ἀμφὶ τὸν Ἄρειον καὶ Ἀχιλλᾶν καὶ οἱ τῆς ἀληθείας σὺν αὐτοῖς πολέμιοι, ἀπέωσθησαν τῆς Ἐκκλησίας, ἀλλότριοι γενόμενοι τῆς εὐσεβοῦς ἡμῶν διδασκαλίας, κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον λέγοντα· *Εἴ τις ὑμᾶς εὐαγγελίζεται παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω, κἂν ἄγγελος ἔξ οὐρανοῦ εἶναι προσποιήται. Ἄλλὰ καὶ, εἴ τις ἑτεροδιδασκαλεῖ, καὶ μὴ προσέρχεται τοῖς θηλυνοῦσι λόγοις τοῖς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τῇ κατ' εὐσέβειαν διδασκαλίᾳ, τετύφωται, μὴδὲν ἐπιστάμενος, καὶ τὰ ἐξῆς. Τούτους σὺν ἀναθεματισθέντας ἀπὸ τῆς ἀδελοφότητος, μηδεὶς ὑμῶν δεχέσθω, μηδὲ ἀνεχέσθω τῶν λεγομένων ἢ γραφομένων ὑπ' αὐτῶν. Πάντα γὰρ οἱ γόητες ψεύδονται, ἀληθειαν οὐ μὴ λαλήσουσι. Περιέρχονται γὰρ τὰς πόλεις, οὐδὲν ἕτερον σπουδάζοντες, ἢ τῷ τῆς φιλίας προσήματι καὶ τῷ τῆς εἰρήνης ὀνόματι, δι' ὑποκρίσεως καὶ κολακείας γράμματα διδόναι καὶ λαμβάνειν, πρὸς τὸ πλανᾶν διὰ τούτων τὰ ὑπ' αὐτῶν ἡπατημένα ὅλα ῥηναϊκάρια, σεσορευμένα ἀμαρτίαις, καὶ τὰ ἐξῆς.*

XIV. Τούτους σὺν τοῖς τὰ τωσαῦτα κατὰ Χριστοῦ τομήσαντας, τοὺς τὸν Χριστιανισμὸν τοῦτο μὲν δημοσίᾳ διασύραντας, τοῦτο δὲ ἐπὶ δικαστηρίων ἐπιδεικτιᾶν φιλοτιμουμένους, τοὺς διωγμῶν ἡμῶν ἐν εἰρήνῃ τὸ ὅσον ἐπ' αὐτοῖς ἐπεγείραντας, τοὺς τὸ ἄρρητον μυστήριον τῆς Χριστοῦ γενέσεως ἐκνεύρισαντας, τοὺς ἀποστραφέντες, ἀγαπητοὶ καὶ ὁμόφυχοι ἀδελφοί, σύμφηφοι γίνεσθε κατὰ τῆς μακρόδους αὐτῶν τολμῆς, καθ' ὁμοιότητα τῶν ἀγανακτησάντων συλλειτουργῶν ἡμῶν, καὶ ἐπιστειλάντων μοι κατ' αὐτῶν, καὶ τῷ τόμῳ συνυπογραφάντων. Ἄ καὶ διεπεμψάμην ὑμῖν διὰ τοῦ υἱοῦ μου Ἀπίωνος τοῦ διακόνου (42), τοῦτο μὲν πάσης Αἰγύπτου καὶ Θηβαΐδος, τοῦτο δὲ Λιβύης τε καὶ Πενταπόλεως, καὶ Συρίας, καὶ ἑτι Λυκίας καὶ Παμφυλίας, Ἀσίας, Καππαδοκίας, καὶ τῶν ἄλλων περιχώρων. Ὡν καθ' ὁμοιότητα, καὶ παρ' ὑμῶν δέξασθαι πέποιθα. Πολλῶν γάρ μοι βοηθημάτων πρὸς τοὺς βλαβέντας πεπορισμένων, καὶ τοῦτο εὑρεται λυσιφάρμακον τοῦ ὑπ' αὐτῶν ἀπατηθέντος λαοῦ, πειθομένων καὶ ταῖς (43) τῶν συλλειτουργῶν ἡμῶν συγκαταθέσεσιν, εἰς μετάνοιαν διὰ τούτου ἐρχεσθαι σπουδάζοντων. Ἀσπάσασθε ἀλλήλους σὺν τῇ παρ' ὑμῶν ἀδελφότητι (44). Ἐβρῶσθα ὑμᾶς ἐν Κυ-

XIII. Hæc ex parte perscripsi in hac epistola, singula accurate persequi importunum arbitratus, ut antea dixi, eo quod religiosam vestram diligentiam non lateant. Hæc docemus, hæc prædicamus. Hæc sunt apostolica Ecclesie dogmata, pro quibus mortem quoque libenter oppetimus, parvi facientes eos qui nos ista negare compellunt, spemque in iis positam non abjicientes, licet isti tormentis adhibitis vim asferant. Quibus adversantes Arius et Achilles, et qui cum illis sunt hostes veritatis, Ecclesia expulsi sunt, utpote alieni a nostra pia doctrina, juxta beatum Paulum, qui ait³⁶: *Si quis vobis evangelizaverit præter id quod accepistis, anathema sit; licet angelum de celo se esse simulet.* Sed et, *Si quis aliud doceat, et non acquiescat sacris sermonibus Domini nostri Jesu Christi, et ei quæ secundum pietatem est doctrinæ; is inflatur nihil sciens*³⁷: et quæ sequuntur. Hos igitur ab universis fratribus anathematizatos nemo vestrum suscipiat, nec ea quæ ab illis aut dicuntur aut scribuntur admittat. Omnia enim mentiuntur præstigiatores, nec veritatem unquam loquuntur. Circumeunt siquidem civitates, nihil aliud molientes, quam ut amicitie specie et sub nomine pacis, per simulationem et blanditias dent litteras atque accipiant; quibus *mulierculas paucas ab ipsis deceptas et peccatis onustas in errorem inducant*³⁸ et cætera.

XIV. Hos ergo qui tot ac tanta ausi sunt contra Christum; qui Christianam religionem partim irriserunt publice, partim in judiciis traducere ac denotare student: qui pacis tempore persecutionem adversus nos, quantum in ipsis est, excitarunt; qui ineffabile mysterium generationis Christi enervarunt: hos, inquam, aversantes, charissimi atque unanimes fratres, suffragamini nobis adversus furiosam illorum audaciam, perinde ac collegæ nostri, qui indignati sunt, et nobis epistolas scripserunt adversus illos, et lomo nostro subscripserunt. Quæ etiam ad vos misi per filium meum Apionem diaconum, partim ex universa Ægypto ac Thebaide, partim ex Libya ac Pentapoli: item ex Syria, Lycia, Pamphylia, Asia, Cappadocia aliisque finitimiis provinciis. Quorum exemplo a vobis quoque litteras me accepturum esse confido. Nam cum multa a me præsidia comparata sint ad sanandos eos qui læsi sunt, tum illud præcipue remedium excogitatum est ad curandam multitudinem quæ ab illis decepta est, ut collegarum nostrorum consensui obtemperent, et per hoc ad pœnitentiam rodire festinent. Salutare vos invicem una cum fratribus, qui

³⁶ Galat. i, 8, 9. ³⁷ I Tim. vi, 3, 4. ³⁸ II Tim. iii, 4.

(42) Ἀπίωνος τοῦ διακόνου. In cod. Leonis Alati, et apud Nicephorum legitur τοῦ ἀρχidiaκόνου. Atque ita etiam legit Eriphanus Scholasticus, ut ex versione ejus apparet. Codex Regius J. Pini legit τοῦτο τοῦ διακόνου Ἀπίωνος.

(43) Πειθομένων καὶ ταῖς. Particula καὶ alieno

loco posita est, et in suum locum sic restituenda, πειθομένων ταῖς τῶν συλλειτουργῶν ἡμῶν συγκαταθέσεσιν, καὶ εἰς, etc.

(44) Σὺν τῇ παρ' ὑμῶν ἀδελφότητι. Apud Nicephorum legitur παρ' ἡμῶν, quod rectius mihi videtur.

vobiscum sunt. Opto vos in Domino valere, dilectissimi, meque ex vestra in Christum pietate fructum percipere.

Α ῥίψ εὐχομαι, ἀγαπητοί. Ὁναίμην ὑμῶν τῆς φιλοχρίστου ψυχῆς.

II.

Ex Opp. S. Athanasii tom. I, part. 1, pagg. 397 seqq., edit. BB., Paris. 1698.

EXEMPLAR.

Charissimis honoratissimisque ubique Ecclesiae catholicae comministris, Alexander in Domino salutem.

1. Cum unum sit Ecclesiae catholicae corpus, in divinisque Scripturis jussum sit⁹, ut concordiae pacisque vinculum servetur; consentaneum est ut quae a singulis geruntur invicem significemus: ut scilicet si membrum quodpiam vel patiatur vel lætetur, mutuo omnes una patiamur vel una lætemur. In nostra itaque parœcia haud ita pridem exorti sunt viri improbi, Christique adversarii, docentes defectionem, quam jure merito quis Antichristi prodromum suspicetur et vocet. Equidem volebam rem silentio tegere, ut in solis hæreseos præfectis malum absumeretur, ne in cætera loca pervadens, simpliciorum quorumdam aures contaminaret. At cum Eusebius jam Nicomediæ episcopus, ratus penes se sita esse ecclesiastica omnia, quia scilicet, postquam relicta Beryto, ambitione motus Nicomediensium invasit episcopatum, nulla hujusce ausus habita est ultio; cum ille, inquam, apostatarum istorum patrocinium susceperit, litterasque pro iis commendatitias ubique scribere aggressus sit, ut quosdam rei ignaros in hanc turpissimam Christiane oppugnatricem pertrahat hæresim; necesse mihi fuit haud ignoranti quid in lege scriptum sit, non ultra rem silentio premere, sed vobis omnibus significare, ut cognoscatis tum eos qui apostatae effecti sunt, tum inauspicata eorum hæresis verba: et si scripserit Eusebius, ne animum adhibeatis. Ille quippe cum veterem animi malitiam, quam aliquandiu occultarat, nunc eorum opera renovare studeat; sese simulat eorum gratia scribere: opere tamen comprobatur, se id suapte causa agere.

⁹ Ephes. iv, 3.

(45) Titulus apud Socratem, lib. 1, cap. 6, Ἐπιστολὴ Ἀλεξάνδρου Ἀλεξανδρείας· τοῖς ἀγαπητοῖς, etc. Apud Gelasium, lib. 11, cap. 3, Καθαυριτικὸν Ἀρείου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ διαπεμφθὲν παρὰ Ἀλεξάνδρου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας τοῖς ἀπάρταχού ἐπισκόποις. Τοῖς ἀγαπητοῖς, etc. Epiphanius Scholasticus, *Historiæ Tripartitæ* lib. 1, cap. 13, hanc habet epistolam. MONTFAUC. et deinceps.

(46) Socrat. et Gelas., παρ' ἐκάστοις. Epiphanius Schol., *apud singulos*. Mox iidem πάσχει... χαιρεῖ.

(47) Sic Reg., Gelas. et codex Leonis Allatii in notis ad Socratem a Valesio laudatus. Socr., νομίσειε καὶ καλ.

(48) Sic Reg. et Socr. At Gelas., ὅπως ἐν τοῖς. Ibid. Socrat. et Gelas., ἀποστάταις μόνοις. Epiphanius Schol., *apostatas*. Utra lectio sit germana, dubium.

ΑΝΤΙΓΡΑΦΟΝ.

Τοῖς ἀγαπητοῖς καὶ τιμωτάτοις συλλειτουργοῖς ἀπάρταχού τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας, Ἀλεξάνδρος ἐν Κυρίῳ χαιρεῖν (45).

I. Ἐνὸς σώματος ὄντος τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας, ἐντολῆς τε οὐσης ἐν ταῖς θείαις Γραφαῖς, τηρεῖν τὸν σύνδεσμον τῆς ὁμονοίας καὶ εἰρήνης, ἀκόλουθὸν ἐστὶ γράφειν ἡμᾶς καὶ σημαίνειν ἀλλήλοις τὰ παρ' ἐκάστου (46) γινόμενα· ἵνα εἴτε πάσχη, εἴτε χαιρῇ ἐν μέλος, ἢ συμπάσχωμεν, ἢ συγχαίρωμεν ἀλλήλοις. Ἐν τῇ ἡμετέρᾳ τοίνου παροικίᾳ ἐξῆλθον νῦν ἄνδρες παράνομοι καὶ Χριστομάχοι διδάσκοντες ἀποστασίαν, ἣν εἰκότως ἐν τις πρόδρομον τοῦ Ἀντιχρίστου ὑπονοήσειεν (47) καὶ καλέσειεν. Καὶ ἐβουλόμην μὲν σωπῆ παραδοῦναι τὸ τοιοῦτον, ἵν' ἴσως ἐν τοῖς (48) προστάταις μόνοις ἀναλωθῇ τὸ κακὸν, καὶ μὴ εἰς ἑτέρους τόπους διαβῆν τὸ τοιοῦτον, βυπώση τινῶν ἀκεραίων τὰς ἀκοάς. Ἐπειδὴ δὲ Εὐσέβιος ὁ νῦν ἐν τῇ Νικομηδείᾳ, νομίσας ἐπ' αὐτῷ κείσθαι τὰ τῆς Ἐκκλησίας, ὅτι καταλείψας τὴν Βηρυτὸν, καὶ ἐποφθαλμήσας (49) τῇ Ἐκκλησίᾳ Νικομηδέων, καὶ οὐκ ἐκδέδixηται κατ' αὐτοῦ (50), προστάται καὶ τούτων τῶν ἀποστατῶν, καὶ γράφειν ἐπεχείρησε πανταχοῦ συνιστῶν αὐτούς, εἴ πως ὑποσύρῃ (51) τινὰς ἀγνοοῦντας, εἰς τὴν αἰσχίστην ταύτην καὶ Χριστομάχου αἵρεσιν ἀνάγκην ἔσχον εἰδὼς τὸ ἐν τῷ νόμῳ γεγραμμένον, μηκέτι μὲν σωπῆσαι, ἀναγγεῖλαι δὲ πᾶσιν ὑμῖν, ἵνα γινώσκητε τοὺς τε ἀποστάτας γενομένους, καὶ τὰ τῆς αἵρέσεως αὐτῶν δύστηνα ῥήματα (52) καὶ ἐὰν γράφῃ Εὐσέβιος, μὴ προσέχητε. Παλαιὰν γὰρ αὐτοῦ κακόνειαν τὴν χρόνῳ σωπηθεῖσαν, νῦν διὰ τούτων ἀνανεῶσαι βουλόμενος, σχηματίζεται μὲν ὡς ὑπὲρ τούτων γράφειν (53)· ἔργῳ δὲ δείκνυσιν, ὅτι ὑπὲρ ἑαυτοῦ σπουδαζῶν τοῦτο ποιεῖ.

D (49) Ita Reg. probe Gelas. et Socr., ἐποφθαλμήσας.

(50) Gelas., οὐκ ἐκδέδixηται τὰ κατ' αὐτόν. In codice Leonis Allatii, οὐκ ἐκδέδixηται τὰ κατ' αὐτοῦ. Reg. et Socr. bene habent οὐκ ἐκδέδixηται κατ' αὐτοῦ. Epiph. Scholast. lectionem Regii asserit: *Non est in eo ultio subsecuta.*

(51) Reg., ἴσως ὑποσύρῃ. Gelas., ὅπως ὑποσύρῃ. Socr., εἴ πως ὑποσύρῃ, recte; cui acciuit Epiph. Schol., *Si quo modo trahat*. Mox Socrat. et Gelas., εἰς τὴν ἐσχάτην. Reg., melius, εἰς τὴν αἰσχίστην. Epiph. Schol., *ad hanc pessimam.*

(52) Socrat., ῥήματα.

(53) Sic Reg. et Gelas. et ita legit Epiphanius Schol., at Socrat., γράφων. Mox idem, ὡς ὅτι.

II. Οἱ μὲν οὖν ἀποστᾶται γενόμενοι, εἰσὶν Ἄρειος, A καὶ Ἀχιλλεύς (54), καὶ Ἀειθάλης, καὶ Καρπῶνης, καὶ ἕτερος Ἄρειος, καὶ Σαρμάτης, οἱ ποτε πρεσβύτεροι (55)· καὶ Εὐξύτος, καὶ Λούκιος, καὶ Ἰούλιος (56), καὶ Μηνᾶς, καὶ Ἑλλάδιος, καὶ Γάτος, οἱ ποτε διάκονοι· καὶ σὺν αὐτοῖς Σεκούνδος καὶ Θεωνᾶς, οἱ ποτε λεχθέντες ἐπίσκοποι. Ποῖα δὲ παρὰ τὰς Γραφᾶς (57) ἐφευρόντες λαλοῦσιν, ἔστι ταῦτα.

III. Οὐκ αἰεὶ ὁ Θεὸς Πατὴρ ἦν, ἀλλ' ἦν ὅτε ὁ Θεὸς Πατὴρ οὐκ ἦν· οὐκ αἰεὶ ἦν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἀλλ' ἐξ οὐκ ὄντων γέγονεν· ὁ γὰρ ὢν Θεὸς τὸν μὴ ὄντα ἐκ τοῦ μὴ ὄντος πεποίηκε· διὸ καὶ ἦν ποτε, ὅτε οὐκ ἦν. Κτίσμα γάρ ἐστι καὶ ποίημα ὁ Υἱὸς, οὔτε δὲ ὁμοῖος κατ' οὐσίαν τῷ Πατρὶ ἐστίν· οὔτε ἀληθινός, καὶ φύσει τοῦ Πατρὸς Λόγος ἐστίν· οὔτε ἀληθινή Σοφία αὐτοῦ ἐστίν· ἀλλ' εἰς μὲν τῶν ποιημάτων καὶ γεννητῶν ἐστι· καταχρηστικῶς δὲ λέγεται Λόγος καὶ Σοφία, γενόμενος καὶ αὐτὸς (58) τῷ ἰδίῳ τοῦ Θεοῦ Λόγῳ, καὶ τῇ ἐν τῷ Θεῷ Σοφίᾳ, ἐν ἣ καὶ τὰ πάντα καὶ αὐτὸν πεποίηκεν ὁ Θεός· διὸ καὶ τρεπτὸς ἐστὶ καὶ ἀλλοιωτὸς τῆν φύσιν, ὡς καὶ πάντα τὰ λογικὰ ζένοσ τε καὶ ἀλλότριος καὶ ἀπεσχοινισμένους ἐστὶν ὁ Λόγος τῆς τοῦ Θεοῦ οὐσίας· καὶ ἀρρήτος (59) ἐστὶν ὁ Πατὴρ τῷ Υἱῷ· οὔτε γὰρ τελείως καὶ ἀκριβῶς γινώσκει ὁ Λόγος τὸν Πατέρα, ἵδουτε τελείως (60) ὁρᾶν αὐτὸν δύναται. Καὶ γὰρ καὶ ἑαυτοῦ τὴν οὐσίαν οὐκ ἴδεν ὁ Υἱὸς ὡς ἐστίν· δι' ἡμᾶς γὰρ πεποιήται, ἵνα ἡμᾶς δι' αὐτοῦ ὡς δι' ὄργανου κτίσῃ ὁ Θεός. Καὶ οὐκ ἂν ὑπέστη, εἰ μὴ ἡμᾶς ὁ Θεὸς ἠθέλησε ποιῆσαι. Ἡρώτησε γοῦν τις αὐτοῦ, εἰ δύναται ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος τραπῆναι ὡς ὁ διάβολος ἐτραπή· καὶ οὐκ ἐφοβήθησαν εἰπεῖν ὅτι δύναται (61)· τρεπτῆς γὰρ φύσει ἐστὶ γεννητὸς καὶ κτιστὸς ὑπάρχων.

IV. Ταῦτα λέγοντας τοὺς περὶ Ἄρειον, καὶ ἐπὶ τοῦτοις ἀνασχυντοῦντας, αὐτοῦς τε καὶ τοὺς συνακολουθήσαντας αὐτοῖς, ἡμεῖς μὲν μετὰ τῶν κατ' Αἴγυπτον καὶ τὰς Λιβύας ἐπισκόπων ἐγγὺς ἑκατὸν ὄντων, συνελθόντες ἀνεθεματίσαμεν. Οἱ δὲ περὶ Εὐσέβιον προσεδέξαντο, σπουδάζοντες ἐγκαταμίξαι (62) τὸ ψευδὸς τῇ ἀληθείᾳ, καὶ τῇ εὐσεβείᾳ τὴν ἀσέβειαν· ἀλλ' οὐκ ἰσχύσουσι· νικᾷ γὰρ ἡ ἀλήθεια, καὶ οὐδεμίαν ἐστὶ κοινωρίαν φωτὶ πρὸς σκότος, οὐδὲ συμφώρησις Χριστοῦ πρὸς Βελίαν. Τίς γὰρ ἤκουσε πώποτε D τοιαῦτα; ἢ τίς νῦν ἀκούων οὐ ξενίζεται, καὶ τὰς

10 II Cor. vi, 14.

(54) Sic Reg. Socrat., Ἄρειος, Ἀχιλλᾶς. Gelas., Ἄρειος, καὶ Ἀχιλλεύς, καὶ Θαλῆς.

(55) Οἱ ποτε πρεσβύτεροι. Hæc notatu dignissima verba desunt apud Socrat. et Gelas., et apud Epiphanium Scholasticum, qui omnia miscuit.

(56) Socrat., Ἰουλιανός. Mox illud, οἱ ποτε διάκονοι, desunt apud Socrat. et Gelas.

(57) Sic Socr. et Gelas. At Reg., minus recte, παρὰ ταῖς Γραφᾶς. Post ἐστὶ ταῦτα, Gelas. habet δόγμα Ἄρειου : quæ verba cum ad modum tituli, vel ad marginem scripta fuissent, demum in contextum translata sunt : quorum loco Florentinus codex a Valesio laudatus habet, πῶς φρονούσιν Ἄρειανολί.

(58) Socrat., καὶ αὐτὸς δέ. Codex Leonis Allatii, καὶ αὐτὸς δὲ ὢν ἐν τῷ ἰδίῳ τοῦ Θεοῦ Λόγῳ, καὶ ἐν

II. Ecclesiæ autem desertores hi sunt : Arius, Achilles, Aithales, Carpones, Arius alter, Sarmates, olim presbyteri : Euzeuius, Lucius, Julius, Menas, Helladius et Gaius, olim diaconi : ac cum ipsis Secundus et Theonas, olim episcopi nuncupati. Verba autem ab illis adinventata ac præter Scripturarum mentem prolata, hæc sunt.

III. Non semper Deus Pater fuit ; sed fuit quando Deus Pater non erat. Non semper erat Dei Verbum, sed ex non exstantibus factum est : Deus enim qui est, non existentem ex non existente condidit : quare erat aliquando cum non esset. Res quippe creata, resque facta est Filius : neque similis est Patri secundum substantiam : neque verum et naturale Verbum est Patris : neque vera ejus Sapiencia ; sed una ex rebus factis conditisque : abusive autem Verbum dicitur et Sapiencia, cum factus ipse sit per proprium Dei Verbum, et per eam quæ in Deo est, Sapienciam, in qua cum cætera omnia, tum cum ipsum fecit Deus. Quapropter natura sua mutari atque veriti potest, perinde atque omnia rationabilia. Extraneum autem, alienum atque semotum Verbum est a Dei substantia. Inenarrabilis etiam est Pater Filio : nam neque perfecte, neque accurate Patrem novit Verbum, neque perfecte illum videre potest. Etenim ne suam quidem substantiam novit Filius, sicuti illa est. Propter nos quippe factus est, ut nos illo quasi instrumento crearet Deus : neque exstitisset, nisi nos Deus condere voluisset. Sciscitante quodam, num perinde mutari posset Dei Verbum atque diabolus mutatus est ; non veriti sunt illi respondere, Sane potest : nam, utpote factus et creatus, mutabilis est naturæ.

IV. Hæc Arianos loquentes, hæc impudentissime afirmantes, nos cum episcopis Ægypti et Libyarum prope centum, in unum coacti, illos cum sectatoribus suis anathemate percussimus. At Eusebius et socii admiserunt illos, operamque navarunt, ut veritati mendacium, pietati impietatem admisceant. Sed nequaquam id efficere valebunt : vincit quippe veritas, nullaque societas luci ad tenebras, nulla consonantia Christi ad Belial 10. Quis enim unquam talia audivit ? quis jam audiens non obstupescat, auresque non obstruat, ut ne ejusmodi

τῇ τοῦ Θεοῦ Σοφίᾳ. Juxta quem Epiphanius Scholasticus, sic, *Et ipse et existens in proprio Dei Verbo et in Dei Sapiencia.*

(59) Codex Leonis Allat., ἀόρατος. Epiphanius Schol., *invisibilis.*

(60) Τελείως deest apud Gelas. Mox idem καὶ γὰρ αὐτοῦ τὴν.

(61) Socrat., καὶ δύναται. Gelas., ὅτι καὶ δύναται. Ibid. codex Leonis Allat., *οἷα τρεπτῆς ὢν φύσει καὶ γεννητός.* Cui consonat Epiphanius Scholasticus, *tanquam natura convertibilis existens, factus aiunt et convertibilis est.* Ubi Socrat., καὶ τρεπτὸς ὑπάρχων. Sed longe præstat Regii cod. et Gelasii lectio, quam sequimur.

(62) Socrat., συγκραμιξίαι.

verborum sordes aures suas contaminent? Quis hæc Joannis audiens : *In principio erat Verbum*⁴¹, homines non condemnet, qui aiunt : Fuit aliquando cum non esset? Quis si hæc Evangelii verba audiat : *Unigenitus Filius*; et : *Per ipsum facta sunt omnia*⁴², illos non aversetur hæc loquentes : Una ille est ex rebus factis? Nam qui potest una ex rebus a se factis esse, aut qui unigenitus erit, qui, ut aiunt illi, omnibus annumeratur, si quidem et ille res est facta atque creata? Quomodo ex non exstantibus factus ille fuerit, cum Pater dicat, *Eruclavit cor meum Verbum bonum*⁴³; et, *Ex utero ante Luciferum genui te*⁴⁴? Aut quomodo absimilis substantiæ Patris fuerit, qui est imago perfecta splendorque Patris, quique ait : *Qui vidit me, vidit et Patrem*⁴⁵? Quo pacto si Verbum seu Ratio et Sapientia Dei Filius est, fuit tempus cum non esset? Perinde est enim ac si dicerent : Deum aliquando ratione et Sapientia caruisse. Qui item verti mutative potest, qui ait per se quidem ipse : *Ego in Patre, et Pater in me*⁴⁶; et, *Ego et Pater unum sumus, et non mutor*⁴⁷? Nam etiamsi ad Patrem dictum illud referri queat, aptius tamen de Filio jam dicitur, quia cum factus homo sit, nequaquam mutatus est; sed, ut ait Apostolus⁴⁸ : *Jesus Christus heri et hodie, ipse et in sæcula*. Quis induxit illos ut dicerent, propter nos illum factum esse, licet Paulus dicat⁴⁹ : *Propter quem omnia, et per quem omnia?*

V. Quod spectat autem illam eorum blasphemiam qua aiunt, Filium non nosse perfecte Patrem; nequaquam mirandum : cum enim in animum induxerint Christo bellum inferre, oppugnant item hæc illius verba : *Sicut novit me Pater, et ego agnosco Patrem*⁵¹. Proinde si ex parte tantum Filium novit Pater, constat Filium non perfecte cognoscere Patrem. Quod si nefas sit ita loqui, et si Pater perfecte novit Filium; planum est sicut Pater Verbum novit suum, perinde Verbum, suum nosse Patrem, cujus ipsum Verbum est.

VI. Hæc dicendo, atque divinas Scripturas explanando, sæpenumero illos convicimus. Verum illi, quasi chamæleontes, mutata subinde sententia, dictum illud sibi vindicare nituntur : *Impius cum in profundum venerit, contemnit*⁵². Multæ sane ante illos exstiterent hæreses, quæ, plus quam par erat, ausæ, in dementia collapsæ sunt. At hi qui oculis suis omnibus id moliantur, ut Verbi divinitatem tollant, id effecere, ut quodammodo justæ viderentur illæ, cum propius ipsi ad Antichristum

ἀκοῆς βύει, ὑπὲρ τοῦ μὴ τὸν ῥύπον τούτων τῶν ῥημάτων ψαῦσαι τῆς ἀκοῆς; Τίς ἀκούων Ἰωάννου λέγοντος, Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, οὐ καταγινώσκει τούτων λεγόντων, Ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν; Ἡ τίς ἀκούων ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ, Μονογενῆς Υἱός, καὶ, Δι' αὐτοῦ ἐγένετο πάντα, οὐ μισήσει τούτους φθεγγομένους ὅτι, Εἰς ἔστιν τῶν ποιημάτων (63); Πῶς γὰρ δύναται εἶς εἶναι τῶν δι' αὐτοῦ γενομένων, ἢ πῶς μονογενῆς ὁ τοῖς πᾶσι κατ' ἐκείνους συναριθμούμενος, εἴπερ καὶ αὐτὸς κτίσμα ἐστὶ καὶ ποιήμα (64); Πῶς δὲ ἐξ οὐκ ὄντων ἂν εἴη, τοῦ Πατρὸς λέγοντος· Ἐξημεύετο ἡ καρδία μου Λόγον ἀγαθόν· καί· Ἐκ γαστρὸς πρὸ Ἐωσφοῦρον ἐγέννησά σε; Ἡ πῶς ἀνόμοιος τῇ οὐσίᾳ τοῦ Πατρὸς, ὁ ὢν εἰκὼν τελεία καὶ ἀπαύγασμα τοῦ Πατρὸς, καὶ λέγων· Ὁ ἑωρακὼς ἐμέ, ἑώρακε τὸν Πατέρα; Πῶς δὲ εἰ Λόγος καὶ Σοφία ἐστὶ τοῦ Θεοῦ ὁ Υἱός, ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν; Ἴσον γὰρ ἔστιν αὐτοὺς λέγειν ἀλογον καὶ ἀσφόν ποτε τὸν Θεόν· πῶς δὲ τρεπτὸς καὶ ἀλλοιωτὸς ὁ λέγων, δι' ἑαυτοῦ μὲν, Ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί· καί· Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν· διὰ δὲ τοῦ προφήτου· Ἰδετέ με, ὅτι ἐγὼ εἰμι, καὶ οὐκ ἠλλοίωμαι; Εἰ γὰρ καὶ ἐπ' αὐτὸν τις τὸν Πατέρα δύναται τὸ ρητὸν ἀναφέρειν· ἀλλὰ ἀρμυδιώτερον ἂν εἴη περὶ τοῦ Λόγου νῦν λεγόμενον, ὅτι καὶ γενομένος ἄνθρωπος οὐκ ἠλλοίωται· ἀλλ' ὡς εἶπεν ὁ Ἀπόστολος Ἰησοῦς Χριστὸς χθὲς καὶ σήμερον, ὁ αὐτὸς καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας· τίς δὲ (65) ἄρα εἶπεν αὐτοὺς ἔπεισεν, ὅτι δι' ἡμᾶς γέγονε, καίτοι τοῦ Παύλου γράφοντος· Δι' ὃν τὰ πάντα, καὶ δι' οὗ τὰ πάντα;

V. Περὶ γὰρ τοῦ βλασφημεῖν, ὅτι οὐκ οἶδεν τελείως ὁ Υἱός τὸν Πατέρα, οὐ δεῖ θαυμάζειν ἀπαῖ γὰρ προθέμενοι χριστομαχεῖν, παρακρούονται καὶ τὰς φωνὰς αὐτοῦ λέγοντες· Καθὼς γινώσκει με ὁ Πατὴρ, καὶ γὼ γινώσκω τὸν Πατέρα. Εἰ μὲν οὖν ἐκ μέρους ὁ Πατὴρ γινώσκει τὸν Υἱόν, ὅλον ὅτι καὶ ὁ Υἱός μὴ τελείως γινώσκῃτο (66) τὸν Πατέρα. Εἰ δὲ τοῦτο λέγειν οὐ θέμις, οἶδε δὲ τελείως ὁ Πατὴρ τὸν Υἱόν, ὅλον ὅτι καθὼς γινώσκει ὁ Πατὴρ τὸν ἑαυτοῦ Λόγον, οὕτως καὶ ὁ Λόγος γινώσκει τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα, οὐ καί ἐστι Λόγος.

VI. Ταῦτα λέγοντες καὶ ἀναπτύσσοντες τὰς θείας Γραφὰς πολλάκις ἐνετρέψαμεν αὐτούς. Καὶ πάλιν ὡς χαμαιλέοντες μετεθάλοντο, φιλονεικοῦντες ἑαυτοὺς ἐφελκῦσαι τὸ γεγραμμένον· Ὅτ' ἂν εἰθὼ ἀσεβῆς εἰς βᾶθος κακῶν, καταζροεῖ. Πολλὰ γοῦν αἰρέσεις πρὸ αὐτῶν γεγονάσιν, αἵτινες πλέον τοῦ δέοντος τολμήσασαι, πεπτώκασιν εἰς ἀφροσύνην. Οὗτοι δὲ διὰ πάντων ἑαυτῶν τῶν ῥηματίων ἐπιχειρήσαντες εἰς ἀναίρησιν (67) τῆς τοῦ Λόγου θεότητος, ἐδικαίωσαν ἐξ ἑαυτῶν ἐκείνας ὡς ἐγγύτεροι τοῦ Ἀντιχριστοῦ γε-

⁴¹ Joan. 1, 1. ⁴² Joan. 1, 18, 3. ⁴³ Psal. XLIV, 1. ⁴⁴ Psal. CIX, 3; Hebr. 1, 3. ⁴⁵ Joan. XIV, 9. ⁴⁶ ibid. 10. ⁴⁷ Joan. X, 30. ⁴⁸ Malach. III, 6. ⁴⁹ Hebr. XIII, 8. ⁵⁰ Hebr. II, 10. ⁵¹ Joan. X, 15. ⁵² Prov. XVIII, 3.

(63) Socrat. post ποιημάτων habet ὁ Υἱός. Idem ibid., πῶς δὲ δύναται ἴσος εἶναι, minus recte.

(64) Hæc, εἴπερ καὶ αὐτὸς κτίσμα ἐστὶ καὶ ποιήμα, desunt in Socrat., Gelas. et Epiphani. Schol., sed in Reg. leguntur.

(65) Socr. et Gelas., τί δέ. Epiph. Schol., quæ causa putas, etc.

(66) Socrat. et Gelas., γινώσκει.

(67) Socrat., αὐτῶν τῶν ῥηματίων ἐπιχειρήσαντες ταῖς ἀναίρεσιν.

όμενοι. Διὸ καὶ ἀπεκηρύχθησαν καὶ ἀνεθεματίσθησαν ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας. Λυπούμεθα μὲν οὖν ἐπὶ τῇ ἀπωλείᾳ τούτων· καὶ μάλιστα ὅτι μαθόντες ποτὲ καὶ αὐτοὶ τὰ τῆς Ἐκκλησίας, νῦν ἀπεπήδησαν· οὐ ξενίζόμεθα δέ· τοῦτο γὰρ καὶ Ὑμεναῖος καὶ Φιλητὸς πέποιθασιν, καὶ πρὸς αὐτῶν Ἰούδας ὁ ἀκολουθήσας τῷ Σωτῆρι, ὕστερον γὰρ προδότης καὶ ἀποστάτης γέγονε. Καὶ περὶ τούτων δὲ αὐτῶν, οὐκ ἀδίδακτοι μεμνήκαμεν· ἀλλ' ὁ μὲν Κύριος προεῖρηκε· *Βλέπετε μὴ τις ὑμᾶς πλανήσῃ· πολλοὶ γὰρ ἐλεύσονται ἐπὶ τῷ ὀνόματι μου λέγοντες, ὅτι ἐγὼ εἰμι, καὶ ὁ καιρὸς ἤγγικε. καὶ πολλοὺς πλανήσουσι· μὴ πορευθῆτε πίσω αὐτῶν.* Ὁ δὲ Παῦλος μαθὼν ταῦτα παρὰ τοῦ Σωτῆρος ἔγραψεν· *Ὅτι ἐν ὑστέροις καιροῖς* (68), *ἀποστήσονται τινες τῆς ὑγιαίνουσας πίστεως, προσέχοντες πνεύμασι πλανοῖς, καὶ διδασκαλοὶς δαιμονίων ἀποστρεφόμενων τὴν ἀλήθειαν.*

VII. Τοῦ τοῦτον Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, διὰ τε ἑαυτοῦ παραγγεῖλαντος, καὶ διὰ τοῦ Ἀποστόλου σημαίνοντος περὶ τῶν τοιούτων, ἀκολουθῶν ἡμεῖς αὐτήκοοι τῆς ἀσθελας αὐτῶν γενόμενοι, ἀνεθεματίζαμεν, καθὰ προεῖπομεν, τοὺς τοιούτους, ἀποδείξαντές τε αὐτοὺς ἄλλοτρίους τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας τε καὶ πίστεως· ἐδηλώσαμεν καὶ τῇ ὑμετέρᾳ θεοσεβείᾳ, ἀγαπητοὶ καὶ τιμιώτατοι συλλειτουργοί, ἵνα μῆτε τινὰς ἐξ αὐτῶν εἰ προπετεύσονται πρὸς ὑμᾶς ἔλθειν, προσδέξησθε, μῆτε Εὐσεβίῳ ἢ ἐτέρῳ τινὶ γράφοντι περὶ αὐτῶν πεισθῆτε. Πρέπει γὰρ ἡμᾶς (69) Χριστιανούς ὄντας, πάντας τοὺς κατὰ Χριστοῦ λέγοντάς τε καὶ φρονούντας, ὡς θεομάχους καὶ φθορέας τῶν ψυχῶν ἀποστρέφασθαι, καὶ μὴδὲ κλῆν Χαίρειν τοῖς τοιούτοις λέγειν· ἵνα μὴ ποτε καὶ ταῖς ἀμαρτίαις αὐτῶν κοινωνοὶ γενώμεθα, ὡς παρήγγειλεν ὁ μακάριος Ἰωάννης. Προσείπατε τοὺς παρ' ὑμῖν ἀδελφοὺς· ὑμᾶς εἰ σὺν ἐμοὶ προσαγορεύουσιν.

Ἀλεξανδρείας πρεσβύτεροι (70).

Κόλλουθος πρεσβύτερος σύμφηφός εἰμι τοῖς γεγραμμένοις, καὶ τῇ καθαιρέσει Ἀρείου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἀσεβητάντων.

Ἀλέξανδρος πρεσβύτερος, ὁμοίως.

Διόσκορος πρεσβύτερος, ὁμοίως.

Διονύσιος πρεσβύτερος, ὁμοίως.

Εὐσέβιος πρεσβύτερος, ὁμοίως.

Ἀλέξανδρος πρεσβύτερος, ὁμοίως.

Νεϊλαρᾶς (71) *πρεσβύτερος, ὁμοίως.*

Ἀρποκρατίων πρεσβύτερος, ὁμοίως.

Ἀγαθὸς πρεσβύτερος.

Νεμέσιος πρεσβύτερος.

Λόγγος πρεσβύτερος.

Σιλβανὸς πρεσβύτερος.

Περώως (72) *πρεσβύτερος.*

⁶⁸ *II Tim. 11, 17.* ⁶⁹ *Luc. xxi, 8.* ⁷⁰ *I Tim. 1v, 1.* ⁷¹ *II Joan. 10.*

(68) Καιροῖς deest apud Gelas.

(69) Sic Socrat. et Gelas. Reg., ὁμοίως, minus recte.

(70) Hæ subscriptiones habentur tantum apud Gelasium Cyzicenum, sed mirum in modum mutilæ.

A *accedant. Quamobrem* proscripti et anathemate percussi sunt ab Ecclesia. Et quidem, tametsi de illorum exitio dolemus, cum præsertim illi, postquam Ecclesiæ doctrinam didicissent, ab illa jam desciverint; nequaquam tamen magnopere miramur: id ipsum enim Hymenæo contigit et Phileto⁶⁸, et ante illos Judæ, qui cum Salvatore secutus esset, postea proditor fuit atque desertor. Porro de his ipsis, nequaquam nobis prævia monita defuere; sic enim præfatus Dominus est: *Videte ne quis vos seducat; multi enim venient in nomine meo, dicentes, quia ego sum: et tempus appropinquavit, et multos seducent: nolite ergo ire post eos*⁶⁹. Paulus autem hæc a Salvatore edoctus, scripsit: *Quia in novissimis temporibus discedent quidam a sana fide, attendentes spiritibus erroris, et doctrinis dæmoniorum veritatem aversantium*⁷⁰.

VII. Cum itaque Dominus et Salvator noster Jesus Christus per se ipse ita præceperit, et per Apostolum res nobis hujusmodi significaverit; jure nos, qui impietatem illorum ipsi coram audivimus, homines, uti supra dictum est, anathemate damnavimus, ipsosque a catholica Ecclesia et fide alienos declaravimus: remque, charissimi atque honoratissimi comministri, vestræ religioni indicavimus; ut ne quosdam ex illis, si petulanter vos adire ausi fuerint, recipiatis: neve Eusebio vel alii cuiquam de illis ad vos scribenti, fidem habeatis. Nos enim utpote Christianos decet, omnes qui contra Christum loquuntur aut sentiunt, velut Dei hostes animarumque corruptores aversari, ac ne quidem Ave illis dicere: ne quando scelerum ipsorum participes simus, ut præcipit beatus Joannes⁷¹. Salutate fratres qui vobiscum sunt: vos qui mecum sunt salutant.

Alexandriæ presbyteri.

Colluthus presbyter hisce scriptis suffragor, nec non depositioni Arii, eorumque qui ejus impietatis sectatores sunt.

Alexander presbyter, similiter.

Dioscorus presbyter, similiter.

Dionysius presbyter, similiter.

Eusebius presbyter, similiter.

D Alexander presbyter, similiter.

Nilaras presbyter, similiter.

Arpocraton presbyter, similiter.

Agathus presbyter.

Nemesius presbyter.

Longus presbyter.

Silvanus presbyter.

Perous presbyter.

(71) Gelas., Σίλας. Reg., Νεϊλαρᾶς, quod nomen reperitur item in subscriptionibus ad *apolog. S. Athanasii contr. Arianos*, pag. 190. Ὁμοίως ad singula nomina legitur apud Gelasium.

(72) Gelas., Περῶως.

Apis presbyter.
Proterius presbyter.
Paulus presbyter.
Cyrus presbyter, similiter.

num substantiæ; sicut et caro consubstantialis
carni hominum, quæ ex Maria prodiit.

Apud eundem *Dial.* III, pag. 159.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τῆς ἐρμηνείας τοῦ λβ' ψαλμοῦ.

Ejusdem, ex interpretatione psalmi xcii.

Πέρασ γοῦν ὁ προφήτης Ἠσαίας, αὐτὰ μὲν τὰ τῶν

Tandem igitur propheta Isaias, passionum ejus

vestigia persequens, hoc quoque inter alia majori voce subjunxit ²⁷: *Et vidimus eum, et non est species ei neque decor: sed species ejus despecta et deformis infra filios hominum.* Deinde aperte ostendens, quod ad hominem, non ad Deum referendæ sunt decoræ formæ et affectiones, iterum mox addit: *Homo in plaga existens, et sciens ferre infirmitatem.*

A παθῶν αὐτοῦ διεξιῶν ἰχνη, πρὸς τοῖς ἄλλοις ἐπιφέρει καὶ τοῦτο μεγαλοφωνωτέρα βοῆ, τὸ, *Καὶ εἶδομεν αὐτὸν, καὶ οὐκ εἶχεν οὔτε εἶδος οὔτε κάλλος, ἀλλὰ τὸ εἶδος αὐτοῦ ἄτιμον καὶ ἐκλείπον παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων.* Εἶτα διαρρήδη ἐκφαίνων, ὡς εἰς τὸν ἀνθρώπον, ἀλλ' οὐκ εἰς τὸ Θεῖον ἀνήρτηται τὰ τῆς εὐπρεπειᾶς εἶδη τε καὶ πάθη, παρατυχία πάλιν ἐπάγει προσθεῖς· *Ἀνθρώπος ἐν πληγῇ ὢν, καὶ εἰδῶς φέρεται μαλακίαν.*

IBIDEM.

Ejusdem, ex eadem interpretatione.

Ipsæ ergo is est qui post contumelias sine specie et forma visus, iterum deinde mutatione facta decorum induit. Neque enim habitans in ipso Deus instar agni ad mortem ductus est et tanquam ovis mactatus, cum sit natura invisibilis.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τῆς αὐτῆς ἐρμηνείας.

Αὐτὸς ἄρ' οὕτως ἐστὶν ὁ μετὰ τὰς ὕβρεις, ἀειδής, ἀμορφος ὄραθεις, εἶτα πάλιν ἐκ μεταβολῆς εὐπρεπειαν ἐνδυσάμενος. Οὐδὲ γὰρ ὁ κατοικῶν ἐν αὐτῷ Θεὸς ἀμνοῦ δίκην εἰς θάνατον ἤγετο, καὶ προβάτου τρόπον ἀπεσφάττετο, φυσικῶς ἀόρατος ὢν.

Apud eumdem *Dial. 1, pag. 38.*

Ejusdem, ex eadem interpretatione.

Palam est ergo, si ungens Deum designat cujus sedem æternam dixit, quod natura Deus sit atque ex Deo genitus, qui unxit. Qui vero unctus est, acquisitam accepit virtutem, egregio templo ornatus ex habitantis in ipso divinitate.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τῆς αὐτῆς ἐρμηνείας.

Πρόδηλον ὄν, εἴπερ ὁ χρίων ἀποδεικνύει Θεὸν, οὗ τὸν θρόνον εἶπεν αἰώνιον, δῆλος μὲν ἐστὶ φύσει Θεὸς ἐκ Θεοῦ γεννηθεὶς ὁ χριστὸς· ὁ δὲ χρισθεὶς ἐπίκτητον εἰληφεν ἀρετὴν, ἐκκρίτω ναουργία κοσμηθεὶς ἐκ τῆς τοῦ κατοικοῦντος ἐν αὐτῷ θεότητος.

Apud Theodoritum *Dial. 1, pag. 37.*

Sancti Eustathii episcopi Antiocheni et confessoris, ex libro De anima.

Quid autem dicent qui ad infantis educationem respexerint, vel ad ætatis accessionem, vel ad productionem temporum, vel ad corporis incrementum? Ut autem prætermittam miracula in terra edita, videant mortuorum resuscitationes, passionis symbola, flagellorum vestigia, plagarum cicatrices, latus perfossum, clavorum notas, sanguinis effusionem, mortis signa, atque ut omnia complectar, ipsam proprii corporis resurrectionem.

Τοῦ ἁγίου Εὐσταθίου ἐπισκόπου Ἀντιοχείων καὶ ὁμολογητοῦ, ἐκ τοῦ Περὶ ψυχῆς λόγου.

Τί δ' ἂν εἰποιεν εἰς τὰς τοῦ βρέφους ἀναβλέψαντες ἀνατροφάς, ἢ τὴν τῆς ἡλικίας ἀνάδοσιν, ἢ τὴν ἐπίτασιν τῶν χρόνων, ἢ τὴν τοῦ σώματος αὔξησιν; Ἴνα δὲ παρῶ λέγειν τὰς ἐπὶ ἐδάφους ἐκπληρωθείσας θαυματουργίας, ὀράτωσαν τὰς τῶν νεκρῶν ἀναβιώσεις, τὰ τοῦ πάθους σύμβολα, τὰ τῶν μαστίγων ἰχνη, τοὺς τῶν πληγῶν μύλωπας, τὰς τετρωμένας πλευράς, τοὺς τῶν ἤλων τύπους, τὴν τοῦ αἵματος ἐκχυσιν, τὰ τοῦ θανάτου σημεῖα, καὶ τὸ σύμπαν εἰπεῖν, αὐτὴν τὴν τοῦ ἰδίου σώματος ἀνάστασιν.

IBIDEM.

Ejusdem, ex eodem libro.

Si quis vero ad corporis generationem respicit, palam reprehendet, quod in Bethleem natus fasciis est involutus, et in Ægypto propter immanissimi Herodis insidias per aliquot annos educatus, et in Nazareth ad virilem ætatem proventus.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Καὶ μὴν εἴ τις εἰς τὴν τοῦ σώματος γέννησιν ἀφορᾷ, προδηλῶς εὐρήσειεν ἂν ὡς ἐν τῇ Βηθλεὲμ τεχθεὶς ἐσπαργακῶθη, καὶ τῇ Αἰγύπτῳ χρόνοις ἐτράφη τισὶν ἔνεκεν τῆς τοῦ ἀλάστορος ἐπιβουλῆς Ἡρώδου, καὶ τῇ Ναζαρέτ ἀνδρωθεὶς ἠυξήθη.

IBIDEM.

Ejusdem, ex eodem libro.

Non enim est idem tabernaculum Verbi et Dei, per quod divinam gloriam contemplantur beatus Stephanus.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Οὐ γὰρ ταυτὸν ἐστὶν ἡ σκηνὴ τοῦ Λόγου καὶ Θεοῦ, δι' ἧς τὴν θείαν θεώρει δόξαν ὁ μακάριος Στέφανος.

Apud eumdem *Dial. 11, pag. 90.*

Ejusdem, ex libro De anima.

Ante passionem quidem ubique corporalem suam mortem prædixit, tradendum se sacerdotibus dicentis, et crucis tropæum annuntians. Post passio-

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ Περὶ ψυχῆς λόγου.

Πρὸ μὲν τοῦ πάθους ἐκάστοτε τὸν σωματικὸν αὐτοῦ προῦλεγε θάνατον, τοῖς ἀμφὶ τοὺς ἀρχιερέας ἐκδοθήσεσθαι φάσκων, καὶ τὸ τοῦ σταυροῦ τροπæιον ἀπαγγ-

²⁷ Isa. LIII, 2, 3.

γέλλων· μετὰ δὲ τὸ πάθος, τριταῖος ἐκ τῶν νεκρῶν ἀναστὰς, ἐνδοιαζόντων αὐτῶν ἐγγεγέρθαι τῶν μαθητῶν, ἐπιφανεῖς αὐτοῖς αὐτῷ σώματι, σάρκα μὲν ἄπασαν σὺν ὁστέοις ἔχειν ὠμολόγει· ταῖς δὲ ὕψει τούτων τὰς τετρωμένας ὑποβάλλων πλευράς, καὶ τοὺς τύπους αὐτῶν ὑποδεικνύει τῶν ἤλων.

Apud eundem *Dial.* III, pag. 156.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ Περὶ ψυχῆς λόγου.

Δι' ὀλίγων δὲ ἐστὶν ἐλέγξει τὴν ἀσεβῆ συκοφαντίαν αὐτῶν· μάλιστα μὲν γὰρ, εἰ μὴ τῆς τῶν ἀνθρώπων ἔνεκεν σωτηρίας εἰς τὴν τοῦ θανάτου σφαγὴν τὸ ἴδιον ἔκουσίως ἐξεδίδου σῶμα. Πρῶτον μὲν πολλὴν αὐτῷ περιάπτουσιν ἀδυναμίαν· ὅτι μὴ οἶός τ' ἐγένετο τὴν τῶν πολεμίων ὄρμην ἐπισηεῖν.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Διὰ τί δὲ περὶ πολλοῦ ποιοῦνται δεικνύοναι τὸν Χριστὸν ἄψυχον ἀκλιηφέναι σῶμα, γεώδεις πλάττοντες ἀπάτας; Ἴνα, εἰ θυνηθεῖεν ὑποφθεῖραι τινὰς, ταῦθ' οὕτως ἔχειν ὀρίζεσθαι, τηλικαῦτα τὰς τῶν καθῶν ἀλλοιώσεις τῷ θείῳ περιάψαντες Πνεύματι, ῥαδίως ἀναπισσωσιν αὐτοὺς, ὡς οὐκ ἐστὶ τὸ τρεπτόν ἐκ τῆς ἀτρέπτου φύσεως γεννηθέν.

Ex Eustratii presbyteri *CP. libro adversus eos qui dicunt, animas statim atque e corpore solutæ sunt, non operuri* : cap. 19.

Apud Allatium *De purgatorio*, pagg. 497-500.

Ἐὐρίσκομεν δὲ καὶ Εὐστάθιον, τὸν ἐπίσκοπον Ἀντιοχείας τῆς Συρίας καὶ ὁμολογητὴν, λέγοντα ἐν τῷ Περὶ ψυχῆς καὶ κατὰ Ἀρειανῶν λόγῳ, συμφῶν δὲ τοῦτοις διεξιῶν ὁ αὐτὸς Ἱερεμίας εἰσηγεῖται τὰς τοῦ Θεοῦ διακονοῦμενος φωνάς, δι' ὧν δεικνυσιν, ὅτι μῆτε τὰς τῶν θαλαῶν προσεταιραται πρεσβείας, εἰ βουληθεῖεν τῶν μαιφόνων χάριν ἀξιῶσαι. Καὶ εἶπε Κύριος πρὸς μὲ λέγων· Ἐάν στή Μωϋσῆς καὶ Σαμουὴλ πρὸ προσώπου μου, οὐκ ἐστὶν ἡ ψυχὴ μου πρὸς αὐτούς. Δεδήλωται κατὰ τῆς θείας Γραφῆς, ὅτι Μωϋσῆς καὶ Σαμουὴλ ἀπέθανον· πῶς οὖν καὶ ὑπὲρ τῶν ἀναξίων πρεσβεύουσιν, εἰ καθ' ἡμᾶς οὐκ ἐνεργετοῦσιν (20); Καὶ ἐπιφέρει πάλιν ὁ αὐτὸς Πατὴρ, καὶ φησὶν· Εἰ δὲ διὰ τῆς τοῦ Χριστοῦ ἐπιφανείας εἰς τὴν παράδεισον τὸ τῶν ἀνθρώπων εἰσάγει γένος, ὅτι πῆναι δὲ ἐσταυρώθη, τὴν ληστὴν αὐτῆμερον εἰσάξει αὐτῷ προηγόρευεν, τοῦ σώματος ἐτι βεβλημένου τῷ μνήματι, συνέστηκεν, ὅτι συνδιατωμένη κυρίως ἡ ψυχὴ τοῦ Χριστοῦ τῷ Λόγῳ καὶ Θεῷ, τῷ πᾶσαν ὁμοῦ τὴν τῶν γεννητῶν περιέχοντι κτίσιν, τὴν ὁμογενῆ, τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴν εἰς τὴν παράδεισον εἰσάγειεν. Ὡδὲ γὰρ ἐστὶν ψευδαμύμων, ὅτι πρὸ τῆς ἀναστάσεως τοῦ ἁγίου σώματος τὸ τοῦ ληστοῦ προηγέρθη σῶμα τὴν ἐπαγγελίαν ἀπολαβόν. Ἀκόλουθον ἔρα ἐστὶν ὑπολαμβάνειν ἐμφρόνως, ὅτι ἡ ψυχὴ τὴν

nem vero, cum tertio die resurrexisset a mortuis, et de ipsius resurrectione dubitarent discipuli, apparens illis in eodem corpore, carnem quidem totam cum ossibus se habere profitetur: oculis vero illorum perfossam latus obijciens, clavorum quoque illorum vestigia ostendit.

Ejusdem, ex libro *De animæ*.

Pauci convinci potest impia illorum calumnia: et maxime quidem, si non salutis hominum causa corpus suum ad mortem sponte sua præbuit. Primum enim magnam ei attribuunt imbecillitatem, qui non potuerit hostium impetum reprimere.

IBIDEM.

Ejusdem, ex eodem libro.

Cur autem magni faciunt ostendere Christum corpus inanimatum suscepisse, terreas fraudes convingentes? Ut si possint aliquos corrumpere, qui hæc ita se habere definiunt; tunc affectionum mutationes divino tribuentes Spiritui, facile ipsis persuadeant, quod mutabile est, ex immutabili natura genitum non esse.

Reperimus præterea Eustathium Antiochiæ Syriæ episcopum et confessorem, Patribus jam laudatis consona scribere in libro *De anima et contra Arianos*. Concordia his prosequens idem Jeremias, vocibus Dei asserviens insinuat, quibus commonstrat, neque justorum supplicationes acceptas se habere, si velint illi propter homicidas preces fundere. Et dixit Dominus ad me, dicens: Si steterit Moyses et Samuel ante faciem meam, non est anima mea erga ipsos. In divinis litteris indicatur Moysen et Samuelem vita esse defunctos, quomodo ergo pro iis qui minime digni sunt, orant, si per vos non operantur? Hisce præterea idem Pater adnectit: et quæ sequuntur: Si itaque, postquam Christus apparuit, in paradysum genus humanum introducit; cum vero cruci affixus est, latronem statim eodem die in illum introducturum se promisit, corpore adhuc intra sepulcrum involuto: constat ab anima Christi, quæ proprie cum Deo et Verbo res omnes creatas in se continente commoratur, natura sibi similem hominis animam in paradysum illatam fuisse. Non enim scriptum est, ante sancti corporis resurrectionem corpus latronis in vitam revocatum, promissi compos factum fuisse. Consequens ergo fuerit, si caute rem intelligere volumus, animam a cognata sibi anima, tanquam quæ majore aucto-

(20) *Ei καθ' ἡμᾶς οὐκ ἐνεργ.* Sic sane Allatius. Fabricius tamen *Bibl. Gr. tom. VIII, pag. 186, legendum statuit καθ' ἡμᾶς*, atque ita vertendum: Si

non ita ut nos (qui vivimus) operantur? Quam equidem emendationem minime necessariam existimavimus.

²⁰ *Jerem. xv, 1.*

ritate poleret, humaniter ductam, promissa sua eodem die persolvente, cum aperuisset paradisum, in præclaram hæreditatem invectam fuisse. *Fatetur hic doctor a Christo humanum genus, eos scilicet qui vita optime ducta inclaruerant, et fidem catholicam professi fuerant, quemadmodum latronem; ex parte enim eorum qui virtuti operam dedere, genus universum ostendit, in paradisum introductum fuisse.*

συγγενῆ ψυχὴν ὀδηγοῦσα φιλοφρόνως, ἅτε δὴ καὶ μείζονος ἐξουσίας ἐχομένη, τὴν μὲν ὑπόσχεσιν αὐθιγέρον ἐπὶ πέρας ἤγεεν, εἰς δὲ τὴν ἐξαιρετον εἰσῆγε κληρονομίαν, ἀνοίγουσα τὸν παράδεισον. Εἰπὼν ὁ Πατὴρ, ὅτι ὁ Χριστὸς τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων εἰς τὸν παράδεισον εἰσήγαγε, δηλονότι τοὺς βίω κακοσημένους, καὶ τὴν ἐρῆην ὁμολογήσαντας, καθάπερ καὶ τὸν ληστήν· ἀπὸ μέρους γὰρ τὸ τῶν ἐναρέτων ἅπαν ἐνεδείξατο γένος.

Ex Joannis Damasceni sacris Parallelis, opp. tom. II, pag. 752.

Eustathii episcopi Antiocheni, ex libro De anima,

Ἐὐσταθίου ἐπισκόπου Ἀντιοχείας, ἐκ τοῦ Περὶ ψυχῆς.

Divinum numen non legum et temporum expressis verborum circumscriptionibus subjicitur.

Θυ νόμων καὶ χρόνων ρηταῖς τὸ θεῖον ὑπόκειται περιγραφῆς.

IBIDEM, pag. 788.

Somnus corpori et animæ omni communis est.

Κοινὸν σώματος καὶ ψυχῆς ὕπνος.

V.

FRAGMENTA EX LIBRIS VIII CONTRA ARIANOS DEPERDITIS.

EX LIB. VI.

EULOGUS Alex., apud PROTIUM cod. CCXXV, pag. 760.

Etiam Eustathius Antiochenus episcopus in sexto adversus Arianos libro his verbis scribit: Sed Arianae scevæ saltatores peccatum fecisse Christum jactant. *Et post pauca: Illud vero: Quoniam Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi* 99, nec memoria tenent, neque lingua pronuntiant: sed veluti graves calumniatores et accusatores locum labefactantes, accusationis certamen instituunt. Deinde et Legis decretum: Oportet vero veritatis studio legitime certantes 99, omnia abunde accipientes, sed non ad fraudem, partim quidem silere, partim vero abstrahentes offerre.

Καὶ γὰρ καὶ Εὐστάθιος ὁ τῶν Ἀντιοχέων ἀρχιερεὺς ἐν ἑξ λόγοις τὰ (21) κατὰ Ἀρειανῶν αὐτοῖς ῥήμασιν οὕτω φησίν· Ἄλλ' οἱ παράδοξοι τῆς Ἀρείου θυμέλης μεσίχοροι τὸ μὲν ἀμαρτίαν πεποιθέναι τὸν Χριστὸν φράζουσι· καὶ μετ' ὀλίγα· Τὸ δὲ, ὅτι θεὸς ἦν ἐν Χριστῷ κόσμον καταλλάσσων ἑαυτῷ, οὕτε ἐν μνήμῃ φέρουσιν, οὕτε τοῖς τῆς γλώττης ὄργανοις ἐκφωνοῦσιν· ἀλλ' ὡς περ δεινὸν συκοφάνται καὶ κατηγοροὶ ἀκρωτηριάσαντες τὸ χωρίον, τὸν ἀγῶνα τῆς κατηγορίας ποιοῦνται. Εἶτα καὶ ἡ ψήφος ἡ ὑπὲρ τοῦ νόμου· Δεῖ δὲ φιλαλήθως τοὺς ἐνόμους ἀγωνιστάς, πάντα συμπεριλαβόντας ἀπαραιλέπτως, ἀλλὰ μὴ πρὸς ἀπάτην, μέρος μὲν ἀποσιωπῆν, μέρος δὲ ἀποσιωπῶντας προφέρειν.

FACUNDUS Hermianensis lib. XI, cap. 4.

Nam beatus Eustathius Antiochenus episcopus, qui primus in Nicæno concilio fuit, sexto adversus Arianos libro (22) de eo quod ait Dominus 91, « Nemo scit diem illum: » Dicamus, inquit, ejus rei gratia Filius hominis diem proprii adventus ignorat. Neque enim dubium est, quia et hoc causa utilitatis hominum providens adinventum omnium creator et generis opifex Deus. Sicut enim hominem causa salutis hominum Verbo coaptavit et Deo: sic et insignem judicii diem causa divini beneficii homini competenter abscondit; ne forte ineffabilia mysteria similis generis hominibus homo indicans, et diem secundi adventus ostenderet.

Itemque in eodem libro: « Dum sederit, ait, Filius hominis in sede majestatis suæ 92, » valiquidem videtur loqui persona; de altera autem facit manifeste sermonem. Ergo divinus Spiritus de homine clare-dicens apparet: Dum sederit Filius hominis in sede majestatis suæ; sine contradictione denuntians, quia supervenientia gloriæ homo suscipit justitia et virtute ornatus, et excelsum regni solium rite percipiens.

Rursus autem eodem libro de verbis Christi disputans dicit: « Omnia mihi tradita sunt a Patre meo 93, » manifeste ex persona hominis prophetare cognoscitur, sicut et ante probavimus. Iste enim maximas et accidentes virtutes percipit, ad meliora dignitate procedens.

(21) Ἐν ἑξ λόγοις τὰ. Leg. ἐν ἑκτῷ λόγῳ τῶν. FABRIC.

(22) Ex hoc opere adversus Arianos alium etiam locum profert Anastasius in Ecloge his verbis: Εὐσταθίου Ἀντιοχείας ἐκ τοῦ κατὰ Ἀρειανῶν λόγου· Εἰ γὰρ κτιστὸς, οὐκ ἔρα γεννητός· εἰ δὲ

γεννητός, οὐκ ἔρα κτιστός. Ἐπεὶ μὴδὲ οἶόν τε περὶ τὴν αὐτὴν φύσιν ἐκατέρων στρέφεσθαι τὸ γένος· σημεῖόν τε, ὅτι ἀδύνατον εἰπεῖν περὶ τὴν αὐτὴν φύσιν τὸ κτιστὸν ὑπάρχειν καὶ τὸ ἀκτιστὸν. Καθολικὸν γὰρ παράλογον· τῷ διδακτικῷ. SIMOND.

91 II Cor. v, 19. 92 II Tim. II, 5. 93 Matth. xxiv, 36. 94 Matth. xix, 23. 95 Matth. xi, 27.

EX LIB. VIII. — *Apud eundem Facundum l. c.*

Qui (*Eustathius*) octavo quoque libro sic ait : Contemplandum autem quomodo loquens Deo et dicens, *Et civitates destruxisti* ⁸⁴, rursus alterum introducit Dominum inferens, *Et Dominus in æternum manet. Paravit in iudicio sedem suam* ⁸⁵. Manifestissime enim alii de alio loquens apparet : significavit quia iudex est, qui præparavit ei sedem tanquam prius non habenti hunc honorem : sic videbatur loqui : quasi per figuras enim indicabat propheticas, quoniam homo ex membris iustitiæ templum decenter factus, et sacratissimo habitans Verbo; virtutis (23) adeptus est perpetuum solium.

Item in eodem libro : Non enim, ait, qui regni sedem habet, alteram sibi apparat sortem; sed cui non adest sedis potentia. Ergo hæc ad hominem Christi manifeste respiciunt. Neque autem Omnipotenti hæc reponenda sunt, proprium habenti sceptrum; neque Verbo ipsum regnum habenti, quod etiam Pater habet; sed in Christo dicendum, *Dominus in cælo præparavit sedem suam*. Nam omnium simul creaturarum dominator propter divini Verbi commistionem.

ALIA FRAGMENTA EX HISDEM LIBRIS ADVERSUS ARIANOS INDEFINITE EXCITATA.

Apud Gelasium De duabus naturis in Christo, Bibl. PP. Paris. 1644, tom. IV, part. I, pag. 424.

Eustathii episcopi Antiocheni confessoris, contra Arianos.

Quapropter congruas virtutes et gubernationes gentium et populorum, et mistarum plebium, et rerum universarum imperium homo percipiebat Christi palam, et qui *sapientia et ætate gratiaque proficit*, sicut Evangelii litteræ ⁸⁶ docent particulariter.

Ejusdem contra eos. — Ibidem.

Et iterum cum dicitur *Jesus sciens quia omnia dedit ei Pater in manus* ⁸⁷, atque ut ita introducit; hominis potestatem declarat : quæ quomodo æterni sumens sceptrum imperii, omnium haberet commissum iudicium.

Ejusdem contra eos. — Ibidem.

Si enim *in Christo*, inquit ⁸⁸, *plenitudo divinitatis inhabitat*; aliud vero inhabitatur. Si vero naturaliter differunt ab alterutris, neque mortis passionem, neque cibi appetitum, neque desiderium poculorum, non somnum, non tristitiam, non fatigationem, non lacrymarum effusiones, non aliam quamlibet mutationem plenitudini divinitatis coexistere fas est, cum sit inconvertibilis per naturam. Homini vero hæc applicanda sunt proprie, qui ex anima constat et corpore : congruit enim ex ipsis humanis et innoxiiis motibus demonstrare, quia non phantastice et putative, sed ipsa veritate totum hominem indutus est Deus perfecte assumens.

In eosdem. — Ibidem.

Quocirca aliud quidem erit mortale, aliud quidem præter hoc immortale. Consequenter autem et *Timotheo* eandem scribens epistolam, prospiciens deiferum hominem proclamabat ⁸⁹ : *Memor esto Jesum Christum resurrexisse a mortuis ex semine David, secundum Evangelium meum.*

Et post pauca. — Ibidem.

Homo autem Deum ferens, qui mortis passionem sponte censuit sustinere propter hominum utilitatem, palmam quidem et certaminis, ut ita dicendum sit, honorem, et potestatem percepit. Et ubi recipitur gloria, quam nequaquam prius habuerat.

Apud eundem GELASIVM, l. c., pag. 429.

Eustathii episcopi Antiocheni, contra Arianos.

Deus, inquit, Verbum eandem quam genitor portat imaginem; imago quippe existens divinæ substantiæ : verum autem ejus templum homo existens, non idem quod templi fabricator est, dissimili ortus ex genere.

Rursus ejusdem post pauca. — Ibidem.

Sed potestatis majestatem introducere volens, et ipsum corpus mortificatum hic Filium dixit : ipsum quidem sublimitatis nomen imponens, id est habitantis in eo Dei decibilibiter.

Et post pauca. — Ibidem.

Pato autem, inquit, nec insane quisquam et furiose debacchatus dixerit aliquando, quia divinitatis plenitudo mortis passa dispendium est. Ergo vesaniunt et bacchantur et furiunt, et insaniunt et suis mentibus excesserunt, qui Deo Verbo passionem applicare præsumunt.

⁸⁴ Psal. 11, 7. ⁸⁵ Ibid. 8, 9. ⁸⁶ Luc. 11, 52. ⁸⁷ Joan. XIII, 3. ⁸⁸ Coloss. 11, 9. ⁸⁹ II Tim. 11, 8.

(23) *Virtutis*. Codex Veron., *virtute*, quod magis placet.

Et post pauca. — Ibidem.

Si enim (24) in Christo, inquit, plenitudo divinitatis inhabitat..., hæc homini applicanda seorsum sunt, qui ex anima constat et corpore.

Ejusdem. — Ibidem.

Quoniam nec dicere fas est, quia Verbum mortuum est, et Deus qui suum templum triduanum suscitavit. Si autem ipse igitur iste natus est primogenitus ex mortuis, qui morte circumnictus est; ipse vero sit princeps in omnibus, qui virtutes acquisitas suscepit. Demique triduanum ex sepulcro resurgens Verbi templum, ipso corpore quidem ad proprios venit apostolos; hæc autem verba dixit eis¹: *Data est mihi omnis potestas in cælo et in terra.* Quia vero hanc potestatem accepit extrinsecus templum, et non qui ædificavit templum præcipua pulchritudine Deus.

Apud JOANNEM DAMASC. ex sacris Parallelis, Opp. tom. II, pag. 314.

Eustathii, contra Arianos

Quidquid principium habet, finem quoque sortitur: quod autem finem admittit, corruptioni obnoxium est.

A

Εὐσταθίου κατὰ Ἀρειανῶν.

Πάν τὴν ἀρχὴν ἔχον καὶ τέλος ἐπιδέχεται· τὸ δὲ τέλος ἐπιδεχόμενον φθορᾶς ἐστὶ δεκτικόν.

IBIDEM, PAG. 751.

Eustathii Antiochiæ episcopi.

Deus universa replet, nullo circum termino definitus. Qui enim a loco minime circumscribitur, is prorsus, ut Davidis cantico fertur², in omni loco erit. Quod si enim extra locum aliquem esset, oporteret ipsum illo terminari, a quo destitueretur. Cum ergo totus in universo existat, nequaquam ex aliis in alia loca migrat, a quo replentur omnia.

Εὐσταθίου (25) ἐπισκόπου Ἀντιοχείας.

Ὁ Θεὸς τὰ πάντα πληροῖ, ὅπ' οὐδενὸς περιοριζόμενος. Ὁ γὰρ ὅπῃ ἄπο πάντων μὴ περιοριζόμενος πάντως ἐν παντί τόπῳ, κατὰ τὴν τοῦ Δαυὶδ ὁμολογίαν, ἐστὶν. Εἰ γὰρ ἔξω λέγοιτο τόπου τινὸς, ἀνάγκη περιορίζεσθαι αὐτὸν ὅπ' ἐλείνου, ὅπερ στερεῖσκαται. Ὅλος οὖν ἐν παντί γενόμενος, οὐδαμῶς ἐξ ἐτέρων εἰς ἐτέρους μεθίσταται τόπους, τὰ πάντα κληρῶν.

ALIA FRAGMENTA.

(Ex libro cui titulus: *Σειρά εὐχος καὶ πενήκοντα υπομνηματιστῶν εἰς τὴν Οὐκατευχὸν καὶ τὰ τῶν Βασιλειῶν, ἤδη πρῶτον τυποῖς ἐκδοθεῖσα. Αἰξίωσει μὲν τοῦ εὐσεβεστατοῦ καὶ γαληνοτατοῦ ηγεμονοῦ πασης Οὐγκροβλαχίας κυρίου κυρίου Γρηγορίου Αλεξανδρου ΓΚΙΚΑ, ἐπιμελεῖα δε Νικηφοροῦ ἱερομναχοῦ τοῦ θεοτοκοῦ. Ἐν Λεῖψια τῆς Σαξονίας, ἐν τῇ τυπογραφίᾳ τοῦ Βρεῖτωκοῦ. Ἐτὶ ἀφοβ' (1772). Tom. I, pp. 398, 350.)*

I.

De Melchisedech.

Eustathii Antiocheni. Non recensetur genealogia Melchisedeci, quoniam virtute justi non digni fuerunt majores. Comparatur autem Christo, non secundum carnis naturam; etenim Domini genealogia recensetur; sed secundum ordinem sublimiorum inenarrabilem habens genealogiam.

Εὐσταθίου Ἀντιοχείας. Οὐ γενεαλογεῖται ὁ Μελχισεδὴκ, ὡς οὐκ ἀξίων τῶν προγόνων ὄντων τῆς ἀρετῆς τοῦ δικαίου. Ἀφωμοίωται δὲ τῷ Χριστῷ, οὐ κατὰ τὴν φύσιν τῆς σαρκός· καὶ γὰρ ὁ Κύριος γενεαλογεῖται· ἀλλὰ κατὰ τὴν ἀνωτάτω τάξιν, ἀδιήγητον ἔχων τὴν γενεάν.

II.

Ex tractatu « In inscriptiones titulorum. »

Eustathii Antiocheni. Jacob Spiritu sancto insarratus, primum quidem ipsam corpoream Christi videt speciem, luculenter antea descriptam, quæ visibilis est et loci ratione comprehenditur: secundo autem vincens crucis tropæum scalæ simile: huic enim adactus est in sublimi, omnes ad sese trahens. Intelligentes igitur videre possunt nomine quidem quatenus nonnulli ipsos tentationum affectus appellant scalæ gradus, ascensus si-

Εὐσταθίου Ἀντιοχείας. Ὁ Ἰακώβ ἐνηχηθεὶς ὀλίγῳ Πνεύματι, πρῶτον μὲν αὐτὸ τὸ σωματικὸν εἶδος ὀρθῶς τοῦ Χριστοῦ, προαναγραφόμενον ἐναργῶς· ὅπερ ἐστὶν ὁρατὸν, καὶ τοπικῆς ἐχόμενον περιγραφῆς. Δεύτερον δὲ καὶ τὸ νικηφόρον τοῦ σταυροῦ τρόπαιον κλίμακιν ἀπεικαζόμενον. Τούτῳ γὰρ ἐπιστηρίχθη μετεώρων, ἐλύσας ἅπαντας πρὸς ἑαυτὸν. Ἔστι γοῦν ἐννοοῦντας ἰδεῖν, ὅπως ὀνόματι μὲν, αὐτὰ τὰ τῶν πειρασμῶν πάθη κλιμακτῆρας ἐσθ' ὅτε κικλήσκουσι τινες, ἀμφι-

¹ *Matth. xxviii, 18.* ² *Psal. cxxxviii, 7-10.*

(24) Si enim, etc. Hæc plenius recitantur paulo superius.

(25) *Εὐσταθίου, κ. τ. λ.* Hæc ex Eustathio Antiocheno citantur, nullo ejus opere memorato.

κρήμους ἀναβάσεις ὑπερβαίνον καὶ καταβάσεις· σχήματι δὲ, τῷ σταυρῷ προσοικεῖν ὀλίγως πῶς ἡ κλίμαξ, ὀρθοῖς τε καὶ πλαγίοις ἀρμολογεῖσθαι ξύλοις. Ὡς οὖν ἱστορήσῃ τὴν τοιαύτην ὀπτασίαν, τὸν λίθον ἔρας, ἐφ' ᾧ τὴν κεφαλὴν ἀνακλίνας, ἔστησε μὲν αὐτὸν εἰς στήλην, ὑπόμνημα τῆς ἱστορίας, εἰκόνα δὲ τοῦ φανέντος αὐτῷ προσώπου χαρακτηρίζων, ἐν ᾧ μνήμης ἀνανέωσιν ἔδρυσεν. Οἶκον δὲ Θεοῦ λόγου ναὸν, ὡς καὶ αὐτὸς ἐξέφηεν ὁ τοῦ Παντοκράτορος Υἱός· *Ἀύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐπερῶ αὐτόν.* Ἦδη δὲ καὶ πύλην οὐρανοῦ ἀνόμασε τὸν αὐτόν, ἐπειδὴ διὰ τῆς τοῦ Χριστοῦ θεουργίας τὸ σῶμα τε καὶ ψυχὴν καθαρίζόμενοι, τῇ θεῖα δυνάμει προσεῖναι φύσει. Τοιγαροῦν οὐδὲ τὸ ἔλατον ἀργῶς ἐπὶ τὸ ἄκρον ἐπέχεε τῆς στήλης· ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἐκείνου δηλωτικὸν ἦν, οὗ διεπράττετο σπουδαίως ἡ Μαρία, μύρον ἐξ ἄκρων ἐπιχέουσα τοῖς τοῦ Χριστοῦ ποσίν. Αὐτὸ δὲ πάλιν ἐτύγγαθεν ἐκείνου μῆνυμα τῆς ταφῆς, ὡς αὐτὸς ἐσαφήνισεν ἀναφανδὸν ὁ Κύριος· Ὁ δὲ λίθος οὗτος εἰκονίζει τὸν ἀκρωγιατὸν ἐκείνου λίθον, ὃν ἀπεδοκίμασαν μὲν οἱ οἰκοδομοῦντες, εἰς γωνίας δὲ κεφαλὴν ἐγένετο.

^a Joan. II, 19. ^b Psal. CXXVII, 22.

A guificari atque descensus : re autem cruci quodammodo comparatur scala, erectis transversisque composita lignis. Quemadmodum igitur memoriae tradidit hancce visionem, tollens lapidem, in quo caput reclinaverat, columnæ instar erexit eum, historiae monumentum, imaginem autem speciei sibi visæ repræsentans, in eo memoriae renovationem constituit. Ædem Dei autem cum appellaret eum innuit divini Verbi templum, quemadmodum et ipse exposuit Omnipotentis Filius : *Solvite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud* ^a. Jam vero etiam portam cæli nuncupavit illum, quandoquidem nos, divina Christi ope secundum corpus et animam purificati, ad divinam accedere possumus naturam. Quapropter nec frustra oleum infudit vertici columnæ, sed hoc quidem præfiguravit illud, quod Maria solerter fecit, unguentum superne infundens pedibus Christi. Illud autem ipsum etiam fuit signum sepulture, uti ipse luculenter demonstravit Dominus. Hicce vero lapis præfiguratur lapidem illum angularem, quem reprobaverunt ædificantes, factus est autem in caput anguli ^b.

LITURGIA SANCTI EUSTATHII

PATRIARCHÆ ANTIOCHENI (26).

(REHAUDDOT, *Liturgiarum Orientalium Collectio*, ed. II, Francofurti 1817, in 4^o, t. I, p. 254.)

Primo oratio ante osculum pacis.

Deus clemens et multa misericordiae, Domine, qui te non dubitanter invocantes juste exaudis, nobis etiam qui una et aequali voce clamamus ad te, largire, ut cum unanimi concordia, demus nobis invicem pacem in osculo sancto et divino, et referemus tibi gloriam, etc.

Populus. Amen.

Diaconus proclamat Mediam.

Sacerdos elevans vocem. Omnem quoque dubitationem depellens a nobis, Domine, vinculo charitatis tuae confirma nos, et benedictiones abundantes, nobis et illis qui eoram te inclinati sunt mitte, ut efficiamur adoratores veri et participes bonorum tuorum æternorum, reficremusque tibi gloriam, etc.

Populus. Amen.

(26) Celeberrima est non modo inter Jacobitas, sed apud orthodoxos Eustathii Antiocheni, qui Nicæno concilio interfuit (a), memoria : neque magis ad Jacobitas pertinebat quam reliqui Patres veteres : nisi quod cum Antiochenæ Ecclesiæ episcopus fuerit, locum illi inter eos dederunt, a quibus suas temere deducunt origines. Ut igitur Petri, qui illam Ecclesiam fundavit, nomine Liturgiæ duas : unam Ignatii nomine scripserunt, ita facile fuit ut Eustathio quoque unam ascriberent. Illam inter eas quæ in usu apud Maronitas sœrent numeravit Gabriel Sionita in epistola ad Nihusium (b), Abraham

(a) Soz. I, c. 2 et 17.

(b) Allat. *Synmicta*, p. 297.

C *Sacerdos.* Tu es thesaurus auxiliorum, et fons bonorum, Domine : nos igitur qui egestate et paupertate laboramus, divites fac divitiis incomprehensibilibus donorum tuorum divinorum : et perfice nos in populum sanctum, et congregationem salvatam, quæ annuntiet laudes tuas, Deus Pater, et unigenitum Filium tui, et Spiritus tui vivi.

Diaconus. Date pacem.

Sacerdos. Charitas Dei Patris.

Populus. Amen. Misericordiae Dei.

Sacerdos. Sursum corda.

Populus. Habemus ad Dominum.

Sacerdos. Gratias agamus Domino.

Populus. Dignum et justum est.

D *Sacerdos inclinatus.* Gratias agamus, adoremus, et glorificemus Patrem, Filium, et Spiritum sanctum unum Deum verum.

Echellensis in notis ad Hebed Jesu : et Faustus Naironus in *Evoptia* sua (c). Editâ quoque est in Missali Maronitico : sed cum interpolationibus, quæ in aliis factæ sunt. Sinceram lectionem restituumus ex codice Colbertino bonænotæ, qui eam repræsentabat : nam in multis desideratur. Cum vero omnium liturgiarum una sententia sit, idem disciplinae color, doctrina de sacramento prorsus eadem : discrimen vero nullum, præterquam in verborum ubertate, aut strictiori simplicitate possit animadverti, quæ ad alias observata sunt, ad istius quoque explicationem possunt sufficere, si pauca excipimus.

(c) *Evopt.*, p. 319, p. 162.

Elevans vocem. Magnificentiam tuam, Domine, A glorificant omnes virtutes materiæ expertes; legiones inflammatae ex flamma productae: agmina ardentia cherubim fortium: turmae terribiles Seraphim sanctorum; qui moventes alas suas, clamant, vociferantur et dicunt.

Populus. Sanctus, sanctus, sanctus.

Sacerdos inclinatus. Trinas sanctificationes offerimus tibi, Deus Pater, et unigenito Filio tuo, et Spiritui tuo sancto: neque enim mensurabilis est sanctitas tua, Domine: qui cum indigni essemus, misisti Filium tuum in mundum pro salute nostra: ortusque est in Virgine, et per mortem suam vitam praestitit mortalitati nostrae.

Elevans vocem. Qui cum voluntate sua, quasi succidaneus pro nobis peccatoribus venit ad mortem, accepit panem in manus suas sanctas, † benedixit, † sanctificavit, † fregit, deditque discipulis suis sanctis, et dixit: Accipite manducate ex eo: Hoc est corpus meum (27), quod vos et omnes suscipientes illud fideles, praeparat ad vitam aeternam.

Populus. Amen.

Sacerdos. Similiter et calicem quem miscuerat vino et aqua, † benedixit, † sanctificavit, † et dedit iisdem discipulis sanctis et dixit: Accipite, bibite ex eo vos omnes: Hic est sanguis meus qui vos et omnes suscipientes eum fideles praeparat ad vitam aeternam.

Populus. Amen.

Sacerdos. Sed et quando mysterium istud celebrabit, agite memoriam mortis meae, donec veniam.

Populus. Mortis tuae, Domine, memoriam agimus.

(27) *Hoc est corpus meum.* Id habet singulare illa verborum Christi formula, quod contra reliquarum omnium Graeci, Coptici, et Syriaci ritus liturgiarum exemplum, particula illa, quod pro vobis frangitur et datur in remissionem peccatorum, omittitur: quae tamen ex rigidiorum theologorum opinione necessaria non est: unde praetermittitur ubique in Missali Romae edito. Sequentia autem verba, suscipientes illud fideles praeparat ad vitam aeternam, significant sacramentum digne susceptum gratiam conferre fidelibus ad consequendam vitam aeternam.

(28) *Ut per illapsum suum exhibeat.* Eo in loco duae voces occurrunt, quarum hac in oratione usus frequentissimus est: *illapsus* ἰλλῶσῃς ἐπιφοίτησις, ἐπιπλάσις, a verbo ἵλλω quod legitur in versione Syriaca Lucae 1, 35. *Virtus Altissimi obumbrabit tibi*, ἐπιπλάσις: ut significetur illapsus Spiritus sancti in B. Virginem, ad formandum ex ea corpus, mox assumendum a Verbo Dei. Ut enim alibi explicatum est, ea comparatione Orientales uti potissimum solent, ad explicandam propositiorum elementorum in corpus et sanguinem Christi mirabilem transmutationem. Altera vox est ἰλλῶσῃς seu Graeca ἀναδελξή quae occurrit in Syriaca Jacobi liturgia, et de qua pariter dictum est, certisque argumentis demonstratum, intelligendam illam esse, non tam ex Syriaca quam ex Graeca origine, ita ut non simpliciter *demonstrare* et *designare*, sed *efficere* et *consecrare* significet. Si quis perverciacius insistat, triticisque grammaticis simplicem et tot aliis liturgiis expressam sententiam obscurare nitatur, ex sequenti formula, quae ad calicem refertur, refelli potest, in qua vox ἰλλῶσῃς

Sacerdos. Etiam adventum tuum salutarem, et secundum illum retributionis commemorantes, Domine, laudes cum deprecationibus majestati tuae offerimus, ut in die illo magno iudicii tui justus, non per peccata nostra fiamus cibus carbonum ignis, alimentumque flammæ terribilis: non demergamur in mare ardens, aut jactati obruamur fluctibus ignium. Non simus hæredes suspiriorum: neque gemitibus acerbis addicæ nos: non fiamus habitatores locorum tenebrosorum, et regionum timore plenarum: non alieni fiamus ab hæreditate tua, neque privati familiaritate tua: sed cum invitatis ad recumbendum tecum, et vocatis ad convivium tuum conjunge nos, et splendore regni tui impingue nos. Et propter hæc omnia præcipue, Ecclesia tua et grex tuus deprecatur te, et per te, atque tecum Patrem tuum, dicens.

Populus. Miserere.

Sacerdos. Nos quoque.

Populus. Te laudamus.

Sacerdos. Præcipue.

Diaconus. Quam timenda est hæc hora.

Sacerdos dicit invocationem Spiritus sancti.

Misericordiam tuam obtestor et deprecor, Domine Deus: miserere mei, et effunde super me et super oblationes istas propositas, gratiam Spiritus tui sancti: et munda me ab omnibus maculis peccati, et conforta me ad ministerium hoc purum et sanctum.

Sacerdos. Exaudi me, Domine.

Populus. Kyrie eleison.

Sacerdos. Ut per illapsum suum exhibeat (28), panem quidem istum, † corpus sanctum † Christi Dei nostri †.

faciat usurpatur, significationemque alterius vocis determinat. Idem enim pro misto, quod calix continet, postulatur miraculum, ac pro pane in altari proposito: et si effectus non alius est, quam ut significet designetque sanguinem Christi, alia voce uti debent liturgiæ auctores, quam ea quæ *efficere* significat. Si vere efficitur merum aqua mistum, sanguis Christi, vere quoque panis efficitur corpus Christi. Itaque dubium superesse nullum potest, quin utraque vox, diversæ licet originis et etymologiæ, eodem significato accipienda sit: quod etiam variarum aliarum liturgiarum consensus demonstrat.

In Romana editione forma Invocationis integra relicta est, eo solum a codicibus mss. discrimine, quod in utraque periodo, tam in ea quæ ad panem spectat, quam in altera, quæ ad calicem, occurrit vox eadem ἰλλῶσῃς. An ita habuerint codices mss. ex quibus editio facta est, dicere non possumus: id autem facile fuit, cum Syri utraque voce indifferenter uti soleant. Verum si quidem emendandæ fuerunt in locis aliis Invocationis formulæ, in ista, ut in Jacobi liturgia, idem erat observandum: nam constare sibi debent in re tam gravi censorum iudicia. Si quæ in duabus illis liturgiis intacta servata est, omni erroris suspitione caret: sollicitari et immutari aliæ non debebant, aut utraque, illa præcæteris debebat emendari, ea ipsa ratione, quæ ipsam, ut verisimile est, a censura liberavit. Nam qui voce ἰλλῶσῃς, quæ πῶσῃς significat, offensi sunt, alteram ἰλλῶσῃς, ἀναδελξή aliud quidpiam significari iudicaverunt, scilicet *designare*, *demonstrare*, etc. At qui

Populus. Amen.

Sacerdos. Et mistum quod est in hoc calice, faciat sanguinem Christi Dei nostri.

Populus. Amen.

Sacerdos. Nobis autem per illorum susceptionem, det veniam delictorum, remissionem peccatorum, scientiam veram fidei, zelumque laudabilem religionis, et participationem vitæ æternæ.

Populus. Amen.

Sacerdos inclinatus. Da, Domine, Ecclesiæ tuæ et præsulibus ejus, ut juxta præscriptum legum tuarum se gerant, omnibus diebus vitæ suæ.

Elevans vocem. Et oculos intellectuales mentis nostræ illumina, Domine, ut contemplemur miracula legum tuarum divinarum : et a lupis spiritualibus universum gregem tuum conserva : et simul referemus tibi gloriam et laudem, etc.

Populus. Amen.

Sacerdos inclinatus. Memento, Domine, eorum qui invocant te cum fide vera, et bona operantur propter nomen tuum sanctum.

Elevans vocem. Omnes quoque reliquos orthodoxos auxilio tuo adjuvans, Domine, benedic eos qui juvant Ecclesiam tuam sanctam : ut ab omnibus glorificeris, cum unigenito Filio tuo, et Spiritu tuo sancto, etc.

Populus. Amen.

Sacerdos. Coerce et aufer a nobis, Domine, omnem potestatem inimicam pugnans adversus nos.

Elevans vocem. Et concede, Domine, liberationem perfectam a bellis, tumultibus, et incursionibus barbarorum, populo tuo fidei : atque in pace, quæ a te est, conserva omnem gregem tuum : ut assidue glorificemus te, unigenitumque Filium tuum, et Spiritum sanctissimum.

Populus. Amen.

Sacerdos inclinatus. Memento, Domine, sanctæ Genitricis Dei Mariæ, et sanctorum apostolorum tuorum, ut etiam illorum qui inter eos recenseri meruerunt.

Elevans vocem. Nos etiam roboras, ut gloriose perficiamus in scientia vera, et conscientia sincera : ut ea ratione similes effecti sanctis tuis, qui tibi vivunt, et apud te custoditi, cum illis referamus tibi gloriam, etc.

Populus. Amen.

Sacerdos inclinatus. Memento, Domine, Patrum sanctorum et beatorum, qui spiritualiter nos genuerunt, educaverunt, et aluerunt, in omni timore Dei.

Eucharistiam jam consecratam, corpus et sanguinem Christi designare dicit, errat longe deterius eo qui super dona proposita, verbis Christi a sacerdote rite pronuntiat consecrata, invocari posse credit Spiritum sanctum, ut illapsu suo mysterium plena sanctificatione confirmet. Neque invocari potest Spiritus sanctus, aut illius illapsu et obumbratione opus est. ut panis et vinum significant corpus et sanguinem Christi. Nam mystica hæc adumbratio

A *Elevans vocem.* Eorum qui doctores veri fuerunt Ecclesiæ tuæ sanctæ, et a seductionibus erroris eam converterunt, et vias rectas ad vitam immortalem, illi demonstraverunt : numeratos igitur inter ordines eorum fac nos, ut cum illis et inter illos referamus tibi gloriam, etc.

Populus. Amen.

Sacerdos inclinatus. Miserere et parce, Domine, per hoc sacrificium, omnibus defunctis fidelibus, qui pridem decubuerunt, cum spe tua, in fide orthodoxa.

Elevans vocem. Omnes aspiciens cum misericordia, tanquam conditor animarum et corporum illorum. Acceptas igitur habe istas oblationes, quæ pro illis tibi offeruntur : et præsta illis bona promissa diligentiis Christum tuum ; per quem, et cum quo misericordiam consequi speramus, et remissionem peccatorum quæ propter eum est, et nobis et illis.

Populus. Quietem præsta.

Sacerdos. Propitius igitur esto omnibus iniquitatibus nostris et illorum, Domine, neque in memoriam revoces crimina quæ a nobis et ab illis commissa sunt : verum rege nos in hoc sæculo liberos a iudiciis et angustiis, et in futuro fac nos pervenire ad habitacula lucis, gaudii et lætitiæ : ut hic et illic glorificemus, laudemus, veneremur et extollamus nomen tuum valde honorandum et benedictum, simulque Domini nostri Jesu Christi, et Spiritus tui sancti.

Populus. Sicut.

Sacerdos. Pax.

Populus. Et cum spiritu tuo.

Sacerdos. Misericordiæ Dei sint.

Postea frangit oblatam et signat dicens : Credimus.

Diaconus dicit Catholicam.

Sacerdos dicit orationem ante Pater noster.

Princeps magne et Pater vere utriusque sæculi, Domine, qui nos ex nihilo eduxisti, ut essemus, et vias rectas salutis, per Filium tuum unigenitum docuisti nos : tu nunc etiam per gratiam tuam compatiens nobiscum, Domine, sanctifica mentes et linguas nostras, eo sine ut pure invocemus te Deum Patrem omnipotentem, sanctum, oremusque et dicamus : Pater noster qui es in cælis.

Populus. Sanctificetur.

Sacerdos. Semper esto armatura nostra, Domine : auxiliator, et adjutor ; et a tentationibus præservator et liberator : quia tuum est regnum, et potestas et laus, unigeniti que Filii tui, et Spiritus tui, etc.

statim ab initio liturgiæ, etiam in præparatoria actione, per preces et cæremonias satis significatur : ut cum panis ad altare infertur, et dicitur : *Tanquam ovis ad occisionem ductus est : et ad calicem : Unus militum lancea latus ejus aperuit : et alia similia, dudum ante quam pronuntientur Christi verba.* Tota imo liturgiæ series eo spectat, cum repræsentatio sit totius humanæ ipsius in terris dispensationis.

Populus. Amen.

Sacerdos. Pax.

Populus. Et cum spiritu tuo.

Diaconus. Inclinate.

Populus. Coram te, Domine.

Sacerdos. Adorande qui ter adoraris, et sancte glorificaris, sanctifica, Domine, animas et corpora eorum qui coram te inclinati sunt, ut sancte mysteriis istis communicemus, et referemus tibi gloriam, etc.

Populus. Amen.

Sacerdos. Misericordiae Dei sint.

Diaconus. Unusquisque cum timore.

Sacerdos. Sancta sanctis.

Populus. Unus Pater sanctus, etc.

Sacerdos dicit orationem gratiarum actionis.

Omnem laudem indeficientem, gratiae tuae inenarrabili offerimus, Domine: qui per susceptionem hujus mysterii illuminasti animas nostras radiis

A spiritualibus divinitatis tuae. Praesta nos igitur incolumes ab igne illo inextinguibili, per istud convivium: et referemus tibi gloriam, etc.

Populus. Amen.

Sacerdos. Pax.

Populus. Et cum spiritu tuo.

Diaconus. Post.

Sacerdos. Domine, custodi populum tuum fidelem, et salva nos omnes ab omni timore et tremore: tranquillitatemque et pacem concede nobis omnibus, benedictionesque bonas, gaudia et exultationem: ut pro omnibus retribuamus tibi gloriam, laudem, exaltationem et gratiarum actionem, Deoque Patri genitori tuo, et Spiritui tuo sancto, nunc, etc.

B *Populus.* Amen.

Diaconus. Benedic, Domine.

Sacerdos. Benedic nobis omnibus.

Diaconus. Benedicam Dominum.

SPURIA

S. EUSTATHII COMMENTARIUS IN HEXAEMERON

(Edidit Leo ALLATIUS, Lugduni 1623, in-4. Eidem volumini inest Eustathii *Contra Origenem De enagimytho Disputatio*, quam primus in lucem protulit Allatius.)

LECTORI.

Eustathius, Antiochenae Ecclesiae summus antistes, cujus apud veteres copiosa et honorifica mentio, eandem cum aliis magni nominis scriptoribus, iniquam adversamque fortunam expertus est. Quae enim ipse maximis vigilis magnaue diligentia in catholicae veritatis oppugnatores monumenta reliquerat, vel bonorum incuria, utinam non malorum inimicorumque hominum studio fraudeque interiere; vel tractu ipso temporis, et rerum humanarum ingenio sunt absumpta. Saepius legeram in antiquorum commentariis Eustathium hunc, divite verborum ac sententiarum copia, elegantique eruditionis varietate ad amussim perfecta, atque ad summum absoluta, eaque in magno numero scripta elucubrasse. Quæro avidius si quid reliqui est, nam omnia exspectare desipientis esse judicabam. Refertur a prudentissimis viris, nomen tantum superesse, monumenta excidisse omnia. Indolui. Quid enim facerem? Magnorum auctorum ruinas non sine dolore miseratus sum. At præsagus animus magis magisque inopia, ceu quodam incitamento accensus sagaci quadam curiositate omnia perlustrabat, si quid tanti viri offenderet. Quare impensius manuscriptos codices, cum liceret evolvebam, agitabamque intentius. Nec spes ad irritum cecidit. Forte enim dum Romæ bibliothecam quamdam librorum, et typis editorum, et manuscriptorum omni genere refertissimam amici cujusdam beneficio videndi gratia adeo, in ipso ingressu, dolet namque dum tempus abit iners, libro obvio non grandi volumine manus injicio, aperio, lego; quæ primo occurrere non displicent. Prosequor; diffunditur mens, animus erigitur, et aures dictionis sono, quasi voluptate titillantes, oblectantur. Nihil in eo tritum, nihil vulgare, rerum etiam ipsarum materies ciebat admirationem. Recurro ad frontem libri, auctorem perquiro; et, o lætum nuntium, o fortunatum diem, o insperatum gaudium! titulus hic erat: Εὐσταθίου ἀρχιεπισκόπου Ἀντιοχείας εἰς τὴν ἑξαήμερον ὑπόμνημα πᾶν θαιμαστόν. Diu hærens substiti, inopinato eventu perculsus, tandem ad finem libri propero, si forte omnia essent Eustathii. Præter hunc tractatum, cætera aliorum esse comperi, quæ in eo volumine continebantur. Exiguus potus sitim valde sitientis, non exstinxit, sed auxit. Sic si paululum aquæ magno igni infundas, accendes cum potius quam exstingues. Quanvis itaque meum desiderium non explevit,

lenivit tamen, et dum metuo moras celerrime nec invito custode, exscribo; deque illius in linguam Latinam versione cogito. Interea in aliis etiam bibliothecis perquirens idem opus eidem auctori ascriptum inveni, et in totius orbis terrarum instructissima ac celeberrima bibliotheca Vaticana, necnon nobilissima Vallicellana Romæ; et cum bibliothecam Palatinam Romam adveherem, Monachii in illustrissima Bavarica. Quare et promptior labrem amplexus, conatus sum de republica litteraria bene mereri.

Institutum meum fuit, mentem ac sententiam auctoris, simpliciter, fideliter ac perspicue transferre, quod primum præcipuumque munus esse interpretis semper existimavi, ita tamen quod nullum sit verbum quod non explicarim, nullumque addiderim a sententia alienum. Ubi rerum ordo, vel obscuritas dictionis id poscebat, blandienti luxuriantique orationi aliquid concessi. Quapropter nec verbis me astrinxi, nec periodis colligavi, dummodo sententiam explicarem: quam antiquorum ut potui et Plinii præsertim verbis expressi. Ad rerum enim naturas ingeniaque exponenda Pliniano stylo nullus mihi videtur aptior, nullus accommodatior, opportunior nullus. Quod an sim assecutus æquus iudicet lector. In textu Græco nihil immutavi, nihil detruncavi, nihil addidi. Sed ut habui, omnia pure dedi. Quoniam autem multis in locis textus erat mutilus, lacunosus, inversus, multisque etiam obscurus, ne tanquam rem desperatam abjiceremus, notas et collectanea subjunxi, quibus illa loca vel emendantur, vel suppletur, vel ad pristinam formam reducuntur; idque aliorum Patrum scriptorumque fultus sententiis, quandoque etiam meis aggressus sum, et sæpenumero etiam divinavi. Sat scio meum studium, et industriam iniquos venenoso hiatu rictuque dilaceraturos, cum ipsi non possint meliora. Non desistam tamen absterritus, quin alacrior de aliis bene mereri conabor. In notis sui prolixior; multa namque quæ occurrebant necessaria, et dubia explicavi aliorum auctorum collatione, quorum loca exscripsi, ne lector, vel auctores habendo nimis fatigareris in illis inveniendis, vel non habendo, fraudareris spe, et desiderio illos videnti. Quidquid tamen sit, quod ab aliis in exponendis auctoribus exoptassemus, hoc nos in aliorum usum effecimus. Sicque in corrigendis aliis caute, in reprehendis modeste, in laudandis officiose nos gessimus, quemadmodum et obrectatorum in alios maledicta negleximus.

Argumentum hujus operis est, divini Numinis in humanam naturam beneficia collata palam omnibus facere; ejusque bonitatem, potentiam, sapientiam, clementiam, tolerantiam ostendere; quod ex ipsa rerum creatione, elementorum scilicet productione, ornatu mundi, motus æquabilitate, solis, lunæ siderumque omnium pulchritudine ac vi, maris atque terrarum magnitudine, animalium proprietatibus, hominis structura, propagatione, multiplicatione, ac tandem via ad gratiam, quæ per Christum illuxit, confirmat et comprobat. Quæ omnia ita acerrimo ingenio Eustathius adinvenit, disponit et prosequitur, ut ab ipso Deo rerum naturæque opifice ea didicisse videatur. Multa in aliis et elegantissime scripta et prudentissime dictata invenies, at dictis Eustathii, absit verbo injuria, nihil est præstabilius, nihil pulchrius, sed ne cogitari quidem melius potest. Unde non immerito tractatus hic inter alios aliorum de eadem materia solus ἑπὶ μνημα πάντα θαυμαστόν vocari meruit; quod in omnibus cod. præfixum post titulum legitur. Non deerunt, qui id fieri potest? qui ne morem perdant, aliquid Eustathio objicient, et cum non possint nec orationis structuram, nec ordinem rerum reprehendere, notabunt rerum quas tractat incertitudinem, contenduntque vulgaria esse et anilia quæ hic continentur, viro ecclesiastico et tanto Patri indigna. Hoc item Epiphano in *Physiologo* objectum est a quibusdam, acriusque in illum animadversum. Inter eos Conradus Gesnerus, et non infimi nominis auctor Pererius, qui in *Genes.* cap. xxx, disp. 1, scribit: *Nec admodum quempiam moveat Epiphaniæ auctoritas id tradentis in Physiologo. Nimirum is non tam in eo libro diligens et curiosus fuit veritatis historiæ earum rerum quas ibi memorat, quam eas res interpretandi apposite pieque secundum intelligentiam allegoricam et tropologicam. Quare proprietates animalium et plantarum vulgo creditas, et consilio et proposito suo accommodatas libenter assumpsit.* Sed pro Epiphano satis superque respondet Consalvus Pontius Præfatione ad lectorem, in ejusdem Epiphaniæ *Physiologo*.

Quæ de proprietatibus animalium et Judæorum antiquitate, aliisque nonnullis edisserit Eustathius, ea sunt multorum auctorum firmata consensu. Quod ut magis, ac magis innotescat in notis laudavi auctores unde desumpsisse videtur, necnon et eos qui ab Eustathio sua mutuati sunt. Rebus enim hoc addit maximam auctoritatem, habere viros laudatos, qui una tecum sentiant eademque narrent. Mirum autem est in omnibus acre tanti Patris iudicium eligit meliora totaque, veluti margaritas e luto, in suaque scripta transfert, cætera ut abjecta, vilia nulliusque momenti despicit negligitque, accuratæ ejus in omnibus diligentæ exquisitique studii argumentum. Alias, annuente Deo, et benignitate, ac humanitate illustrissimi ac reverendissimi Francisci cardinalis Barbarini, S. R. E. bibliothecarii, cujus nutu securo, felicissimis studiis auspiciisque munificis res litterariæ reparatæ fundantur et confirmantur, favente, nonnulla alia ejusdem, et præsertim quæ *adversus Origenem de engastrimytho* disertissime piissimeque composuit, dabo; quibus et hæc mea addam, et meliora, et emendatiora. Hæc, lector, volebam nescius ne esses. Vale.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΕΥΣΤΑΘΙΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΙΑΣ ΚΑΙ ΜΑΡΤΥΡΟΣ

ΕΙΣ ΤΗΝ ΕΞΑΗΜΕΡΟΝ

ΥΠΟΜΝΗΜΑ

S. P. N. EUSTATHII

ARCHIEPISCOPI ANTIOCHENI ET MARTYRIS

COMMENTARIUS IN HEXAEMERON

Leone Allatio interprete.

Clemens et Africanus, et præter hos Tatianus, et ex Judæis Josephus et Justinus, proprio quisque modo, ab antiquis historiis ad id probandum præbitis argumentis, divinum Moysem temporibus Inachi qui septingentis annis bellum Trojanum antecesserat, floruisse, litteris prodidere. Quidam etiam sanctitate illustris, exquisitissime temporum ratione contracta, sanctissimum Jacobum ætate Inachi comperit claruisse. Sed hoc de Moyse Josephus affirmat. Ipse enim cum annorum ordinem ratione et judicio, quasi regulam quamdam, e regione disposuisset, omnium gentium dominos inter se collatos enumeravit. Collegit autem annos regni Chaldaeorum, Assyriorum, Medorum, Persarum, Lydorum, Hebræorum, Ægyptiorum, Atheniensium, Argivorum, Sicyoniorum, Lacedæmoniorum, Corinthiorum, Thessalorum, Macedonum, Latinorum, qui postea Romani nuncupati sunt. Horum temporibus in eadem serie notatis, cujusque nationis principum annos congescit. In his annos domini Assyriorum, reginæ Semiramidis nempe, annis Abrahami opponit. Semiramidis namque temporibus, beatus Abrahamus clarus habebatur, Josephus tempore Inachi, Moyses Cecropis, quem ante Trojana tempora annis cccxxx primum Atticæ regnum occupasse, historiis Græcorum traditum est; ita ut sapientibus antiquis, qui id nominis apud Græcos consecuti sunt, Moyses sit antiquior Homero, Hesiodo, Trojanis temporibus, Hercule, Musæo, Lino, nec non Chirone, Orpheo, Dioscuris, Æsculapio, Libero Patre, Mercurio, Apolline, mysteriis initiisque Græcorum, et ipsis rebus a Jove gestis. Præterea Deucalionis diluvio, terrarum tempore

* Eusebius.

difficultas, quæ inter auctores maximi nominis est tollatur. In Bibliotheca Patrum editi sunt libelli duo, unus inscriptione, *Sanctorum quatuor Evangeliorum harmonia Tatiano Alexandrino auctore*; alter, *Evangeliorum quatuor narratio Ammonio Alexandrino*, etc. *Harmoniam* Victor Capuanus conjecturis quibusdam tribuit Tatiano, et non Ammonio, quem maxime labi, et in re aperta cæcuture plura sunt argumento, et in hoc errasse Victorem manifestum est, non quia opus *De canonibus evangelicis* ascripserit Tatiano, quod falso illi imputat Possevinus, nusquam illud affirmante Victore, imo contrarium, si recte verba illius considerentur ; ait enim in Præfatione : *Dum fortuito in manus meas incideret unum ex quatuor Evangelium compositum, et absente titulo non invenirem nomen auctoris, diligenter inquirens qui gesta vel dicta Domini et Salvatoris nostri evangelica lectione discreta, in ordinem quo se consequi videbantur, non minimo studii labore redegerit, reperi Ammonium quemdam Alexandrinum, qui CANONUM QUOQUE EVANGELII FERTUR INVENTOR, Matthæi Evangelio reliquorum trium excerpta junxisse, ac in unam seriem Evangelium nexuisse, sicut Eusebius episcopus Carpiano cuidam scribens in præfatione editionis suæ, qua canones memorati Evangelii edidit, supradicti viri imitatus studium, refert in hunc modum : Ammonius quidam Alexandrinus, multum ut arbitror laboris et studii impendens, unum ex quatuor nobis reliquit Evangelium ; ex historia quoque ejus comperi, etc.* Græca Eusebii verba illa sunt : Ἀμμώνιος μὲν ὁ Ἀλέξανδρεὺς, πολλὴν, ὡς εἰκός, φιλοπονίαν καὶ σπουδὴν εἰσαγηγῶς, τὸ διὰ τεσσάρων ἡμῖν καταλέλοιπε Εὐαγγέλιον, τῷ κατὰ Ματθαῖον τὰς ὁμοφώνους τῶν λοιπῶν εὐαγγελιστῶν περιχοπῆς παραθεὶς, ὡς ἐξ ἀνάγκης συμβῆναι τὸν τῆς ἀκολουθίας εἰρμὸν τῶν τριῶν διαφθάρῃναι ὅσον ἐπὶ τῷ ὕψει τῆς ἀναγνώσεως, et inferius idem Victor, *Arbitror enim propterea non Ammonii, sed hujus esse editionem memorati voluminis, quod Ammonius Matthæi fertur relationi, evangelistarum reliquorum relationi discretos annexuisse sermones. Hic vero sancti Lucæ principia assumpta, reliquorum trium dicta conjunxerit ut jure ambigi possit utrum Ammonii, an Tatiani inventio ejusdem operis debeat æstimari.* Nullus ex his Victoris error deprehenditur, cum opus *De canonibus apostolicis*, quod fuisse diversum ab opere et *Harmonia* ejusdem *Evangeliorum* necesse fuit, non putat esse Tatiani sed Ammonii. Sed error illius est quem non est odoratus Possevinus, quamvis alios habuerit ante auctores, qui illum adnotarint, quod *Harmoniam Evangeliorum*, quæ erat legitimum opus Ammonii, Tatiano falso ascripserit. Consimili Victoris errore lapsi sunt Gregorius Ederus lib. iii *Œconomia Bibliorum*, et Sixtus Senensis lib. iv *Bibliothecæ* in Ammonio et Tatiano. Reddimus itaque genuino parenti suum fetum, et mutatis in inscriptione nominibus, libellum sive Evangeliorum concordantiam, et *Harmo-*

niam, quæ sub Tatiani nomine circumfertur, et incipit, *Quoniam quidem multi conati sunt*, quam Victor Tatiano, et cum eo plures alii referunt, Ammonio Alexandrino uti genuinum fetum restitutum, alteram vero, quæ præfert nomen Ammonii, Tatiano de quo nobis est sermo, et incipit, *In principio erat Verbum*. Etenim quæ Eusebius, *Chronicum Alexandrinum*, Theodoretus, de *Diatessaron* Tatiani prodidit huic conveniunt. Eusebius, lib. IV *Hist. ecclæ.*, cap. 27, ita scribit: *Tatianus ille qui erat primus eorum auctor, et princeps conjunctionem quamdam, etiam collectionem Evangeliorum nescio quomodo composuit, illudque opus διὰ τεσσάρων, id est, Unum Evangelium ex quatuor collectum nuncupavit, quod etiam adhuc quorundam habetur in manibus*. Ex Eusebio locum hunc totum descripsit *Chronicum Alexandrinum* et Nicephorus, *Hist. eccl.* l. IV. c. 4, in quo sane illud, *Nescio quomodo, οὐκ οἶδ' ὅπως*, considerandum est; fraus enim vel dolus hæretici auctoris indecore et non, ut par erat, opus illud concinnantis nobis significatur, quod Theodoretus palam exponit, lib. I *Hæret. fabul.*, his verbis: *Tatianus composuit etiam Evangelium quod dicitur διὰ τεσσάρων, amputatis genealogiis et aliis, quæcunque ostendunt Dominum natum esse ex David secundum carnem. Eo autem nisi sunt, non ii soli qui sunt illius sectæ, sed ii etiam qui dogmata apostolica sequuntur compositionis fraudem non cognoscentes, sed simplicius eo tanquam libro compendioso utentes. Ego quoque inveni plusquam ducentos hujusmodi libros, qui in honore habebantur in nostris Ecclesiis, et loco eorum repositi quatuor evangelistarum Evangelia*. Sed in hoc secundo opere aperte recisas genealogias omnes Domini, quæ eum ex David secundum carnem genitum demonstrant comperimus et alia omnia detruncata, et nova forma structuraque orationis conversa, non item in primo, in quo omnia quatuor evangelistarum dicta, nullo fere prætermissio ad verbum descripta reperiuntur. Deinde primum opus cum titulo quo circumfertur, *Harmonia* scilicet, ex expressis Evangeliorum verbis concinnatum illud esse deprehenditur Ammonii Alexandrini, quod Zacharias Chrysopolitanus episcopus ante quingentos annos illustravit commentariis, quos ex sententiis sanctorum Patrum in unam catenam contextis pulchro artificio coaptavit. Præterea quis nescit Tatianum Syrum vel Assyrium, non autem Alexandrinum, Ammonium vero Alexandrinum fuisse? Restituamus ergo titulos libris, libros parentibus, ut unusquisque suos fetus agnoscat, inscribamusque in primo, *Sanctorum quatuor Evangeliorum Harmonia Ammonio Alexandrino auctore*; in secundo, *Evangeliorum Diatessaron Tatiano Assyrio auctore*. Si quis plura desiderat adeat Cæsarem Baronium, tomo II, ann. 174, ubi accurate plurima de eo opere animadvertit.

Col. 708, lin. 2. *Τῶν δὲ ἐκ περιτομῆς Ἰωσήφοις*. De Josepho historico, ejus vita et scriptis plura Eu-

sebius, *Eccles. hist.* lib. III, cap. 9; Hieronymus, in lib. *De scriptoribus eccles.*, et *Epistola ad Magnum*, oratorem Romanum; Sozomeus, lib. I, cap. 1; Evagrius, lib. V, cap. 24; Photius, in *Bibliotheca*; Suidas, ipse de se pluribus in locis; Josephus Scaliger in Prolegom. in lib. *De emendatione temporum*, virum hunc summopere laudat, historicisque omnibus Græcis et Latinis anteponit. *Diligentissimus*, inquit, καὶ φιλαληθέστατος omnium scriptorum Josephus, de quo nos audacter dicimus, non solum in rebus Judaicis, sed etiam in externis tutius illi credi, quam omnibus Græcis et Latinis: itaque desinat mirari doctus vir, cur tot eruditi et nos quoque qui non in illis eruditus, sed hujus scriptoris lectione peregrini non sumus, tantum illi deseramus, *cujus fides et eruditio in omnibus elucet*. Gaudeo laudes hæc Josepho decantatas audacter dictas esse ab ipso etiam laudatore cognosci. Quis æquo animo ferret hominem, qui nesciat sibi imperare, ne dicat quod contra æquam omne esse fatetur: audacter dicitur, ergo verum non est, ergo qui dicit decipitur, si Aristoteli credimus *Moralium Eudemiorum* lib. III, cap. 5; res enim aliter ac sunt videntur. *Tutius illi credi quam omnibus Græcis et Latinis*, nunquam existimassem hominem ita audacter dicere posse, et humanam historiam, ab homine et fortassis pessimo conscriptam divinæ sacræque præferri. Tutius credis Josepho quam Evangelio? tutius homini, quam Deo? Dices sed audacter dices, quod etiam prius animo audacter conceptum audacter et evomis, sacra omni historia tutiorem esse Josephi, vis dicam uno verbo? si ut verus est in historia Josephus, ita et tu in emendatione temporum, ruent tempora. Multos Josephi errores in historia, et hallucinationes prudentissime magni viri observarunt, et correxerunt, inter eos Cæsar Baronius, in *Annalibus*; Pererius, in *Gen.*; Hegesippus et alii. Et sane etiamsi concederem Josephum φιλαληθέστατον in rebus, quas ipse viderit, nunquam tamen adduci possum ut credam in tanta obscuritate scriptorum, varietate temporum, diversitate sententiarum, annorum serie veritatem in omnibus κατορθώσας, etiamsi diligentissimus fuerit. Illud præterea addam quod jam olim Joannes Picus epistola quadam ad ignotum amicum de Josepho animadverterat. *Quod petis de Josepho, scias justum Josephum apud Hebræos non reperiri, sed Josephi epitomen, id est, breviarium quoddam, in quo et multa sunt commentitia, et quæ de decem tribus ibi leguntur, quæ post Babylonicam captivitatem postliminio non redierunt, ea esse notha et aduherina, ex Hebræis mihi plures confessi sunt, quapropter illorum Josepho nulla omnino fides adhibenda. In Josepho Græco scio esse quædam, quæ de Christo et fidem, et honorificam faciant mentionem, sed eadem esse penitus cum his, quæ in Latinis codicibus leguntur non assererem nisi exemplar Græcum, cujus hic mihi nulla est copia, recens legerem.*

libid. καὶ Ἰουῦτος. Hujus parentes, πολυτέλειαν,

historiam, et stylum expressit Photius in *Bibliotheca*. Oppido Tiberiensis, parente Pisto homine nequissimo, si Josepho credimus, genere Judæus, auspicatus est historiam a Moyse, perduxitque ad exitum usque Agrippæ septimi e familia Herodis, et Judaicorum regum postremi; stylus maxime concisus, et pleraque relatu cum primis necessaria prætermisit. Adesis Hieronymum in *Catalogo*, Josephum in *Vita* sua, Suidam. Stephanus item de uribus hæc de eo: Ἐξ ταύτης [τῆς Τιβερίδος] ἦν Ἰουστός ὁ τὸν Ἰουδαϊκὸν πόλεμον τὸν κατὰ Οὐεσπασιανοῦ ἱστορήσας. Verum non tantum de Justo hoc, sed et de Josepho Judæo, Tatiano, Africano, Clemente, Eusebio, necnon et aliis scriptoribus, quorum in hoc tractatu fit mentio, et eorum scriptis fusius in nostra de scriptoribus ecclesiasticis *Bibliotheca* quam jamdudum paramus. Hic ea tantum tetigimus quæ ad rem facere videbantur.

Col. 708, lin. 6. *Τῶν δὲ ἀγίων τις*. Eusebium esse nulli dubium, quem tacito nomine præterit, idque odio et similitate quadam offensus consulto agit. Homo apostolicæ veritatis rectæque fidei sectator, tutorem ac vindicem Arianæ hæreseos, vulgatum et notum omnibus Eusebii negotium: illustris in fide conservanda Eustathii provincia synodus illa Nicæna 1 et 2, dictaque veterum historicorum confirmant ipsæ Eusebii scriptiones. Pio sanctoque animo ad concipiendum odium causa hæc plus etiam satis. Hujus etiam dissidii Origenes ipse causa altera et singularis. Eusebius totus est in Origene defendendo; suum studium et operam impendit in historia; etiam Apologeticos a se scriptos, ut eis addat et robur et pondus sanctissimo Pamphilo martyri ascribit. Susque deque ruant omnia, tantum illi solus servetur incolumis Origenes, ab accusationibus et a delictis liber. Tantum hominem, et tantum heroa in Ecclesia (quidni enim dubitem sic Origenem appellare, multorum et vetustissimorum, eorumque sanctissimorum Patrum testimonio fultus) a calumniis vindicatum defendere pium est, amicique animi, sed in criminis defensione, et dignitatis propugnatione veritatem obvertere, et malum malo trudere pejori, Eusebio tantum, et illius farinae hominibus concedamus. Ægre fert hoc ingenuus Eustathii candor, et pro veritate, quod aiunt, γυμνῆ κεφαλῇ cum Origene certamen inuit: palamque et voce, et scriptis errores illius impugnat, et apertam veritatis faciem, non ambagibus et dolis suspectam amatoribus exponit, volentibusque judicium committit. Ideoque quorum scripta sibi molesta, et nomina odiosa ducit. Ne tamen omnino famæ detrudere videretur illius, conatusque non æstimare, hoc eum elogio, τῶν ἁγίων τις, quo et perniciosissimos homines exceptos legimus, decoravit.

Ibid. *Ἀκριβοστάτην τῶν χρόνων*. Georgius Syn-cellus, Ὁ μέντοι Εὐσέβιος, καίπερ πραγματείας οὐ τὴν τυχοῦσαν συλλεξάμενος φιλοπόνως, καὶ τρυφῆν τὴν ἑαυτοῦ χρονικὴν συγγραφὴν κατασεμύνας. Et Eu-

sebius de semetipso in prologo *Historiæ ecclesiasticæ*, Ἦδη μὲν οὖν τούτων καὶ πρότερον ἐν οἷς διευτυπώσαμην χρονικοῖς κανόσιν ἐπιτομὴν κατεστησάμεν πληρεστάτην δ' οὖν ὁμοῦ αὐτῶν ἐπὶ τοῦ παρόντος ὠρμήθη τὴν ἀφήγησιν ποιήσασθαι. Mirum sane est ut Josephus Scaliger in horum verborum perceptione cæcutiat, et aliorum omnium censor in his clarissimis verbis indigeat censore; ait namque in animadversionibus ad Eusebium, cum de illius operis titulo tractat, *Eusebius proæmio Historiæ ecclesiasticæ simpliciter, ac in genere Χρονικῶν appellat, eorumque sese epitomen conscripsisse dicit*. Nusquam hæc sententia in Eusebii verbis, nusquam Chronicorum Epitome. Sed de mente Eusebii inferius. Quibus Eusebii verbis, cum non animadvertisset Suidas, sibi aliisque pluribus, forte etiam et Scaligero varia commentandi auctor fuit; χρονικῶν κανόνων παντοδαπῆς ἱστορίας, καὶ τούτων ἐπιτομῆ.

Unum opus perfectum absolutumque in duo se junctum divisit, quorum alterum esset *Chronicon* late patens, alterum eadem quæ et primum, decurtata tamen, et in epitomen redacta contineret. Joannes Curterius in epistola quam præfixit fragmentis Eusebii in editione librorum *Hist. ecclesiasticæ*, asserit solam epitomen nobis superesse, canones autem chronicos excidisse, argumento sumpto ex illis fragmentis quæ citantur ab Anastasio episcopo Nicæno, *Lib. quæst. in S. Scripturam ex Eusebio in Chronicis*, quæ tamen non habentur in Eusebianis Chronicis quæ circumferuntur. Huic opinioni videtur favere Trithemius, dum, lib. *De scriptoribus ecclesiasticis* Eusebii opera enumerans, vocat hoc ipsum opus Eusebii non *Chronicon*, sed *Epitomen Chronicæ*: sic enim ille, *Epitomes Chronicæ liber unus cum hoc initio: Moysem gentis Hebraicæ*. Alii existimarunt *Chronicon* quod exstat non esse illam ab Eusebio confectam Epitomen, nec Hieronymum illam vertisse: sed esse verum *Chronicon* historiæ factum ab Eusebio, et translatum ab Hieronymo, licet in aliam formam redactum et mutilatum. Ludovicus Vives in August. lib. xviii, *De civit. Dei*, cap. 8, et Arnoldus Pontacus sentiunt utrumque exstare et *Chronicon*, et *Epitomen*, et hoc ipsum esse illud opus quod habemus præ manibus, et quod vocatur a Hieronymo et aliis Eusebii *Chronicon*. Horum varias rationes et explicationes si quis desiderat, legat *Apparatum* Pontaci in notas ad Eusebii *Chronicon*. Ibi enim, dum has quas scripsimus opiniones refellit, suam probat, et ut ipse existimat validissimis rationibus confirmare nititur, non quod sibi proposuerat, sed aliud præter spem et expectationem demonstrat; ait namque: *Eusebius enim distinguit libros Historiæ ecclesiasticæ a Chronico, quod in illis plenius, in hoc brevius, in illis singillatim, in hoc summatim, et ut ipse loquitur, per epitomen, et ita Chronicos canones et epitomen idem opus esse docet manifestissime; quæ eum vera sint, non tamen propositum illius probant: aliud enim est una cum Ludovico Vives sentire, utrumque*

Eusebii opus, et *Chronicon* et *Epitomen* exstare, et aliud Eusebium libros suæ *Historiæ* a *Chronico* distinxisse, et in illa plenius et singillatim, in *Chronico* brevius et summam, res gestas, et annorum seriem enarrasse. Ridiculum item esset asserere, quod quidam existimarunt, ita opus hoc *Chronicon* in duas partes digessisse, ut in priori essent certi canones seu ordines aut columnæ, in quibus nihil aliud cernebatur, quam nomen regis, et numeri annorum ipsius; in posteriori continerentur ea omnia, quæ ad historiam pertinerent, quæque nunc diversas has columnas occupant. Rem igitur hanc multis difficultatibus obstructam, vel ex sola verborum Eusebii interpretatione, planissimam efficiemus, si quæ jam prædicti auctores in Eusebio didicerunt, et uti duos tractatus agnoscunt, unum et eundem esse existarint. Etenim Eusebius rerum præteritarum peritissimus, in *Historia ecclesiastica* rerum varios eventus prolixè, et ut historico muneri incumbere, enarravit, nulli verborum, nulli parcens sententiarum structuræ. Hæc omnia ut melius lectori, faciliusque possent occurrere, superfluis detractis minusque necessariis detractis, antequam *Historiam* conscriberet, veluti in epitome in suo *Chronico* digesserat. Hoc enim verba ipsa Eusebii nobis innuunt, quæ male interpretum vitio excerpta viris eruditissimis magnæ fuere difficultati. Sententia quippe illorum verborum recte a Rufino expressa ea est: *Quamvis jam de his ipsis nonnulla etiam in Chronicis (id est, in eo opere quod de temporum ratione conscripsimus) breviter succincteque perstrinxerim, plenius tamen in præsentis operis singulorum narrationem aperire tentabimus.* Epitome itaque quam hic laudat Eusebius, non est sui *Chronici* epitome, ut fere omnes opinati sunt ad hunc diem, sed est epitome rerum, quas plenius, et prolixiori verborum et sententiarum ambitu in *Historia* fuerat prosecutus. Neque Suidam si minimam verborum seriem invertas, ab hac nostra sententia dissidere vel discordare comperies; ait enim de Eusebio, et ejus scriptis: *Ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας λόγοι*, *Χρονικῶν κανόνων παντοδαπῆς ἱστορίας, καὶ τούτων ἐπιτομή.* Tu ita legito: *Ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας λόγοι*, καὶ τούτων ἐπιτομή *Χρονικῶν κανόνων παντοδαπῆς ἱστορίας*: nempe *Ecclesiasticæ historiæ libri decem, et horum Epitome Chronicorum canonum omnimodæ historiæ*, quasi diceret, *Canones omnimodæ historiæ librorum decem, Historiæ ecclesiasticæ sunt epitome.* Conscripsit itaque *Chronicon* Eusebius quod est veluti compendium rerum a se scriptarum in *Historia ecclesiastica*, et non *Chronicon*, et *Compendium chronici*, ut multi temere opinati sunt.

Col. 708, lin. 7. *Τοῖς χρόνοις Ἰνδίου τὸν μὲν.* Eusebium in suo *Chronico* in multis esse hallucinatum reperit Josephus Scaliger, et alii, et ante eos Georgius Syncellus. Nec mirum est hominem in tanta rerum obscuritate, ac ignoratione aliquando lapsum fuisse. Habent et reliqui omnes scriptores

A suas notas, multosque dum alios corrigunt, vel exagitant, peccare et fœdissime deprehensum est; *Hominines sumus*, aiebat ille, *non dii.* Illud tamen est aliqua consideratione non indignum: num videlicet Eusebius dignus sua laude sit, dum spreta tot scriptorum Judæorum et Christianorum de ætate Moysis sententia, ad nova quædam reperta recurrit. Sane veneranda antiquitas, et sapientum hominum sententiæ dignæ sunt, quas et admiremur, et honoremus, et extra eas vagari nimis periculosum est. Quare Georgius Syncellus mirum in modum Eusebii consilium exagitat his verbis: *Ὅτι μὲν οὖν αὐτὸς ταυτῶ τὴν ἀτοπίαν τοῦ λόγου μεμαρτύρηκεν Εὐσέβιος, ἀρκεῖ πρὸς κατανόησιν τοῖς γε ποσῶς μεταεσχρηκῶσι παιδεύσεως, ἄλλης τε καὶ τῆς ἐν ἱστορίαις παλαιαῖς ὁμολογουμένης. Ἐν γὰρ αὐτῷ πρὸς ἀνατροπὴν τῶν συγγεγραμμένων ἤρκει τοῦτο, καὶ μόνον τὸ ταῖς τοσαύταις τηλικούτων δόξαις ἀνδρῶν φιλοσόφων ἀντιπεσεῖν, ἀμάρτυρον τε τὴν παρ' αὐτοῦ παρεισαγαγεῖν. Τὰ γὰρ ταῖς τῶν πολλῶν, μᾶλλον δὲ τῶν πάντων δόξαις ἀντισταθόμενα μόλις ἂν, καὶ μετὰ πολλῆς προσδεχθεῖεν ἂν ἀποδείξεως παρὰ τοῖς εὐ εἰδόσι ταῦτα κρίνειν.* Josephus Scaliger Eusebium ab hac Georgii expostulatione vindicat. *Nam quod omnium consensu receptum est, et tempore fidem, atque auctoritatem meruit, non sequitur necessario verum esse.* Bona ratio, nescio an a recta mente. Nollem Scaligerum hoc nomine veterum Patrum catholicæque Ecclesiæ a suo exordio continuatas sententias auctoritateque firmata dogmata rejicere, intrudendo nova: quia *non sequitur necessario vera esse.* Novatoribus favet ipse novator. Sciat nova omnia suspecta esse.

Ibid., lin. 9. *Χρονικοῦ κανόνος.* Ex Eusebio, *Ἐν δὲ τῷ παρόντι ἐπὶ τὸ αὐτὸ τοὺς χρόνους συναγαγῶν, ἀντιπαρθεῖς ἐκ παραλλήλου τὸν παρ' ἐκάστῳ εἶθαι τῶν ἐτῶν ἀριθμὸν, χρονικοῦ κανόνος σύνταξιν ἐποίησάμην.* Opus hoc Eusebii variis titulis, seu nominibus insignitur; quibusdam enim dicitur *Chronica* in singulari feminino, aliis *Chronicæ*, aliis *Chronicon*, aliis *Chronici*, aliis *Chronica*, aliis *Chronicorum libri*, aliis *historia Chronica*, *Historia temporum*, *Historia Chronicorum*, *Annales*, *Liber temporum*, *Chronicorum Canonum multiplex historia*, *Chronicon omnimodæ historiæ.* Verum ut clarius omnia hæc innotescant, ne variis titulis res una eademque obscuretur, operæ pretium erit explicare, quisnam fuerit hic Eusebii tractatus, et in quæ membra divisus, et quis præcipuus primusque ejus scopus. Unum itaque perfectum absolutumque fuit Eusebii *Chronicon*, *Quod, ut Marcellinus comes in præfatione sui Chronici asserit, a mundi fabrica usque ad Constantinum principem Eusebius Cæsariensis hujus sæculi originem, tempora, annos, regna, virtutesque mortalium, et variarum artium repertoires, omniumque pene provinciarum monumenta Græco edidit stylo, nosterque Hieronymus transtulit in Latinum, et usque in Valentem Cæsarem Romano adjecit eloquio. Igitur uterque hujus operis auctor*

ΥΜΔΛXXVIII *annorum hunc mundum tunc fore miro computavit ingenio.* Hujus excellentis et unius operis partes duas auctor fecit: priorem *Κανόνας παντοδαπῆς ἱστορίας*: posteriorem, *Κανόνα χρονικόν* inscripsit. In priorem omnium gentium, regnorum, civitatum, cunabula, origines, antiquitates contulerat: in secundam solum seriem numerorum, seu annorum imperatorum, et nonnulla alia. Prima pars prolixior ex variis auctoribus concinnata, quasi diffusa, et pene communis ad quascunque alias rationes temporum nobis proponitur. Secunda strictior et pressior soli demonstrationi dedita, annos eorumque seriem per strigas et virgulas manifestat; multa quæ in priori parte confusa, in secunda distincta cernuntur: in *Canone* enim *chronico* consideratur et series et relictus ordo numerorum seu annorum, necnon eorumdem oppositio diversorum ordinum. Arnaldus Pontacus putat Canones chronicos nil aliud esse, quam tabulas aliquas, id est, diversa spatia dimensa lineis ac laterculis, quæ continent numeros sibi oppositos ex adverso, quibus indicantur tempora seu anni diversorum regum invicem concurrentes, seu concordantes, et ex quorum collatione, seu computatione, colligitur canonica, seu regularis et certa temporum supputatio, et collectio. Ideoque unio, seu concordia quatuor evangelistarum, quæ ab Eusebio describitur, per hujusmodi lineas rectas et transversas, quæ complectuntur certos et diversos numeros invicem sibi oppositos, quibus indicantur diversa capita in quibus ipsi evangelistæ conveniunt, *Canones evangelici* dicuntur. Sed quid verbis opus, cum hic ipse Eustathius, quisnam fuerit *Chronicus canon* Eusebii clarissime explicet? *Χρονικὸν γὰρ κανόνας σύνταξιν ἐπινοήσας ἐκ παραλλήλου ἀντιπαρέθηκε τὸν παρ' ἐκάστῳ ἔθνεϊ δυναστεύοντα.* Omnium optime id declarat Eusebius in proœmio secundæ partis, in quo quid prima pars a secunda differat hisce exponit: Ἐγὼ δὲ περὶ πολλοῦ τὸν ἀληθῆ λόγον τιμῶμενος, καὶ τὸ ἀκριβὲς ἀνιχνεύσαι διὰ σπουδῆς προούθემην. Ἐνθεν ὀρμηθεὶς, ἐν μὲν τῇ πρὸ ταύτης συντάξει ὕλας ἐκπορίζων ἐμαυτῷ χρόνων ἀναγραφὰς συνελεξάμην, παντοίας βασιλείας τῶν Χαλδαίων, Ἀσσυρίων, Μήδων, Περσῶν, Λυδῶν, Ἑβραίων, Αἰγυπτίων, Ἀθηναίων, Ἀργείων, Σικυωνίων, Λακεδαιμονίων, Κορινθίων, Θεταλῶν, Μακεδόνων, Δατίνων, οἷς ὕστερον γέγονεν ἐπίκλην ὄνομα Ῥωμαίων· ὁμοῦ γίνονται ἰε' ἐν δὲ τῷ παρόντι, ἐπὶ τὸ αὐτὸ τοὺς χρόνους συναγαγὼν, καὶ ἀντιπαρεθεὶς ἐκ παραλλήλου τὸν παρ' ἐκάστῳ ἔθνεϊ τῶν ἐτῶν ἀριθμὸν, χρονικοῦ κανόνας σύνταξιν ἐποιήσαμην. En unius operis perfecti ex ipso auctore duo membra distincta, et amborum scopum, atque propositum, quibus optime nobis quis sit *Χρονικὸς κανὼν* innotescit.

Col. 708, lin. 10. *Ἐκ παραλλήλου ἀντιπαρέθηκε.* Optime noster Eustathius verbis hisce, a quonam vel unde sui *Chronici canonis* initium fuerit auspiciatus exponit, videlicet ἐκ τῆς ἀντιπαρεθέσεως: series enim temporum, ratione annorum,

PATROL. GR. XVIII.

A et rei demonstrandæ propositum potius id exposcebant ut ab Adam, vel si a regibus a Belo, vel a Saturno, vel aliis antiquioribus initium dicendi faceret. Ipse vero a Nino seu Abraham exorditur. Cæterum Eusebio, aliisque, qui pro antiquitate, et veritatis religionis cum gentibus cerlabant, necesse erat, ut ex rebus apud illos notis, nullique controversis scripta componerent. Ethnicis autem historiographis, tam Græcis quam Latinis commune fuit, ut testatur Paulus Orosius, ut annales suos a Nino inciperent, cum omnia ante eum penitus ignorarent, nec gentilem ullam haberent historiam. Et ipse Eusebius in præfatione: Ἐν οἷς οὐδὲν ἐπίσημον γεγονός ἱστορεῖται παρ' Ἑλλήσιν. Hinc Tertullianus lib. *De pallio*: *Piget tristitia non minus, quam regnorum vices recensere. Quoties et ista mutaverint, jam inde a Nino Beli progenie! si tamen Ninus regnavit primus, ut autumat superiorum profanitas, fermeque apud vos ultra stylus non progreditur.* Et Albertus abbas Stadensis in *Chronico*: *A primo parente hominum usque ad Ninum nullos actus rerum mundalium historiographi posteris attulerunt. Ideoque ab ipso cæperunt, quia ipse primus aliena invadens minime suis terminis erat contentus.* Hac itaque ratione ducti omnes, et ipse Eusebius a Nino orditur. Vide Justinum, Diodorum, Orosium, Cassiodorum et alios.

Col. 708, lin. 11. *Συρήγαγε δὲ χρόνους.* Verba sunt Eusebii in proœmio sui *Chronici canonis*, et a nobis superius recitata. Ex quibus regnis duo exciderunt in Canone, Chaldaicum et Thessalicum. Sed Chaldæorum regnum salvum adhuc superest in reliquiis Græcis prioris libri, Thessalorum neutrobi exstat.

Ibid., lin. 16. *Καὶ τούτων τοὺς χρόνους.* Ita puto supplendum, Καὶ τούτων τοὺς χρόνους ἐπὶ τὸ αὐτὸ συναθροίσας ἐκάστου ἔθνους τὸν βασιλέων συνεξέλεξάτο χρόνους, aut quid simile.

Ibid., lin. 20. *Κατὰ γὰρ τὴν Σεμίραμν.* Eusebius: Πλὴν ἀλλὰ καὶ οὕτως κατὰ μὲν Ἰναχον, ἐν πρῶτον Ἑλληνες Ἀργούς βασιλεῦσαι φασί, τὸν Ἑβραίων προπάτορα Ἰσραὴλ γενόμενον εὗρον, ἐξ οὗ τὸ δωδεκάφυλον τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους τῆς τοῦ Ἰσραὴλ ἐπιωνυμίας ἤξιώθη. κατὰ δὲ Σεμίραμιν τὸν Ἀβραάμ, Χαλδαῖον μὲν τὸ γένος, ἄλλως γὰρ ἄνδρα θεοφιλή, καὶ πρῶτον τῶν παρ' Ἑβραίοις προφητῶν εἶναι πεπιστευμένον. Et Joannes Antiochenus in *Archæologia*: Ὅτι κατὰ τοὺς Ἀβραάμ χρόνους Νίνος, καὶ Σεμίραμις ἐδασίλευον.

Ibid., lin. 23. *Μωϋσῆς δὲ κατὰ Κέκροπα.* Eusebius: Τούτων γὰρ ἀπάντων τὴν ἱστορίαν νεωτέραν τῆς Κέκροπος ἡλικίας παῖδες Ἑλλήνων παραδεδώκασιν. Μωϋσῆα δὲ ἡ παρούσα ἐξέτασις τῶν χρόνων γενέσθαι κατὰ Κέκροπα τὸν Διφυῆ, ἐν πρῶτον φασί τῆς Ἀττικῆς βασιλεῦσαι, συνίστησι πρὸ τῶν Ἰλιακῶν ἀμφὶ τῶν ἔτη. Ex quibus supplenda lacuna in nostro Eustathio: Ὅν πρὸ τῶν Ἰλιακῶν ἔτεσι τριακοσίοις πεντήκοντα παραδεδώκασιν βασιλεῦσαι πρῶτον τῆς Ἀττικῆς Ἑλλήνων παῖδες. Imo utrum-

que corrigamus : misere enim in Eusebio, a quo noster, non tantum in editis, sed in omnibus fere manuscriptis positum est τν cccl, pro ccclxx; sed castigatio hæc inita supputatione firmatur. Nam si anno cccclx ab Abraham in quem incidit annus xxxv Moysis, et primus Cæcropis, aggregaveris cccclxx, reperies annos dcæcxxxv, quo Trojanum contigii excidium, et hic quæ scribit Eusebius ipse circa annum ab Abraham dcccxxxv. Quod ut facilius credam fac Africani auctoritas in *Chronico*, ubi ait : Ἀπὸ Κέκροπος ἐπὶ τὴν Ἰλλίου ἄλωσιν συνάγονται μικρῶ δέοντα ἔτη υ'.

Col. 708, lin. 24. Ὡς εἶναι τῶν παρ' Ἑλλησι. Ex Eusebio : Μωυσεῖα δὲ φιλαλήθως εἰπεῖν, τούτων μὲν νεώτερον, τῶν δὲ παρ' Ἑλλησιν ἀρχαιολογουμένων πρεσβύτατον, Ὁμήρου λέγω, καὶ Ἡσιόδου, καὶ αὐτῶν τῶν Τρωϊκῶν, καὶ ἔτι Διοσκούρων, Ἀσκληπιοῦ, Διονύσου, ἠρώων τε πάντων, Ἐρμοῦ τε καὶ Ἀπόλλωνος, τῶν τε λοιπῶν παρ' Ἑλλησι θεῶν, μυστηρίων τε, καὶ τελετῶν, Διὸς τε αὐτοῦ πράξεων τῶν παρ' Ἑλλησι μνημονευομένων. Et inferius : Γίνεται γὰρ μετὰ Κέκροπα ὁ κατὰ Δευκαλίωνα κατακλυσμός, καὶ ἡ ἐπὶ Φαέθοντος ἐκπύρωσις, Ἐριχθονίου τε γένεσις, καὶ ἡ ὑπὸ Δαρδάνου τῆς Δαρδανίας κτίσις, ὃν πρῶτον φησὶν Ὁμηρος,

. . . . Τέκετο νεφέληγερέτα Ζεὺς·

Κόρης τε ἀρπαγῆ, καὶ Δήμητρος μυστήρια, etc. Qui locus Eusebii ex hoc nostro Eustathio Hieronymo duce supplendus est, Ἐριχθονίου τε γένεσις ἐξ Ἠφαίστου καὶ Γῆς, quæ desiderantur in Græco. Idem Eusebius in hoc eodem *Chronico* parte primæ : Πᾶσα παρ' Ἑλλησι θαυμαζομένη πράξις ἀπὸ τῶν Ἰνάχου χρόνων, καὶ Φορωνέως εἰς τὸν μετέπειτα φέρεται. Διὸ καὶ Πλάτων ἐν *Τιμαίῳ* τῷ διαλόγῳ τοῦ Φορωνέως ἐπιμέμνηται χρόνων, ὡς πάνυ παλαιῶν, καὶ Νιόβης, καὶ τοῦ κατ' Ἀγύγου ἀρχαιοτάτου κατακλυσμοῦ, ὡς λέγεται.

Ibid., lin. 25. Ὁμήρου λέγων καὶ Ἡσιόδου. De his et aliis auctoribus ab Eustathio commemoratis in nostra de scriptoribus profanis *Bibliotheca* plura dicemus. Non enim videtur præsentis negotii plura de illis referre, quemadmodum et de aliis fabulosis quorum hic sit mentio. Lege si placet Apollodorum, Phoraulum, Palefatum, Hyginum cæterosque fabularum scriptores. Non patitur tamen Homeri dignitas ita sicce præteriri ; quare quæ de eo scriptis tradidit Velleius hic transcribam : *Clarissimum deinde Homeri illuxit ingenium sine exemplo maximum : qui magnitudine operum, et fulgore carminum solus appellari poeta meruit. In quo hoc maximum est, quod neque ante illum, quem ille imitaretur, neque post illum, qui eum imitari possit inventus est : neque quemquam alium, cujus operis primus auctor fuerit, in eo perfectissimum, præter Homerum et Archilochum reperiemus. Hic longius a temporibus belli quod composuit, Troici, quam quidam tenitur, abfuit ; nam ferunt, etc.* De ejus ætate, et excellenti natura divinaque, vide Justi Lipsii animadversiones ibidem. Hæc Julio Scaligero non

A placent ; quid mirum ? displicuit antea et divorum hominum acre inculpatumque judicium ; et quod, utinam bono suo falsum sit ! veræ catholicæque veritatis ; sed ad ejus sicut et cæterorum in Homerum conatus et rationes, in Homero nostro a calumniis vindicato, ut veritas causæ exposcit respondemus. De Homeri et Hesiodi temporibus hæc habet Joannes Antiochenus, in *Archæologia* : Φασὶ τινες Ὁμηρον καὶ Ἡσιόδον Δαδιδ συναχμάσαι, οἱ δὲ ὀλίγω πρότερον, οἱ δὲ μετὰ ταῦτα γενέσθαι.

Ibid., lin. 27. *Et te Xalpwros.* Josephus Scaliger Animadvers. in Eusebii *Chronicum*, acriter in Hieronymum invehitur, multisque eum exagitat, quod multa in illa interpretatione necessaria omiserit, plura de suo addiderit, in multis etiam non sit Eusebii mentem assecutus : sic etiam hoc in loco de *Chirone* ait nomen hoc de suo addidisse Hieronymum, neque per omnia auctoris sui vestigiis instituisse. Aliud est infensum esse nomini alicujus, aliud veritatem quæ in scriptis est indagare ; multa namque forte in codice quem Hieronymus interpretabatur aliter legi poterant, quæ ipse Latinis dedit, etsi modo in textu quem præ manibus habemus vel superare, vel deficere cernuntur ; idque ex hoc nomine Chironis patet, quod si in textu Eusebiano non fuisset, nunquam Eustathius in suis scriptis retulisset. Sic dicimus et in aliis. At in multis erravit Hieronymus, nec fidelis interpretis munere, uti par erat, functus est. Dicam Scaliger quod sentio. Errata præclarissimorum hominum stuporem, non contemptum commovent ; sic in robusto homine gravior morbus, et mors inopina metum incutit, humanæ fragilitatis non minus valentes, sed et robustissimos admonet et cautions reddat. Qui Catonem ebrium viderunt, non riserunt, sed erubuerunt. Ideoque optime dictum, non ab illis Catonem, sed illos a Catone deprehensos. Nec minus æque Seneca lib. *De tranquillitate animi*, cap. 15 : *Catoni ebrietas objecta est. At facilius efficiet quisquis objecerit hoc crimen honestum, quam turpem Catonem.* Humanitatis est hominem de republica, de litteris, de historia, de omnibus bene meritum, et præcipue Hieronymum, si quando deficit, venerari. Sed machinam aperiam. Existimat Scaliger, ut et alii multi, si interpretationes Hieronymi exagitando refellant, illius viri auctoritatem minuere, et in ejus versionibus fidem desiderare : quare postea concludant et vulgatam sacræ Scripturæ editionem non esse illius ponderis et dignitatis, prout illam habet catholica Ecclesia ; quare novas ipsi moliantur interpretationes, veræque dogmata jam diu confirmata ea conturbent, ut nova sua simplicioribus communicent : sed stabunt quales quales sunt Hieronymi interpretationes ; Scaligeri si quæ sunt perbellæ et elegantes, et aliorum similium cadent.

Col. 709, lin. 3. Οὗτος τοῖνον. Justinus Martyr *Cohortations ad Græcos*, de eodem Moysæ : Τούτῳ πρῶτον ὁ Θεὸς, καὶ τὴν ἄνωθεν ἐπὶ τοῦς

ἀγίους ἀνδράς θείαν καὶ προφητικὴν τηνικαῦτα κα-
τιοῦσαν παρέσχετο δωρεάν, καὶ πρῶτον τῆς θεοσε-
θείας ἡμῶν διδάσκαλον γενέσθαι παρεσχεύασεν· εἶτα
μετ' αὐτὸν τοὺς λοιποὺς προφήτας, τοὺς καὶ αὐτοὺς
τῆς αὐτῆς αὐτῷ τυγόντας δωρεᾶς, καὶ τὰ αὐτὰ περὶ
τῶν αὐτῶν διδάξαντας ἡμᾶς. Sic item Basilius Ma-
gnus a Moysis laudatione suas in *Hexaemeron ordi-*
tur explanationes.

Col. 709, lin. 5. *Τὴν γὰρ τῶν Αἰγυπτίων.* Basilius
homil. 4 in *Hexaem.* : Ὅν εἰσποίησαντο μὲν ἡ
θυγάτηρ τοῦ Φαραῶ, ἐξέθρεψε δὲ βασιλικῶς, τοὺς
σοφοὺς τῶν Αἰγυπτίων διδασκάλους αὐτῷ τῆς παι-
δεύσεως ἐπιστήσασα. Pluribus hæc eadem lib. 1
Strom. Clemens Alexandrinus, et quænam fuerit
Ægyptiorum doctrina, laudatis Philone et Eupo-
lemo, explicat, quem, si libet, adi; et his anti-
quior Justinus *Cohortatione ad gentes* : Παρ' οἷς,
Ægyptiis scilicet, οὐκ ἐτέχθη Μωϋσῆς μόνον, ἀλλὰ
καὶ πάσης τῆς Αἰγυπτίων παιδείσεως μετασχεῖν
ἤξιώθη διὰ τὸ ὑπὸ θυγατρὸς βασιλέως εἰς παιδὸς
ἔφκειώσθαι χώραν, καὶ διὰ τὴν προειρημένην πρό-
φασιν πολλῆς ἠξιώσθαι σπουδῆς, ὡς ἱστοροῦσιν οἱ
σοφώτατοι τῶν ἱστοριογράφων, οἱ καὶ τὸν βίον αὐτοῦ
καὶ τὰς πράξεις, καὶ τὸ τοῦ γένους ἀξίωμα ἀναγρά-
ψασθαι προελόμενοι, Φίλων τε καὶ Ἰώσηπος. Philo-
nis locus est l. 1 *De vita Moysis*, pag. 410 ; Josephi
l. 11 *Archæol. Judaic.*, c. 5 : et Aug. l. xviii *De ci-*
vit. Dei, c. 37 : *Verum quod fatendum est, non qui-*
dem in Græcia, sed in barbaris gentibus, sicut in
Ægypto, jam fuerat ante Moysen nonnulla doctrina,
quæ illorum sapientia diceretur ; alioquin non scri-
ptum esset in libris sanctis Moysen eruditum fuisse
omni sapientia Ægyptiorum, tunc utique quando ibi
natus est, et a filia Pharaonis adoptatus, atque nu-
tritus etiam liberaliter educatus est. Ex quibus ver-
bis, sicut etiam et ex iis quæ supra pro antiquitate
Moysis allata sunt, manifestus error Philonis loco
jam dicto, qui ad erudiendum Moysen præceptores
non tantum e præfecturis Ægypti proximis, sed
etiam magnis præmiis e Græcia fuisse invitatos :
Διδασκαλοὶ δ' εὐθύς ἀλλαχθεν ἄλλοι παρήσαν, οἱ μὲν
ἀπὸ τῶν πλησιοχώρων, καὶ τῶν κατ' Αἴγυπτον νομῶν
αὐτοκτελευστοὶ, οἱ δ' ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος ἐπὶ μεγάλας
δωρεαῖς μεταπεμφθέντες. Et inferius : Ἀριθμοὺς
μὲν οὖν καὶ γεωμετρίαν, τὴν τε ρυθμικὴν, καὶ ἀρ-
μονικὴν, καὶ μετρικὴν θεωρίαν, καὶ μουσικὴν τὴν
σύμπασαν διὰ τε χρῆσεως ὀργάνων, καὶ λόγων τῶν
ἐν ταῖς τέχναις, καὶ διεξόδοις τοπικωτέρας Αἰγυ-
πτίων οἱ λόγοι παρέδοσαν, καὶ προσέτι τὴν διὰ συμ-
βόλων φιλοσοφίαν, ἣν ἐν τοῖς λεγομένοις ἱεροῖς γράμ-
μασιν ἐπιδείκνυνται, καὶ διὰ τῆς τῶν ζώων ἀποδο-
χῆς, ἃ καὶ θεῶν τιμαῖς γεραίρουσι· τὴν δ' ἄλλην
ἐγκύκλιον παιδείαν Ἑλληνες εἰδίδασκον· οἱ δὲ ἐκ τῶν
πλησιοχώρων τὰ τε Ἀσσύρια γράμματα, καὶ τὴν
τῶν οὐρανίων Χαλδαϊκὴν ἐπιστήμην. Nulla ante
Moysen in Græcia doctrina, nullæ disciplinæ, quæ
ei fuissent, utique Moyses non omnibus Græciæ sa-
pientibus antiquior ; sicque quærent omnia chrono-
graphorum argumenta, quibus antiuivitatem et ex-

cellentiam Moysis demonstrant. De Moysis vero
parentibus, genere, patria, infra aliquid ex veterum
scriptis delibabimus.

Ibid., lin. 7. Ὑπ' αὐτοῦ δηλοῦσιν. Hæc enim
cum occultissima essent, et omnem humanæ in-
telligentiæ captum excederent, non poterat cognos-
cere nisi lumine prophetico illustratus. Non defuit
tamen et humana industria, et solers prudensque
tanti viri consilium ; etenim quæ scripserat potuit
a filiis vel nepotibus Josephi patriarchæ excipere,
cum inter Josephi mortem et ortum Moysis anni
non plures quatuor et sexaginta interfuerint. Jo-
sephus habuit a patre suo Jacobo, Jacobus ab
Isaaco, Isaacus ab Abraham, Abraham a Sem et
Noe, Noe ab avo suo Mathusalem qui simul cum
Adam ducentos et quadraginta tres annos vixit,
quem sæpenumero et vidit præsentem, et loquen-
tem audivit, plurimaque ab eo de rebus divinis
edoctus est. Potuit ergo Moyses hæc quamvis di-
vina humana ratione percipere, et Ægyptiorum do-
ctrina explorata verissima et certissima aliis tra-
dere.

Ibid., lin. 10. Καὶ πολλοὶ τῶν παρ' Ἑλλήσι.
Eadem ratione et Theophilus ad *Autolycum* l. 11, phi-
losophorum ac poetarum super rerum creatione
placita meras esse nugas, atque garrullitates fate-
tur, in quibus neque particulam veritatis cernere
quis potest, idque venenati ac mortiferi pharmaci
exemplo confirmat. Δοκεῖ δὲ τὰ ὑπὸ τῶν φιλοσόφων,
ἡ συγγραφέων, καὶ ποιητῶν εἰρημένα ἀξιοπίστα μὲν
εἶναι, παρὰ τὸ φράσει κεκαλλωπίσθαι· μωρὸς δὲ καὶ
κενὸς ὁ λόγος αὐτῶν δείκνυται· ὅτι πολλὴ μὲν πλη-
θὺς τῆς φλυαρίας αὐτῶν ἐστὶ, τὸ τυχὸν δὲ τῆς ἀλη-
θείας ἐν αὐτοῖς οὐχ εὐρίσκεται. Καὶ γὰρ εἴ τι δοκεῖ
ἀληθὲς εἶναι αὐτῶν ἐκπεφωνῆσθαι, σύγκρασιν ἔχει τῇ
πλάνῃ. Καθάπερ γὰρ φάρμακόν τι δηλητηριον συγ-
κραθὲν μέλιτι, ἢ οἴνῳ, ἢ ἐτέρῳ τινι, τὸ πᾶν ποιεῖ
βλαβερὸν καὶ ἀχρηστον, οὕτω καὶ ἡ ἐν αὐτοῖς πολυ-
λογία εὐρίσκεται ματαιοπῶνια, καὶ βλάβη μᾶλλον τοῖς
πειθομένοις αὐτῇ. Differentiam item, quæ est inter
philosophum ethnicum omni divino lumine desti-
tutum, et philosophum fidei fundamentis fultum,
etiam in *Moralibus* elegantissime expressit Probus
Constantinopolitanus, *Epist. ad Armenios*, de fide :
Διαφόρως δὲ ὤρισαντο περὶ ταύτης οἱ τε ὑπὸ πλάνης
ἀγχόμενοι Ἑλληνες, καὶ τὸ ἀκριδὲς τῆς διακρίσεως
ὑπὸ τῆς περὶ τὸ θεῖον ἀγνοίας ἐπισκοτούμενοι, καὶ
οἱ διὰ πίστεως τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς διανοίας πεφωτι-
σμένοι Χριστιανοὶ, καὶ πρὸς τὸν τῆς δικαιοσύνης
ἥλιον τρανῶς διὰ τῆς ὁμολογίας ἀτενίζειν δυνάμενοι.
Οἱ μὲν γὰρ τοῖς οἰκείοις λογισμοῖς ὡσπερ ἐν σκότει
προσπταίνοντες, καὶ ἀνηγεμόνευτον ἔχοντες ὑπὸ προ-
λήψεως τὸν νοῦν ἐπισφαλῶς δεδούσει τοῖς λογισμοῖς,
μόνην ἐν οἷς δογματίζουσι ψηλαφῶντες τὴν βέουσαν
καὶ ἄστατον τῶν ὀρωμένων φύσιν· τὸ δὲ τῆς ἀληθοῦς
θεωρίας ὄμμα, ἡ ἀμυλώττοντες ὑπὸ χρόνου, ἡ τη-
ρωθέντες ὑπὸ πλάνης, ἀπώλεσαν. Legenda omnino
est lepidissima facundissimaque Hermiæ philoso-
phi philosophorum gentilium irrisio, in qua multa

enarrat, ut contrarietatem quæ in eorum opinionibus est patefaciat, et inquisitionem rerum quam suscipiunt in infinitum vagari, et nullo termino contineri, eorumque finem esse inexplicabilem atque inutilem, quippe quod nulla re evidenti, et ratione perspicua confirmetur. Qui non tantum rerum statum modumque non cognoverunt, sed maxima inscitia stultaque animi contentione veritatem ipsam oppugnare summa ope conati sunt, Porphyrius, Proclus, Eunapius, Zosimus, sexcentique alii de quibus in historia sermones prolixi.

Cot. 709, lin. 12. *Τὰ γὰρ ἐξ ἀρθρωπληρης.* Tamen quodocunque philosophorum placita atque doctrinæ a veritate non vacillant, ubi ratio eorum manifesta est, certumque experimentum, cum sacris litteris minime contrariæ sint, non est cur ab eis abhorreamus: veritas enim sacrarum litterarum nusquam humanis rationibus et experimentis contraria est. Tuta est super hoc Augustini sententia, lib. 1 in *Genes. ad litter.*, cap. 21: *Hoc indubitanter tenendum est, ut quidquid sapientes hujus mundi de natura rerum veraciter demonstrare potuerint, ostendamus nostris litteris non esse contrarium; quidquid autem illi in suis voluminibus contrarium sacris litteris docent, sine ulla dubitatione credamus id falsum esse, et quoquo modo possumus etiam ostendamus: atque ita teneamus fidem Domini nostri, in quo sunt absconditi omnes thesauri sapientiæ, ut neque falsæ philosophiæ loquacitate seducamur neque simulatæ religionis superstitione terreamur.* Et ut in re nimis agitata et controversa, dicam quod sentiam libere: Semper illos stultissimos existimavi, qui ita sunt philosophiæ et cultioribus litteris infensi, ut ne auditum quidem earum permittant. Alia omnia ab illis habent. Scripturæque verba ita detorquent ut non illius sententiam, sed quid exteri senserint curiose perquirant, et ita illorum sententiæ Scripturam accommodant. Næ semper uti prudentissimos laudavi eos qui rationes humanas veraque experimenta ita explicant, ut idem cum divinis litteris sentire clarissime demonstrent, et mentem illorum cum vero Scripturæ sensu congruere efficacissime probant. Quamvis enim divinæ litteræ nullo indigeant externo subsidio, sed suomet divino spiritu fultæ veritatem nulli dubiam omnibus manifestant: non est tamen ab earum majestate et dignitate alienum et indecorum, si illius veritatis tantam esse vim cognoscamus ita ut et aliis satis patens fuerit manifestata. Immerito itaque in *Genes.*, lib. 1, Pererius reprehendit Joannem Picum Mirandulanum, qui super caput primum Geneseos *Heptaplum* composuerat, et septem novas expositiones, doctrinæque Moysis de operibus sex dierum a nullo priorum scriptorum tentatas, a se autem primo cogitatas, inventas, elaboratas, perfectasque pertractavit, librumque illum parum ad doctrinam Moysis intelligendam conducere. Quæsissem utique libenter a

A Pererio, si sententiæ Joannis Pici ita elaboratæ et explicatæ dissonant a sententiis Moysis, textusque illius discordant? si discordant, quæ est hæc discordantia? fateatur, deinde animadvertat. Si inhærent sententiæ Moysis, et verbis sunt accommodatæ, et congruunt, nec a Catholica veritate, nec sanctorum Patrum dictis abhorrent, utquid culpatur inculpatum? Tentandum est aliquid maximis ingeniiis, quæ frena pati nesciunt, laxandæ sunt ingenii vires, nec angustissimo antiquorum gyro eorum impetus refringendi. Hæc sicuti laudo, sic et Cajetani sententiam initio Commentariorum suorum in *Genesim* accusavi; ea autem est: *Si quando occurrerit aliquis sensus textui consonus, quamvis a torrente doctorum alienus, lector æquum se præbeat censorem, nullusque detestetur, quod dissonet a priscis doctoribus. Non enim alligavit Deus expositionem Scripturæ priscorum doctorum sensibus, alioquin spes nobis tolleretur exponendi Scripturam, nisi transferendo, ut aiunt, de libro in quinternum.* Textum autem Eustathii Græcum ita restituo: *Τὰ γὰρ ἐξ ἀρθρωπληνης διανοίας περιφερόμενα δόγματα ἀσαφὴ τυγχάνει καὶ ἀνεμάρτιστα. Consona tandem sunt verba Basilii in philosophos, hom. 1: Πολλὰ περὶ φύσεως ἐπραγματεύσαντο οἱ τῶν Ἑλλήνων σοφοί, καὶ οὐδὲ εἰς παρ' αὐτοῖς λόγος ἔστικεν ἀκίνητος καὶ ἀσάλευτος, ἀεὶ τοῦ δευτέρου τὸν πρὸ αὐτοῦ καταβάλλοντος· ὥστε ἡμῖν μηδὲν ἔργον εἶναι τὰ ἐκείνων ἐλέγχειν· ἀρκούσι γὰρ ἀλλήλοις πρὸς τὴν οἰκίαν ἀνατροπὴν. Et hom. 3: Καὶ τί δεῖ πράγματα ἔχειν ἡμᾶς τὸ ψευδὲς αὐτῶν διελέγοντας, οἷς ἔφαρκει, τὰς αὐτῶν ἐκείνων βίβλους ἀλλήλαις ἀντιπαρθέντας, ἐν ἡσυχίᾳ πολλῆ θεατὰς αὐτῶν τοῦ πηλέμου καθῆσθαι; Ὅστε γὰρ ἀριθμῶ ἐλάττους, ὅτε ἀξιώματι ὑφειμένοι, πολυφωνία δὲ καὶ παρὰ πολὺ διαφέροντες πρὸς τὸ ἐναντίον αὐτοῖς ἀντικαθίστανται λόγον.*

Ibid., lin. 19. *Ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανόν.* Circa hujus loci expositionem a quibusdam Augustinus Eugubinus acerbè admodum reprehenditur, et ejus expositio veluti falsa et perabsurda, et a Christiana disciplina abhorrens non solum, sed tanquam perversum et impium dogma exploditur. Hic namque in sua *Cosmopœia*, et tract. *De naturis incorporeis*, scribit cœlum empyreum esse quidpiam æternum et increatum, hoc est, esse lucem, et claritatem quamdam manantem ex Dei essentia, in qua Deus est, et ad cujus participationem atque fruitionem tam boni angeli quam viri justi admittuntur. Hæc enim est, inquit, illa æterna lux et claritas Dei, quæ in Scriptura toties justis hominibus pro mercede laborum promittitur: de qua intelligendum putat illud quod de Deo in psal. ciii canit David, *Amictus lumine sicut vestimento*¹; et illud Pauli: *Qui lucem habitat inaccessible*²; et illud Domini apud Joannem: *Clarifica me, tu Pater, claritate quam habui priusquam mundus feret, apud te*³. Ejusdem lucis speciem

¹ Psal. ciii, 2. ² 1 Tim. vi, 16. ³ Joan. xvii, 5.

quoddam datum est in transfiguratione Domini nostri, et in rubo Moysis, et in ejus vultu ex colloquio, et consuetudinæ cum Deo habita supra humanum obtutum resplendente; et hanc suam opinionem confirmat testimonio Basilii Magni, qui hom. 2 super *Genesim* tradit eadem omnia iisdem verbis quæ et noster Eustathius pag. 50. Hanc Eugubini sententiam si quis velit defendere, omni ipse defensione indignus erit. Cælum empyreum Deus non est, quomodo ergo æternum, quomodo increatum? Lux hæc manat ex Dei essentia, quomodo ergo cælum empyreum? et si cælum empyreum Deus est, quomodo Scriptura non insanit de illo dicens, *In principio creavit Deus cælum* ⁴? nunquam dicere rem ejusdem cum Deo essentiæ non esse Deum. Lux ergo hæc tua, et cælum empyreum Deus est, et creator, et rursum diversum a Deo et creatura. Neque sententiæ Eustathii et Basilii, quos etiam videtur secutus Theodoretus in *Genesim*, et Methodius, sive Timotheus presbyter Hierosolymitanus oratione in *Hypantem*, illius sententiam probant, nec pondus addunt, nec firmitatem. Etenim hi Patres lucem illam et claritatem quam increatam statuunt, diversam ab ea quæ una cum cælo, et terra, et eadem ratione qua cælum et terra producta est, quamvis nullis tenebris, nulli corruptioni, nulli tempori obnoxia sit, non affirmant esse cælum empyreum, nec cælum illud de quo dicitur, *In principio creavit Deus cælum et terram*. Sed de hac Patrum sententiâ quid sentiendum sit, et an sit inter memorabilia, et paradoxa rejicienda, in præsentem non judico: inferius enim una cum Eustathio pag. 60, dicemus aliqua, reverenter tamen. Veneror namque dicta Patrum catholicorum, et verum dicam, adoro.

Col. 709, lin. 20. *Ὁ στήσας τὸν οὐρανόν*. Basiliius hom. 1 in *Hexaemeron*: Καὶ περὶ τοῦ σχήματος δὲ ἰκανὰ ἡμῖν τὰ παρ' αὐτοῦ εἰπόντος ἐν δοξολογίᾳ Θεοῦ, *Ὁ στήσας τὸν οὐρανόν ὡσεὶ καμάραν*. Τὰ αὐτὰ δὲ ταῦτα καὶ περὶ τῆς γῆς συμβουλευόμενοι ἑαυτοῖς, μὴ πολυπραγμανεῖν αὐτῆς τὴν οὐσαν ἥτις ποτὲ ἐστίν. De figura cæli apud veteres maximum fuit dissidium; eorum placita præter alios refert Plutarchus, lib. 11 *De placit. philosoph.*; Theodoretus, lib. *De natura et mundo*; Aristoteles, lib. 11 *De cælo*, cap. 4; Ptolemæus, lib. 1, c. 3 editionis mag., et ejus commentator Theon Alexandrinus; Cleomedes in *Meteor.* lib. 1, et alii multis rationibus et experimentis sphericum esse probant. Plato ea de re ita scripsit in *Timæo*: Τῷ γὰρ τὰ πάντα ἐν αὐτῷ ζῶα περιέχειν μέλλοντι ζῶῳ πρόβρον ἂν εἴη σχῆμα τὸ περιειληφὸς ἐν αὐτῷ πάντα ὅπῃσιν σχήματα· διὸ καὶ σφαιροειδὲς ἐκ μέσου πάντῃ πρὸς τὰς τελευταίας ἴσον ἀπέχον κυκλωτερές αὐτὸ ἐτορνεύσατο πάντων τελειότατον, ὁμοϊοτάτον τε αὐτὸ ἑαυτῷ σχημάτων, νομίσας μῦρην κάλλιον ὁμοιον ἀνομοίου· λείον δὲ κύκλῳ πᾶν ἔξειθεν αὐτὸ ἀπηκριβοῦτο πολλῶν χάριν. Hæc verba

Platonis varie explicat, et rationes aperit Proclus *Commentar. in Timæum*, et Ciceroetiam 11 *De nat. deorum*. Quid, inquit, *pulchrius ea figura, quæ sola omnes alias figuras complexa continet, quæque nihil asperitatis habere, nihil offensionis potest, nihil incisum angulis, nihil anfractibus, nihil eminens, nihil lacunosum?* Alcinoziæ Introductione in Platonis philosophiam, Σχῆμα δ' αὐτῷ περιέβηκε τὸ σφαιροειδὲς, εὐμορφότατον σχημάτων, καὶ πολυχωρότατον καὶ εὐκίνητότατον. Quæ non repugnare divinis litteris, quin inde non obscure colligi, confirmari potest ex illis verbis initio *Ecclesiastes*: *Sol occidit, et in locum suum revertitur, ibique renascens gyrat per meridiem et flectitur ad aquilonem: lustrans universa in circuitu pergit spiritus, et in circulos suos revertitur* ⁵. Quare Hieronymus in *Comm.* cap. v *Epist. ad Ephesios* graviter eos increpat, qui cælum non undique rotundum, sed fornicis modo curvatum faciunt. Quod omnino certum est cum non rationibus tantum vincatur, sed experimento etiam compertum sit, duplex hoc hemisphæricum esse, et antipodas adversa nobis vestigia premere, de quibus Manilius in *Astronom.*:

*Nec minor est illis mundus, nec lumine pejor;
Nec numerosa minus nascuntur sidera in orbe:*

et alii quorum rationes leges in locis a nobis laudatis. Hæc namque figura, ut ait Plinius lib. 11, c. 2, omnibus suis partibus vergit in sese, ac sibi ipsa toleranda est, seque includit, et continet, nullarum egens compaginum. *Nec finem aut principium ullis suis partibus sentiens, nec quia ad motum, quo subinde verti debeat, ut mox apparebit, talis aptissima est, sed oculorum quoque probatione quod convexus, mediusque quacunque cernatur, cum id accidere in alia non possit figura.* Et Theodoros Prodromus *Dialog. de amic. exsule*: Ἦ τίς τὸν εὐρὺν οὐρανὸν καὶ τὸν μέγαν ἀκαμπτον ὄντα τὸ πρὶν εὐθυωρίαν, ἀρχῇ τυθεσθαι τοῦ λόγους τοῦ φαμένου ἑκαμψεν εἰς τὴν σφαιραν εἰ μὴ φιλία; ὅλον γὰρ εἰπεῖν ὡς καλοῦ καὶ κρημίου ἐρῶν ἑαυτοῦ πρὸς κύκλον συνεστράφη, ἑαυτὸν αὐτῷ φιλιῶν πανταχόθεν καὶ παντάπασι συμπερισφίγγων μέρη. In hanc sententiam legi possunt et quæ habet Clemens Romanus, lib. viii *Recognit.* Verum antiquis Patribus mirus in hoc fuit consensus, cælum scilicet non esse rotundum sed instar fornicis, ut habemus hic ex nostro Eustathio, Basilio, Chrysostomo hom. 14 et 17 *ad Hebræos*, Augustino, l. 11 *De Genes. ad litteram*, qui et alibi ait se dubitare, *An terra cælo undique circumfuso contineatur.* Ejusdem sententiæ fuit auctor libri Christianorum nuncupati, ut refert Photius in *Biblioth.*: Ὅτι ὁ οὐρανὸς οὐκ ἐστὶ σφαιρικὸς, οὐδὲ ἡ γῆ, ἀλλ' ὁ μὲν ὡσεὶ καμάρα, ἡ δὲ ἑτερομήκης, καὶ κεκόλληται τὰ πέρατα τοῦ οὐρανοῦ πρὸς τὰ πέρατα τῆς γῆς. Theodorus item episcopus Tarsensis l. 111 *Contra fatum* multis hoc idem capitibus trahitur, ut habetur apud Photium: Ἐν δὲ τῷ τρίτῳ περὶ

⁴ Gen. 1, 1. ⁵ Eccle. 1, 5, 6.

ρᾶται μὲν διὰ τε τοῦ κα' κάτω καὶ τοῦ κβ', καὶ μὴν καὶ τοῦ τρίτου καὶ εικοστοῦ, καὶ κ' καὶ δ' ἐλέγχειν τοὺς τὸν οὐρανὸν σφαιρικὸν ὑποτιθεμένους. Οὐ μὲντοιγε διὰ τῶν ἰσχίων ἐχόντων οἱ ἔλεγχοι πρόβεισι. Τὸ σφαιρικὸν δὲ οὐ βούλεται συγχωρεῖν τῷ οὐρανῷ· διότι νομίζει τὴν εἰμαρμένην ἐκ τῆς τοιαύτης εἰσαγεσθαι θέσεως. Quamvis hujus rationem uti minimi momenti refellat idem Photius ibidem : Καίτοι οὐδεμία τοῦτο ἀπόδειξις ἐκδιάζεται· οὐ γὰρ, εἰ γε σφαιρικὸς ὁ οὐρανός, καὶ τὸ τῆς εἰμαρμένης ἐξ ἀνάγκης συνίσταται. Lactantius l. v *Divin. inst.*, c. 24, deridet eos qui cælum rotundum, et in omnes partes devexum crediderunt. Procopius eam mordicus ita defendit *Comm. in Gen.*, ut eorum sententiam, qui cælum prædicant rotundum, a catholica disciplina vocet alienam ; ait enim : Assertio dicentium cælum esse figuræ sphaericæ, et circulari motu converti, non concordat orthodoxæ veritati, sed contradiciti Moysi, prophetis, Paulo, et Christo, qui hænc opinionem ubique in divinis Scripturis refellunt, docentes cælum, neque circulo ferri, neque sphaericam formam habere, sed immobile prorsus esse. Atque idem hoc repetit infra, cap. 7, et videtur mutuatus a Chrysostomo, a quo item sua hauserunt Theophylactus et Theodoretus. Vide Damascenum lib. II *Fidei orthod.*, cap. 6. Ita inducebantur ut crederent, testimonio ducti Scripturæ psal. ciii, *Extendens cælum sicut pellem* ⁶, et Isaïæ, *Expandit cælus sicut habitaculum ad habitandum* ⁷.

Col. 709, lin. 13. *Αὐτοῦ λεπτήν*. Basiliius hom. 1 in *Hexæm.* : Ἀλλὰ περὶ μὲν τῆς οὐσίας τοῦ οὐρανοῦ ἀρκούμεθα τοῖς παρὰ τοῦ Ἰσαίου εἰρημένοις, ὃς ἐν ἰδιωτικοῖς ῥήμασιν ἱκανῆν ἡμῖν τῆς φύσεως αὐτοῦ τὴν διάνοιαν ἐνεποίησεν, εἰπὼν· Ὁ στερεώσας τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ καπνόν, τουτέστι λεπτήν φύσιν· καὶ οὐ στερεὰν, ἀλλ' ὡσεὶ παχέαν ἐς τὴν τοῦ οὐρανοῦ σύστασιν οὐσιώσας. Ex cujus verbis locum hunc ita restituo : Τὴν δὲ οὐσίαν αὐτοῦ, vel τὴν φύσιν ; in quibus illustrum illam controversiam determinat, cæli videlicet substantiam non esse mistam, sed simplicem, de qua multa nobis et Plotinus *De mundo*, et alii tradiderunt. Quidam enim cælum ejusdem esse naturæ cum elementis arbitrati sunt, quod refert Theodoretus *De materia et mundo*, et Philo Judæus *De somno*, et Plutarchus. Alii igneæ esse naturæ, cujus opinionis auctores tradit Ægyptios Albertus Magnus tract. 1 *De cælo*, cap. 4. Platonis circa hoc opinionem habes in *Alcinoo* ; Macrobio lib. in *Somn. Scipion.* ; Augustino, viii *De civitate Dei*, cap. 11 ; Philopono ad vi et xiii *Procli*. Sed de hoc plura inferius noster Eustathius ex quibus cælum concretum sit aliis declarandum relinquens, verbis Isaïæ ejus naturam tenuem, non solidam, neque crassam esse tradit, eorum opinionem refellens qui cælum solidum veluti crystallum ponebant, et eorum qui terreum, gravemque, et Anaximenis qui illud e terra fabricaverat, de quo Origenes lib. I

Elenchi contra hæres. : Γεγονέναι δὲ, τὰ ἄστρα ἐκ γῆς διὰ τὸ τὴν ἰκμάδα ἐκ ταύτης ἐνίστασθαι, ἥς ἀραιουμένης τὸ πῦρ γίνεσθαι· ἐκ δὲ τοῦ πυρὸς μετεωριζομένου τοὺς ἀστέρας συνίστασθαι. Εἶναι δὲ καὶ γεώδεις φύσεις ἐν τῷ τόπῳ τῶν ἀστέρων συμπερομένης ἐκεῖνοις. Hanc Eustathii sententiam tuetur et Olympiodorus in Job super illis verbis cap. xxxviii, *Diffusum autem est sicut terræ cinis* ⁸. Notanda Joannis Chrysostomi sententia, Ὅτι μὲν καμάρας εἰκόνα διασώζει, Ἰσμεν· τίς δὲ ἐστὶ τὴν οὐσίαν, ἀγνοοῦμεν. Stolidissimus Mohametus affirmat aerem factum ex fumo, fumum ex vapore aut exhalatione marina. Primum cælum ex aqua viridi constare, secundum ex aqua clara, tertium ex smaragdo, quartum ex auro, quintum ex hiacyntho, sextum ex tabula lucida, septimum ex claritate ignis, et de uno cælo ad aliud esse distantiam itineris quingentorum annorum. Quis non miretur hominis ingenium, in hisceque describendis patientiam ? ut oculatus est vir iste ! ut multa videt ! Abeant ergo mathematici et geometræ cum suis mensuris et numeris. Solus vidit distantiam quam non reliqui omnes homines nec auctor ipse naturæ.

Ibid., lin. 23. *Τὴν δὲ γῆν ἐδάσκει*. Basiliius tamen ait hom. 1, terræ fundamenta naturæ hominum esse incognita, et locum Palmi, quem hic adducit Eustathius, explicat. Τὸ γὰρ, Ἐπι θαλασσῶν ἐθεμελλώσεν αὐτήν, τί δηλοῖ ἢ τὸ πάντοθεν περιεχέσθαι τῇ γῆ τὴν τοῦ ὕδατος φύσιν ; Πῶς οὖν, ῥυτὸν ὑπάρχον τὸ ὕδωρ, καὶ ἐπὶ τὸ πρᾶνὲς πεφυκὸς καταπίπτειν, μένει ἀπεωρούμενον, καὶ οὐδαμοῦ ἀπορρέον ; Σὺ δὲ οὐ λογίζεαι, ὅτι τὴν αὐτήν, καὶ ἐτι πλεονα ἀπορῆαν τῷ λόγῳ παρέχει ἡ γῆ καθ' ἑαυτὴν κρεμαμένη βαρυτέρα τὴν φύσιν οὔσα. Externorum tamen philosophorum opinio est magis recepta : Fundasse Deum terram in sphaeræ, quæ mundum undique complectitur, centro, quippe quæ propter suum æquilibrium ex omni parte tantumdem distat a cælo, ut ob id ipsum et firmam sedem obtinuerit, et immota nitatur, et fixam sit uacta basim ; et hoc in *De cælo* cap. 14 validissimis rationibus probat Aristoteles, et sane despiciari, et deteriori elemento, infimus locus debebatur, terræ elementorum deterrimæ, locus qui maxime a cælo distat infimus. Centrum mundi maxime a cælo distat, ideoque in eo erat collocanda sua natura, unde terra aquas, non e contrario terram aquæ sustentant. En novam Nebulonis physiologiam. Terra, ait Mohametus, sustentetur a magno bove cujus caput extenditur in orientem, cauda in occidentem, quatuor vero pedes innituntur lapidi candido. In capite habet quadraginta cornua, quorum unum ab altero distat itinere mille annorum. Subtus lapidem vero est mons infernalis dictus Zoth, quem conscendere coguntur peccatores, et ubi bene oneratus est collabascit, eosque submersos in infernum præcipitat : sub hoc monte terra est et postea mare, et rursus

⁶ Psal. ciii, 2. ⁷ Isa. xl, 22. ⁸ Job xxxviii, 38.

terra aliudque mare usque ad Æptem terrarum et marium numerum. Ultima vero terrarum est alba ut lac, mollis ut crocus, odora ut moschus, et clara ut luna, infra eam magnus piscis cujus caput in orientem, cauda versus occidentem porrigitur, super cujus dorso fundantur ac jacent terræ, maria, aer, usque ad finem mundi. Subtus piscem ventus est, qui eum sustinet, subtus hunc tonitru, rursus sub hoc mare obscurum, postmodum laudes, ab hisce gloria, deinceps thronus, post eum tabula picta, et penna, et inferius magna Dei nomina : sed piget inepiarum, quarum nullus modus apud hunc nugatorem.

Col. 709. lin. 26. *Kal τὸ πῶς οὐ δαί πολὺ.* Ubi namque fides humanum intellectum informaverit, et rationes humanæ et experimenta veluti nullius momenti rejici debent, in qua nulla opinio, nulla verisimilitudo, nulla fallacia, nulla hæsitatio, nulla inest dubitatio, sed in obscuritate patentia omnia, atque aperta intelligendo firmiter tenet; et quæ non videt, uti certissima credit Christianus et illis assentitur. Fides hæc qualibet demonstratione superior est, qualibet certitudine certior, qualibet disciplina excelsior. Quare Joannes Picus sapientissime in conclusionibus affirmabat: *Sicuti fides, quæ est credulitas, est infra scientiam; ita fides, quæ est vere fides, est supersubstantialiter supra scientiam et intellectum nos Deo immediate conjungens.* Furor est divinæ potentiæ opera ita scrutari, ut noster intellectus sit ejus mensura; furor est humana mente, divina illa, et quæ mundus non capit agitasse, et incerta modica fragilique conjectura immensa, sacra, æterna, admirandaque indagare.

Ibid., lin. 27. *Τὸ γὰρ ἀπλοῦν τῆς πλοτεως.* Basiliius hom. 1, *Ei δὲ μή, ἀλλὰ τὸ γε ἀπλοῦν τῆς πιστεως ἰσχυρότερον ἔστω τῶν λογικῶν ἀποδείξεων.* Christianorum philosophiam simplicem et ejus causam eruditissimus et φιλοσοφικώτατος Alexander Lycopolita libello vere aureo contra Manichæos disertissimis verbis explicat, quem jam paramus commoditati publicæ edendum. Ejus verba cum non sint quod ego sciam ad hanc diem edita nec Græce, nec Latine, non gravabor hic Græca apponere, ut quis sit auctor, unusquisque tanquam ex ungue leonem possit conjicere: *Ἡ Χριστιανῶν φιλοσοφία ἀπλῆ καλεῖται· αὐτὴ δὲ ἐπὶ τὴν τοῦ ἤθους κατασκευὴν τὴν πλείστην ἐπιμέλειαν ποιεῖται αἰνιτομένη περὶ τῶν ἀκριβεστέρων λόγων περὶ Θεοῦ, ὧν τὸ κεφάλαιον τῆς περὶ ταῦτα σπουδῆς εἰκότως ἀν ἅπαντες ἀποδέξαιντο.* Ἐνθα τὸ ποιητικὸν αἴτιον τιμωτάτον τίθενται, καὶ πρεσβύτατον, καὶ πάντων αἴτιον τῶν ὄντων. Ἐπει καὶ τοῖς ἠθικοῖς τὰ ἐργαστέτερα παραλείποντες, οἷόν τις τε ἡ ἠθικὴ ἀρετὴ, καὶ λογικὴ, καὶ ὅσα λέγεται περὶ ἡθῶν καὶ παθῶν, περὶ τῶν ὑποθετικῶν διατρέφουσι τόπον· στοιχεῖα μὲν πρὸς ἐκάστης ἀρετῆς ἀνάληψιν οὐκ ἀποδιδόντες, παραγγέλματα δὲ παχύτερα, ὡς ἐτύγγανεν, ἐπισωρεύοντες, ὧν ὁ πολὺς δῆμος ἀκούων, ὡς ἐκ τῆς πείρας ἔστι μαθεῖν, σφόδρα ἐπιδίδωσιν εἰς ἐπιείκειαν, καὶ

τῆς εὐσεβείας χαρακτῆρ ἐνίζανει αὐτῶν τοῖς ἡθεσιν, ἀναζωιπυρῶν τὸ ἐκ τῆς τοιαύτης συνθεθείας συνειλημμένον ἡθος, καὶ κατ' ὀλίγον εἰς τὴν τοῦ καλοῦ αὐτοῦς ὄρεξιν ὀδηγῶν. Εἰς πλείστα δὲ ταύτης ὑπὸ τῶν ἐπιγενομένων μερισθείσης, ζητήσεις συνέστησαν πλειονες, καθάπερ ἐν τοῖς ἐριστικοῖς, ἀφ' ὧν ἐντρεχεστέρους μὲν ἄλλους ἑτέρων μάλλον, καὶ ζητικωτέρους, ὡς ἂν τις εἴποι, γεγονόνα· συμβέβηκε, καὶ τινες ἤδη καὶ αἰρέσεων προὔστησαν, ἀφ' ὧν ἡ κατὰ τὸ ἡθος ἄδῃλος κατασκευὴ ἐμαραίνετο· τῆς μὲν κατὰ τὸν λόγον ἀκριβείας οὐκ ἐφικνουμένων τούτων, ὅσοι τῶν αἰρέσεων ἠγείσθαι ἠξίουσαν, τοῦ δὲ πολλοῦ πλήθους στασιαστικώτερον πρὸς αὐτὸ διατεθέντος, κανόνος δὲ οὐδενὸς εἰπόντος, οὐδὲ νόμων, ἀφ' ὧν τῶν ζητήσεων πορίσασθαι λύσιν. Καθάπερ δὲ ἐν τοῖς ἄλλοις ἡ φιλοτιμία, εἰς ὑπερβολὰς ἐκπίπτουσα, οὐκ ἔστιν ὅτι οὐ λυμáινεται, οὕτω δὲ καὶ ἐπὶ τούτων, τῇ καινότητι τῶν δοξῶν ἐκάτερος τὸν πρὸ αὐτοῦ ὑπερβάλλεσθαι σπουδάζων, εἰς ἀνήγυτον πρᾶγμα τὴν αὐτὴν ταύτην ἐμβεδλῆχασι φιλοσοφίαν ὥσπερ ὁ λεγόμενος Μανιχαῖος, ὃς Πέρσης μὲν τις ἔστι τὸ γένος, κατὰ γε τὴν ἐμὴν δόξαν, πάντας ὑπερβαλὼν τὸ θαυμασία λέγειν. Καὶ οὐ πάλα μὲν ἐπεπόλασεν ἡ τοῦτο καινοτομία. Πρῶτός γέ τις Πάππος τοῦνομα, εἰς.

Ibid., lin. 28. *Ἀρέμια γάρ.* Elegantissimè prosequitur sententiam hanc Georgius Pisidas *De mundi opificio* per totum, quem vide.

Ibid., lin. 33. *Kal τὸ φῶς.* Hoc lumen fuisso quoddam luminosum per totam mundi machinam diffusum Basiliius hom. 6 in *Hexaem.* Gregorius Nazianzenus in *novam Dominicam*, qui qua ratione intelligi debeat explicat Nicetas. Idem tenuerunt alii Græci, Theodoretus quæst. 14 et 16; Athanasius quæst. 74; Anastasius Antiocheus in *Hexaem.* lib. 11; Procopius, in *Genesim*; Damascenus, lib. 11 *De fide orthodox.*, cap. 7; Didymus et Apollinarius in Catena, quod postea quarto die inditum est luminaribus cæli. Sed de hoc nonnulla inferius.

Ibid. *Kal πάντα ὀξεῖα.* Basiliius hom. 2 in *Hexaem.* : *Ἐν δὲ τῷ πλάτει πάντα τὰ μέρη τοῦ κόσμου, βόρειά τε, καὶ νότια, καὶ ἑῶα, καὶ τὰ ἐσπέρια, ἐν ὀξεῖα καιροῦ ῥοπῇ κατεφώτιζε,* cujus etiam usum et rationem reddit, quam si libet legito. Mira illius præconia, et plusquam triginta proprietates refert Dionysius Areopagita capite 4 *De divinis nomin.*, et cap. 15 *De cælesti hierarchia.* Nihil enim ad mundi decorem et ornatum aptius; unde Hugo de Sancto Victore, *Quid pulchrius luce? quæ cum in se colorem non habet, omnium tamen rerum colores ipsa quodammodo colorat.* Hæc item cum in omnes partes se effuse communicat, præcipuum dicitur instrumentum, quo cælestia corpora influant in inferiora, eoque vehente ad nos a cælo perveniunt. Quod Avicenna quoque dixit, lib. *Meteor.*, lumen vocans vehiculum virtutum omnium cælestium, et Albertus Magnus lib. *De som.* et *vigil.* confirmat. Quare D. Ambrosius lib. 1 *Hexaem.*, cap. 9, scripsit, unius naturam non immerito, non in mensura, non in pondere esse, ut res cæteras

a Deo creatas. Quod tamen explicat D. Thomas A prima part., quæst. 5, et alibi. Verum hanc Eustathii sententiam de celerrima ac momentanea lucis actione, qua sese explicat confirmat præter Basilium et Ambrosium, Arist. lib. II *De anim.*, tex. 70, aliisque contra Empedoclem, qui lucem moveri aiebat. Nam si trajectio illa non fieret puncto temporis, saltim mora in magno quidem spatio deprehenderetur. Quod etiam rationi convenit naturæque ipsius lucis, cum lux contrarium non habeat: nam et substantiæ nihil est contrarium, et quia ita effunditur ut non eadem lucis portio ab una parte in aliam transeat, sicuti accidit rei locum mutantis, quæ una atque eadem singulas partes spatii decurrit, eisque secundum se respondet; quo fit ut nunc has nunc illas successione decurrendo moras trahat, et tempus consumat. Quare optime Aristoteles opinionem contrariam ita refellendo ait: Τούτο γάρ ἐστι καὶ παρὰ τὴν ἐν τῷ λόγῳ ἀλήθειαν καὶ παρὰ τὰ φαινόμενα. Hoc idem voluisse Plotinum, lib. IV, *Ennead.* 6, existimo, cum de lumine verba faciens multis rationibus declaravit lumen non esse divisibile, aut multiplex propter diversas partes, sed esse totum in qualibet parte, quemadmodum et virtus rectrix tota est in qualibet parte ponderis, et anima corporis. Quod enim partium successione non extenditur, neque successione motus, sed puncto temporis per omnes partes diffunditur.

Col. 709, lin. 35. *Πρὸ γὰρ τούτου.* Basilium hom. 2: Τὸ γὰρ σκότος οὐχ ὡς πέφυκεν ἐξηγοῦνται. ἀέρα τινὰ ἀφώτιστον, ἢ τόπον ἐξ ἀντιφράξεως σώματος ἀποσκιάζομενον, ἢ τόπον ὅπου ἀνοῦν αἰτίαν τόπον φωτὸς ἐστερημένον, ἀλλὰ δύναμιν κακὴν, μᾶλλον δὲ αὐτὸ τὸ κακὸν παρ' αὐτοῦ τὴν ἀρχὴν ἔχον, etc.; et inferius: Ἐπεὶ οὖν ἐγένετο οὐρανός, προστάγματι Θεοῦ ἀθρόως περιταθείς τοῖς ἐντὸς ὑπὸ τῆς οἰκίας αὐτοῦ περιφερειᾶς ἀπειλημένοις, σῶμα ἔχον συνεχὲς ἰκανὸν τῶν ἐξω διατεῖσθαι τὰ ἔνδον, ἀναγκαίως τὸν ἐναπολειφθέντα αὐτῷ τόπον ἀφελῆ κατέστησε, τὴν ἐξωθεν αὐτῆν διακόψας. Τρία γὰρ δεῖ συνδραμεῖν ἐπὶ τῆς σκιᾶς, τὸ φῶς, τὸ σῶμα, τὸν ἀλαμπῆ τόπον. Τὸ τοίνυν ἐγκόσμιον σκότος τῆ σκιᾶ τοῦ οὐρανοῦ σώματος παρρησιᾶ. His consona sunt quæ habet Joannes Philoponus in *Hexaem.* referente Photio in *Biblioth.*: Καὶ σκότος ἐπάνω τῆς ἀθύσσου· τὸ μὲν ὕδωρ ἄβυσσον εἰπών, τὸ δὲ σκότος τὸν ἀφώτιστον ἀέρα. Καὶ γὰρ κυρίως σκότος ἐστὶν ἡ τοῦ φωτὸς ἀπουσία. Καὶ συνήθεια δὲ σκότος τὸν ἀφώτιστον λέγει ἀέρα, ἥτοι τὸ νυκτερινὸν τοῦ ἀέρος κατάστημα, ἢ καὶ τὸ ἄλλως πῶς συμβαῖνον. Certe notanda est sententia Methodii super illis verbis Job, *Ubi eras, cum fundarem ego terram*? Qui negat, ut existimat Paulus Comitulus, has tenebras conditas fuisse, et tenebras quæ illi horridæ atque incomptæ rerum omnium moli in prima mundi constitutione, erant obductæ, nostra-

tes hasce tenebras esse, quoniam hæc e lucis recessu efficiuntur, et cum eorum natura in luminis privatione sita sit proprie effectorem Deum habere non potuerunt, cum Deus non privationum, sed rerum quæ vere existunt auctor sit, quæ quidem tenebræ spectabilis hujus lucis conditionem e Græcorum Patrum sententia antecesserunt. Verba Methodii sunt: Ἐμοὶ φιλονεικεῖς, καὶ πρὸς ἐμὲ ἴστασαι, καὶ τοῖς ἐμοῖς ἀθληταῖς ἀνταγωνίζῃ. Ποῦ δὲ ἦς ὄτα ἐγὼ τὴν γῆν ἐβραζόμην; τίς ἦς τότε; Ἥδη, φησὶ, πεπτώκεις. Καὶ γὰρ ἐν τῇ ἀρχῇ τῆς κοσμοποιίας, Σκότος ἦν, φησὶν, ἐπάνω τῆς ἀθύσσου, σκότος τοῦτο οὐ κτισθὲν σκότος, ἀλλὰ προαιρετικῶς ἀρξάμενον σκότος τῆ τοῦ φωτὸς στερήσει. Ex quibus verbis quomodo Comitulus eliciat eam fuisse Methodii sententiam quam ipse refert nondum video, cum verba Methodii aliud innuant, nec perplexe. Etenim tenebræ illæ super abyssum, non erant creatæ tenebræ, sed liberæ ipsæ coperunt esse tenebræ lucis privatione. Unde ergo est, illas primas tenebras nostrates has esse? Unde eorum effectorem Deum non fuisse? Unde Deum non esse privationum, sed rerum quæ exstant auctorem? An vero hic Methodius una cum Ludovico Fideli sentiat in notis ad ipsum Methodium planius explicabimus; et an idem videatur sensisse Joannes Pius in *Heptaplo*, lib. VII, capit. 1: *Terra autem erat inanis et vacua, et tenebræ erant super faciem abyssi*¹⁰.— *Non creat Deus inanitate, non creat tenebras, sed e terra, inquit, inanis et tenebræ erant; non dicit hæc fuisse creata, sed fuisse.* Et paucis interjectis, *Neque hæc fecit Deus, sed hominis malitia, qui volens se his bonis privavit, quibus illum Deus ditaverat.* Sunt qui hoc loco tenebrarum nomine quos Ludovicus Fidelis lib. II *De mundi struct.*, cap. 7 et 8, non improbat, aerem caliginosum lumine destitutum intelligi velint, ex quo angeli suum sortiti sunt ortum, nam ut ex limo terræ tanquam præjacente materia hominem, sic ex aere caliginoso veluti subjacente substerniculo angelos Deum condidisse arbitrantur, Pauli fundamento innixi, dicentis: *Quoniam Deus, qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis Dei in facie Christi Jesu*¹¹. Deus enim, qui dixit de tenebris lucem splendescere, is est, qui de tenebris dixit, *Fiat lux, et facta est*¹². Id autem intelligi non potest de simplici luminis carentia, quoniam ex hoc nequit quidquam oriri, et proinde cum dicat Paulus, *de tenebris lucem splendescere*, oportet tenebras ipsas unde lux prodeat aliquid esse. At quid, quæso, existimas, hujusmodi tenebras esse, nisi aerem ipsum tenebris obsitum, sed luminis susceptivum? quod perpulchre his verbis insinuat Isaias, inquiens, *Ego Dominus, et non est alter formans lucem et creans tenebras*¹³; nomine autem tenebrarum hoc loco aliquid positivum intelligendum est. Non

⁹ Job xxxiii, 4. ¹⁰ Gen. 1, 2. ¹¹ II Cor. iv, 6. ¹² Gen. 1, 3. ¹³ Isa. xlv, 7.

enim luminis carentiam creavit Deus. Hæc tamen opinio minime probanda videtur, vel ex eo solo quod angelis, qui sunt puri spiritus nullo corpore obstricti, materiale principium tribuat, indeque eos corporeos materialesque efficiat. Add., hinc non simul cum cælo et terra angeli producti referuntur, sed post cæli et terræ creationem.

Col. 709, lin. 38. Ἐξωθεν δὲ τοῦ οὐρανοῦ. Methodius presbyter Hierosolymitanus, orat. in *Hyparantem*, sive Timotheus sub cuius nomine hæc oratio præteritis annis initio mutila excusa est, quam integram suisque partibus absolutam tibi, lector, una cum aliis Methodiorum opusculis, et fragmentis, Deo dante, quam primum dabimus : is itaque de hoc eodem lumine sermonem agens ita exorditur : Μόνος ἐν ἀνθρώποις τέλειος ἄνθρωπος ὁ τῆς δικαιοσύνης περὶ πολλοῦ τιθέμενος κτῆμα. Ἀεὶ φωτον γὰρ τοῖς δικαιοπραγοῦσι τὸ τῆς δικαιοσύνης κτῆμα κατὰ τὸ φάσχος θεῖον ῥητόν· Φῶς δικαίοις διὰ παντός. Ποῖον φῶς; Οὐ τὸ νυκτι διαμαχόμενον, καὶ ἠλιακαῖς ἀκτίσι διπλάσιον εὐρισκόμενον, καὶ τῷ παρόντι αἰῶνι ὡς προσκαίρω συντριβόμενον. Φῶς δικαίοις διὰ παντός. Ποῖον φῶς; Τὸ ἐπέκεινα τῶν οὐρανῶν ἀύλιζόμενον, καὶ τὸ δεσποτικῶν θρόνων παριστάμενον. Ὅπερ ὁ δίκαιος Ἀβραάμ ἐνοήσας τοὺς αὐτῷ προδεχομένους προσδέχεται, τοὺς δὲ μὴ τοιοῦτους τῷ ἀφεγγεῖ τῆς δικαίας καταδικῆς χωρὶν παραπέμπει. Διὰ τοῦτο κέκραγεν ὁ κράζων· Φῶς δικαίοις διὰ παντός. Φῶς δὲ ἀσεβῶν σβέννυται.

Ibid., lin. 41. *Εἰς δὲ καὶ οἱ καλῶς βιώσαντες*. Ergo statim post hujus vitæ terminum sanctorum animæ in sempiternæ lucis claritatem delatæ, gloria sibi debita perfruuntur felicitateque immensa potiuntur. Hoc enim tempore qui bene sancteque vitam duxerunt ab ea illustrati quiescunt, nec aliud expectant. Quod manifestissime colligitur ex verbis ad quæ confirmanda non est opus hic reliquorum Patrum sententias intexere. Theodoretus lib. ix *De affect. Græc.*, in fine, Ἐν τῷ κόσμῳ γὰρ, ἔφη, θλίψιν ἔχετε, καὶ μακάριοι ἐστε, ὅταν ὀνειδίσωσιν ὑμᾶς, καὶ διώξωσι, καὶ ἐπλώσι πᾶν πονηρὸν ῥῆμα καθ' ὑμῶν ἔρεκεν ἐμοῦ. Χαίρετε, καὶ ἀγαλλιᾶσθε, ὅτι ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Καὶ τοὺς μὲν πόνους καὶ κινδύνους ὑπέδειξεν τὰ δὲ βραβεῖα καὶ τοὺς στεφάνους μετὰ τὸ τοῦ βίου τέλος ἀποδώσειν ὑπέχετο : hæc tamen res a pluribus controversa habuit suos defensores et propugnatores. Andreas Cæsariensis in *Apocalypsim*, serm. 15, capit. 45; et serm. 6, cap. 17; et serm. 11, cap. 33, existimavit justorum animas nondum gloriæ divinæ participes hujus mundi consummationem expectare. S. Eulogius in paradiso terrestri eas deferri; frustra enim hortus ille deliciarum creatus esset, nisi jam sanctorum animorum esset receptaculum. Ejus verba refert Photius in *Biblioth.* : Τί δὲ καὶ τὸν κατὰ ἀνατολὰς παράδεισον ἐφύτευσε τὸν ἐν Ἐδέμ, ἐν ᾧ τὸν ἄνθρωπον, ἃν ἐπλασεν, ἔθετο, εἰ ἐκεῖνον μὲν εὐθύς παραδῆσθαι ᾔδει, καὶ τοῦ χω-

ρίου γενησόμενον ὑπερβρίον, μηδένα δὲ τὸν μετὰ ταῦτα ἀνθρώπων μέλλοντα πάλιν οἰκῆσειν αὐτόν; Εἰ γὰρ ἕκαστος καὶ τῶν εὐσεβῶς βεδωκότων, καὶ τῶν δυσσεβῶς πολιτευσασμένων, μετὰ τὸ στάδιον τοῦ παρόντος βίου πρὸς τὸ μὴ ὄν ἀναλύεται, καὶ οὐδεὶς οὐκ ἐτι διαμένει, ὥστε καὶ παράδεισον κληρονομεῖν, καὶ τῆς ἐν αὐτῷ τρυφῆς ἀπολαύειν ἱερᾶς : πῶς οὐ μάτην αὐτὸν γεγενῆσθαι ἢ τοιαύτη ἀγνώμων καὶ δυσσεβῆς ὑπόληψις ἀποφανεῖ, καὶ διὰ τῆς εἰς ἐκεῖνον ὑβρεως τὸν κοινὸν ἐξυδρίσει δημιουργόν, ἐκεῖνα πράττειν κατηγορῶν, ἃ μὴδὲ μέτριος ἄν τις διαπράξειτο ἀνήρ; Sed Eustathius magna Ecclesiæ presbyter eodem Photio referente pro veritate sumpta contentione probavit, Ὅτι μετὰ τὴν ἀπαλλαγὴν τοῦ σώματος ἀτέλικα εὐεργοῦσιν αἱ τῶν ἀγίων ψυχαί. Οὐ μόνον δὲ τῶν ἀγίων, ἀλλὰ καὶ ἀπλῶς κατὰ τὴν οἰκίαν ἐκάστη ἀξίωσιν πᾶσα ἀνθρωπίνη ψυχή. Cujus hic verba libentissime transcriberem, si libelli copia foret ut eorum pervicaciam comprimerem, qui in aperta et re manifesta ita cæcutiunt, ut et aliis tenebras offundere impudenter nitantur. Quis enim portenta circa hoc pessimorum hominum ferre posset? Malorum scilicet animas in dæmonas converti, in leones, lupos, aliasque bestias, sicut et justorum migrare. Paradisum, supernamque Hierusalem in tertio cælo sitam esse, quin neque in cælo, neque in terris. Sed horum magis accuratam explicationem in tractatu quem de differentiis Græcorum et Latinorum scribimus, trademus. Nunc ista sint satis.

Ibid., lin. 42. *Νόησεις δὲ τούτου τὴν οἰκονομίαν*. Basilius hom. 2 in *Hexaem.* : Νόησον δὲ μοι ἀπὸ παραδείγματος ἑναργοὺς τὸ λεγόμενον, ἐν στεθηρᾷ μεσημβρίᾳ σκηπὴν τινα ἐκ πυκνῆς καὶ στεγανῆς ὕλης ἑαυτῷ παραστήσαντα, καὶ ἐν σκότῳ αὐτοσχέδιῳ ἑαυτὸν καθειροῦντα.

Ibid., lin. 49. *Ὅτῳ τοιοῦτον ἀνυπόστατον*. Basilius explicat hom. 2 : Αἰγόμεν τοίνυν καὶ τοῦτο τὸ σκότος μὴ κατὰ οὐσίαν ὑφειστηκέναι, καὶ πάθος εἶναι περὶ τὸν ἀέρα στερήσει φωτὸς ἐπιγινόμενον. Et inferiorius : Τοιοῦτον οὖν κάκεινο τὸ σκότος ὑπόθεου οὐ προηγουμένως ὑφειστηκός, ἀλλ' ἐπακολουθήσαν ἐτέροις. Et hæc dicta sunt contra nugas Manichæorum, asserentium tenebras esse quamdam substantiam æternam, et principium rerum non minus quam lucem. Alexander Lycopolita *contra Manichæos* : Τὸ δὲ λαμπρὸν, καὶ τὸ φῶς, καὶ τὸ ἄνω, πάντα ταῦτα σὺν τῷ Θεῷ εἶναι : τὸ ἀμυδρὸν δὲ καὶ τὸ σκότος, καὶ τὸ κάτω σὺν τῇ ὕλῃ. Et iterum : Τῆς οὖν ὕλης ἥς ἀπεκρίθησαν ἥλιος καὶ σελήνη τὸ μέρος ἐκτός τοῦ κόσμου ἀπεληλάσθαι, καὶ εἶναι ἐκεῖνο πῦρ καυστικὸν μὲν, σκοτώδης δὲ καὶ ἀφεγγές νυκτι προσόμοιον. Vide Didymum *contra Manichæos*, et alios.

Ibid., lin. 52. *Ἀναχομένου γὰρ τοῦ φωτός*. Basilius hom. 2 : Τότε δὲ οὐ κατὰ κίνησιν ἠλιακὴν, ἀλλ' ἀναχομένου τοῦ πρώτου φωτὸς ἐκεῖνου, καὶ πάλιν συστελλομένου κατὰ τὸ ὀρισθὲν μέτρον παρὰ Θεοῦ ἡμέρα ἐγένετο, καὶ νῦξ ἀντεπήγει. Quare non immerito illum diem Africanus vocavit νοητὴν ἡμέ-

ραν. Georgius Syncellus: Τὴν πρώτην ἡμέραν ὁ Ἀφρικανὸς νοητὴν λέγει, διὰ τὸ πρῶτον διοργανισθῆναι τῶς τὸ πρωτόκτιστον φῶς καὶ κεχυμένον.

Ibid., lin. 54. Ὅθεν καὶ ἐν τῇ συμμετρήσει.

Basiliius hom. 2, Οὐκέτι προσηγόρευσεν ἡμέρα καὶ νύξ, ἀλλὰ τῷ ἐπικρατοῦντι τὴν πᾶσαν προσηγορίαν ἀπένειμς. Ταύτην ἂν καὶ ἐν πάσῃ Γραφῇ τὴν συνῆθειαν εὐροις ἐν τῇ τοῦ χρόνου μετρήσει ἡμέρας ἀριθμουμένας, οὐχὶ δὲ καὶ νύκτας μετὰ τῶν ἡμερῶν, ἰδίῃ καὶ ἄλλῃ ἁπλοῦς Scripturæ testimoniis ostendit. Nomades etiam ipsi Libycum genus in temporum dinumeratione non diebus, ut Scriptura, sed noctibus utuntur. Nicolaus Damascenus apud Stobæum: Οἱ νομάδες τῶν Λιβύων οὐ ταῖς ἡμέραις, ἀλλὰ ταῖς νύξιν αὐτὸν ἀριθμοῦσι τὸν χρόνον. Id idem observasse Britannos, et Gallos, illiusque causam refert Gulielmus Camdenus in Britannia.

Col. 712, lin. 4. Ὁ Θεὸς τὸ στερέωμα. Zoroaster et Damascius variorum firmamentorum orbis ponunt, et eorum primum empyreum, tres sequentes æthereos, et tres ultimos materiales nuncupant. Ludovicus Fidelis De mundi structura, lib. III, c. 4, in explicatione horum verborum duplex esse ait firmamentum, unum quod primum mobile vocant, quod suo motu universos commovet orbis, et a nullo movetur, omnium orbium cælestium supremum, quod suo ambitu reliquos sub se complectitur orbis, quod empyreum appellant, seu beatorum sedem: quoniam qui in eo resident divinis continuo exuruntur ardoribus; et id quidem per antonomasiam vocatum cælum cæli, seu cælum cælorum, sive cæli cælorum, cælum namque apud Hebræos numero caret singulari, unde apud eos cæli nonnunquam pro cælo, quandoque pro cælis sumuntur, Dicitur autem firmamentum ob singularitatem sui ipsius firmitatem, quod sua natura constans sit, atque semper firmum, de quo nunc fit mentio. Alterum est firmamentum quod movet simul et movetur, in quo luminaria quarto die a Moyse referuntur producta. Sed hæc opinio de veræ philosophiæ principiis abhorrens uti falsa rejicitur, sed experimentis ipsis contraria est.

Ibid., lin. 3. Καὶ εἰρηται τοῖς. Basiliius hom. 3: Εἰρηται μὲν οὖν τισι τῶν πρὸ ἡμῶν μὴ δευτέρου οὐρανοῦ γένεσιν εἶναι ταύτην, ἀλλ' ἐπεξήγησιν τοῦ πρώτου, διὰ τὸ ἐκεῖ μὲν ἐν κεφαλαίῳ παραδεδοῦσθαι: οὐρανοῦ καὶ γῆς πόλιν, ἐνταῦθα δὲ ἐπεξεργαστικώτερον τὸν τρόπον, καθ' ὅν ἕκαστον γέγονε, τὴν Γραφὴν ἡμῖν παραδίδουσι; ex quibus poterit mutilus hic locus corrigi.

Ibid., lin. 7. Ἡμεῖς δὲ φαμεν. Basiliius hom. 3: Ἡμεῖς δὲ φαμεν ὅτι, ἐπειδὴ ὄνομα ἕτερον, καὶ χρεῖα ἰδιάζουσα τοῦ δευτέρου οὐρανοῦ παραδέδοται, ἕτερός ἐστι παρὰ τὸν ἐν ἀρχῇ πεποιημένον οὐτος, στερεώτερος φύσεως, καὶ χρεῖαν ἐξαίρετον τῷ παντὶ παρεχόμενος. Idem sentit Constantinus Manasses in Annalibus:

Τοῦ δὲ βλαφάρου ἀμνηστὸς ἡμέρας τῆς δευτέρας τὸν οὐρανὸν τὸν δεῦτερον ἐξαίρωσεν πανσόφως,

Ὅν τοῖς ἐν τῇ παντοστέῃ δημιουργήσας στέ-
λητηρ.

Ἐνόμασε στερέωμα Θεὸς ὁ καλλιτέχνης
Παρὰ τὴν πρώτην ἀνοσίτην ἐτέρων ὄντων σφαῖραν.

Ibid., lin. 8. Καὶ χρεῖα ἰδιάζουσα. De usu firmamenti plura in astrologorum, philosophorumque libris. Ludovicus Fidelis, lib. III, cap. 2, ait, ut homini Deus plantavit paradysum terrestrem, in quo feliciter erat cum tota posteritate victurus Adam: sic angelis hodie locum suæ felicitati convenientem fecit Deus firmamentum: hoc ipso agendi modo loci designans excellentiam; non enim propter bruta, vel animantia quævis locum quempiam fecisse legitur, sed solis hominibus et angelis; et perinde atque homo ob peccatum perpetuo exsul factus est, et a paradiso voluptatis exclusus, haud secus angeli mali a firmamento sejuncti sunt. illuc nunquam reversuri.

Ibid., lin. 40. Στερεώτερος ὑπάρχων. Firmamenti corpus solidum, et firmum fuisse creatum omnes existimant; placet Augustino, lib. II, De Gen. ad litteram, c. 10, ita vocari propter firmitatem, aut propter intransgressibilem terminum superiorum et inferiorum aquarum. Philo De mundi opificio, ita ait appellatum ut rem corpoream, cum corpus naturaliter firmum solidumque sit trinas dimensiones habens. Ἐποίησε τὸν οὐρανὸν ὁ δημιουργὸς, ὃν ἐτύμως στερέωμα προσηγόρευκεν, ἅτε σωματικὸν ὄντα. Τὸ γὰρ σῶμα φύσει στερεόν, ὅτι περὶ καὶ τριπλῆ διαστατόν· στερεοῦ δὲ καὶ σώματος ἐννοιά τις ἐτέρα πλὴν τὸ πάντῃ διεσθηκός. Joannes Zonares Anabasis tom. I: Στερέωμα δὲ ἐκλήθη, ὅτι στεγανὸν τὸ σῶμα τούτου, καὶ οὐ λεπτήν οὐδὲ ἀραιὴν τὴν φύσιν ἔχει, κατὰ τὰ ὕδατα, ἐξ ὧν τὴν σύστασιν ἐσχηκεν, ὃ καὶ οὐρανὸς ὠνομάσθη. Ambrosius Catharinus in Genesim putat esse octavam sphaeram, quod in ea stellæ omnes inerrantes fixæ firmæque sint, nec variis motibus divagentur; aliam hujus vocis expositionem habet apud Benedictum Pererium, Commentar. in Genes. lib. I. In illius tamen materia exponenda minime conveniunt. Theodoretus quæstion. 11 in Genes. Propterea, inquit, appellatum firmamentum, quod ex aqua, quæ prius erat fluxa, et liquidabilis, vehementissime spissata, fortissimeque indurata concretum fuerit. Idem tradit Josephus lib. I Antiquit. Judaic., cap. 4; Gennadius, Severianus catena in hunc locum, quibus consentit Beda; et confirmat verbis Petri commemoratis a Clemente lib. II Recognit. Hugo Adnot. in Genes., capit. 6, et alii. Basiliius hanc sententiam deridet, et puerile vocat, cælum arbitrari fuisse ex aqua concreta; et censet firmamentum ex tenui quadam materia qualis est aerea, vehementer tamen densata et constipata, fuisse conflatum, quem sequitur Ambrosius.

Ibid., lin. 11. Καὶ διεχώρησεν ὁ Θεός. Quænam sint hæ aquæ quæ sunt supra firmamentum diu est quæsitum et disputatum. Albertus Magnus 2, distinct. 14, articul. 4; Ægidius in Hexæm. cap. 14; Catharinus et alii Scripturam ita explicant, ut no-

mine firmamenti intelligatur cœlum stellatum supra quod perhibentur esse aquæ, id est novus et decimus orbis aquæ similitudinem referentes, qui undique translucidi sunt, nec ullam in se stellam habent; vel ita ut per firmamentum designetur aer, aquas vero eas vocari, quæ pluendo decidunt in terram, illasque ab his, quæ supra terram sunt, separari cœlo, hoc est aere. Et hoc videntur amplecti Augustinus lib. 11 *De Genesi ad litt.*, cap. 4; Hieronymus *epist.* 83, *ad Oceanum*, refellit tamen a Francisco Valesio *De sacra philosophia*, capit. 1. Origenes, ut refert Epiphanius *Epist. ad Joannem Hierosolymitanum*, et Hieronymus *epist. ad Pammachium*, dixit aquas, quæ super firmamentum sunt, non esse aquas, sed esse angelos sanctos; aquas vero quæ sub firmamento sunt esse dæmones malos e cœlo lapsos. In hac sententiam quam Epiphanius et Hieronymus damnarunt, Basiliius hom. 3, in *Hexaem.*, suppresso Origenis nomine, hæc prodit: Ἡμῖν δὲ καὶ πρὸς τοὺς ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας ἔστι τις λόγος περὶ τῶν διακριθέντων ὑδάτων, οἱ προφάσει ἀναγωγῆς καὶ νοημάτων ὑψηλοτέρων εἰς ἀλληγορίας κατέφυγον, δυνάμεις λέγοντες πνευματικὰς καὶ ἀσωμάτους τροπικῶς ἐκ τῶν ὑδάτων σημαίνεσθαι· καὶ ἄνω μὲν ἐπὶ τοῦ στερεώματος μεμενηκέναι τὰς κρείττονας, κάτω δὲ τοῖς περιγελοῖς καὶ ὑλικοῖς τόποις προσαπομείναι· τὰς πονηράς. Διὰ τοῦτο δὲ φασὶ καὶ τὰ ἐπάνω τῶν οὐρανῶν ὑδάτα αἰνεῖν τὸν Θεόν, τούτεστι τὰς ἀγαθὰς δυνάμεις ἁγίας οὐσας διὰ καθαρότητα τοῦ ἡγεμονικοῦ τὸν πρέποντα ἕμνον ἀποδιδόναι τῷ χριστῶν· τὰ δὲ ὑποκάτω τῶν οὐρανῶν ὑδάτα πνευματικὰ εἶναι τῆς πονηρίας ἀπὸ τοῦ κατὰ φύσιν ὕψους εἰς τὸ τῆς κακίας βλάβος καταπεσόντα, ἅπερ ὡς παραχρῆμα ὄντα, καὶ στασιαστικὰ, καὶ τοῖς θορύβοις τῶν παθῶν κυμαίνόμενα, θάλασσαν ὠνομάσθαι, διὰ τὸ μετάδητον καὶ ἄστατον τῶν κατὰ προαίρεσιν κινήματων. Τοὺς δὲ τοιοῦτους λόγους ὡς ὄνειράτων συγκρίσεις, καὶ γραῦδες μύθους ἀποπεμφόμενοι, τὸ ὕδωρ ὕδωρ νοήσωμεν, καὶ τὴν διάκρισιν τὴν ὑπὸ τοῦ στερεώματος γενομένην κατὰ τὴν ἀποδοθεῖσαν αἰτίαν δεξώμεθα. Valesius loco jam dicto ait, cœlum illud, quod plurimi hanc ob causam vocant crystallinum, aqueum esse aqua quadam cœlesti quæ puritate aquam referat, non tamen frigore, aut humore, quemadmodum cœlum, et astra ignea esse igne quodam cœlesti, qui præstantioris, quam elementaris est naturæ, fulgore solum referens illum, non etiam calore et siccitate. Itaque nomen ignis, et aquæ non proprie dici de utrisque, sed analogia quadam, ut sit duplex ignis et duplex aqua secundum analogiam, elementaris scilicet et cœlestis. Multorum tamen Patrum quemadmodum et Eustathii fuit sententia, eas aquas esse veras aquas, ejusdemque generis et formæ cum his inferioribus. Ideoque has aquas a Deo supra cœlum positas censent, ut insiti algoris propinquitate, ignem siderum, fervoremque axis ætheri minuere, ac temperarent. Ita Clemens Romanus lib. 11 *Recognit.*; Justinus martyr, quæst. 93, *ad Orthodoxos*; Basi-

lius, hom. 3 in *Hexaem.*; Epiphanius in *Epist. ad Joannem Hierosolymitanum*; Chrysostomus, hom. 4, et in *psal.* cXLVIII; Cyrillus Hierosolymitanus, *Catech.* 9; Theodoretus in *Gen.*, quæst. 11; Procopius in *Genes.*, cap. 1; Hippolytus et Severianus in catena, Bathymius in *psal.* cIII; Hilarius in *psal.* cXXXVI; Ambrosius, lib. 11 *Hexaem.*, cap. 3 et 4; Hieronymus *Epist. ad Oceanum*; August., lib. 11 *De Gen. ad litt.*, cap. 5, et lib. XI *De civitate Dei*, cap. ultimo, et in *psal.* cIII; Dracontius Hispanus, Marius Victor *De opere sex dierum*; Drepanius Florus, in Hymno trium puerorum; Cassiodorus, Haymo, Bruno, et alii quos laudat Martinus Delrius in cap. 1 *Genes.* Ἀμαθέστατα igitur Calvinus blaterat hanc sententiam esse, et a sensu communi alienam, cum a tot Patribus, iisque doctissimis, sit uno ore recepta; et prorsus incredibilem, cum sacra Scriptura id apertissimis verbis, et alibi innuat, *cujus major est auctoritas*, ex Augustino, *quam omnis ingenii humani capacitas*. Et quemadmodum in his fatue delirat, ita et fides ejus accusatur, et veluti impostor, mendaxque refellitur, cum manifesto mentitur scribens, Catholicos velle pro fide tenendum, has aquas supra cœlos veras aquas esse, cum aliam sententiam quæ cum ista minime convenit, Catholici viri, maximæque eruditionis vulgarent publice, et palam tutati sint. Hæreticorum is mos est, et dementia, ut quæ dixeris accusent, et refellent etiamsi verissima sint, quæ non dixeris imponant, ut iterum, et accusationis et reprehensionis ansam arripiant.

Col. 712, lin. 14. Ὅστε καὶ ἐπάνω εἶναι. Constantinus Manasses in *Annal.*:

Τότε καὶ τὴν κατοχικὸν φύσιν τὴν ὑδατῶν
καὶ τὰς ἀβύσσους διαλίον, καὶ τοῦτω μὲν ἀρίστην
πρὸς ὕψος ἀνεγνῶστον κοῦφως μετεωρίσας
τὸ δὲ ἐπὶ γῆς ἀπολιπὼν ἔσθησε τοῦτων μέσον.

Tὸν οὐρανὸν ὡσερ φραγμὸν, ὡσερ στερρὸν ταχίον. In versu secundo καὶ τούτων μὲν ἀρίστην quid sit non capio. Corrigo καὶ τούτων τὸ μὲν ἄνω. Ita enim et veritatem Dei, et auctoris mentem assequemur. Sed ad quid aquæ illæ quæ supra cœlos sunt? Procopius et Theodoretus, ne sol, luna et astra utpote ignita, cœlum ex aquis quasi congelatum dissolvant; Beda, ad temperandum calorem ex vi et motu siderum ortum; Justinus, ad depri-mendum firmamentum, ne sursum feratur; Hieronymus Oleaster, ut in diluvio Noë per cataractas emissæ terram obruerent. Alii ut solis et lunæ radios reverberent eosque deorsum ad terram repellant. Alii ad ornatum universi, tum ut matrix hæc cœlorum creationis index exstaret, quam supra se cœli semper intuerentur, tum ad voluptatem sanctorum, ut aquis hisce crystallinis oculi pascantur. Vel ut sicut aqua hæc aeri nostro, ita aquæ illæ subservirent ætheri, qui est in cœlo empyreo. Mitto nugas aliorum.

Ibid., lin. 18. Ὁ δὲ αἰθήρ πυρώδης. Basiliius hom. 3: Τὸν δὲ αἰθέρα τις ἀμφιβάλλει μὴ οὐχὶ πυ-

ρῶδη εἶναι καὶ διακαῆ, ὅς εἰ μὴ τῷ ἀναγκαίῳ τοῦ ποιήσαντος αὐτὸν ὄρω κατείχετο, τί ἂν ἐκώλυσεν αὐτὸν πάντα φλογίζοντα, καὶ καταπιμπρῶντα συνεχῆ πᾶσαν ὁμοῦ τὴν ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἐξαναλώσαι νοτίδα; Διὰ ταῦτα ὕδωρ ἀέριον γίνεταί νεφουμένου τοῦ ἁνω τοποῦ ἐκ τῆς ἀναφορᾶς τῶν ἀτμῶν, οὓς ποταμοὶ, καὶ κρήναι, καὶ τενάγη, καὶ λίμναι, καὶ πελάγη πάντα προτείνονται ὡς ἂν μὴ πάντα πυρακτῶν ὁ αἰθὴρ ἐπιλάθοι. *Æther quid sit, non una est omnium sententia; quidam existimarunt esse aerem ignitum, alii cœlum.* Porphyrius et ante eum Orpheus mentem et intellectum Jovis appellarunt, Aristoteles lib. 1 *De cœlo*, cap. 3, et primo *Meteor.*, necnon et lib. *De mundo*, si tamen Aristoteles libri illius auctor est, ad Alexandrum, æthera cœli siderumque substantiam, elementum a quatuor aliis sublunariibus diversum, divinum, et corruptionis expers, non eo quidem nomine; quod cum ignea sit flagret. Sed quod ἀεὶ θεῖ. Οὐρανοῦ δὲ καὶ ἀστρῶν οὐσίαν μὲν αἰθέρα καλοῦμεν, οὐχ ὡς τινες, διὰ τὸ πυρῶδη οὔσαν αἰθεσθαί, πλημμελούντες περὶ τὴν πλεῖστον πυρὸς ἀπηλλαγμένην δύναμιν, ἀλλὰ διὰ τὸ ἀεὶ θεῖν κυκλοφορουμένην στοιχεῖον οὔσαν ἕτερον τῶν τεσσάρων ἀκρήρατον τε καὶ θεῖον. Et lib. 1 *De cœlo* reprehendit Anaxagoram, quod pro igne, ætherem dixit, quod et alios fecisse satis notum est. Hi namque ab αἰθῶ, non ab ἀεὶ θεῖν, ætherem deducunt, in quam sententiam et Cicero lib. 11 *De natura deorum* ivisse videtur; et Phornutus item *De natura deorum*, cap. De cœlo : Ἡ δὲ οὐσία αὐτοῦ πυρῶδης ἐστίν, ὡς δῆλον ἐκ τοῦ ἡλίου καὶ ἐκ τῶν ἄλλων ἀστρῶν. Ὅθεν καὶ αἰθὴρ ἐκλήθη τὸ ἐξώτατον μέρος τοῦ κόσμου ἀπὸ τοῦ αἰθεσθαί. Eustathius tamen hic pro æthere quartum elementum intelligit, videlicet ignem, qui totam terram sua vi et facultate consumeret, nisi et jussu divino, et aquis aereis detineretur.

Col. 712, lin. 22. *Συνάγονται περὶ τὸ ὕψος.* Basiliius hom. 3 : *Συναγομένων γὰρ τῶν ἀναθυμιάσεων περὶ τὸ ὕψος, καὶ πυκνουμένου τοῦ ἀέρος ταῖς ἐκ τῶν πνευμάτων πιλῆσει, θίαν μὲν αἰ τῆς ἀτμοειδῶς καὶ λεπτῶς ἐνεσπαρμέναι τῷ νέφει νοτίδης ἀλλήλαις προσχωρήσωσι, σταγόνες γίνονται τῷ βάρει τῶν συγκριθέντων φερόμεναι τὸ κάτω. Καὶ αὕτη ὑετοῦ γένεσις.* Georgius Pisides *De mundi opificio*, pag. 19, et Plinius lib. 11, capit. 42 : *Extra has causas non negaverim existere imbres ventoque. Quoniam humidam a terra, alias vero propter vaporem fumidam exhalare caliginem certum est. Nubesque liquore egresso in sublime, aut ex aere coacto in liquorem gigni. Densitas earum corpusque haud dubio conjecturam argumento, cum solem obumbrent, perspicuum alias etiam urinantibus in qualibet profundam aquarum altitudinem. Etenim ex vapore solis vi elevato in mediam regionem aeris paulatim frigore nubes densantur, quæ calore, vel alio quopiam stimulantem liquefunt, et resolvuntur in aquam, descenduntque diversimode pro vaporis dissimilitudine : si enim vapor fuit rarior, guttatim dilabun-*

tur, et est pluvia, seu stillæ; si erit spissior, sicut imbres, atque nimbi. Ex quibus ita lacunam supple : *Γίνεται δὲ οὕτως ὁ ὑετός. Συνάγονται περὶ τὸ, etc.*

Ibid., lin. 27. *Ἡ δὲ χιών ἐκ τῶν ὑδάτων.* Basiliius, hom. 3 : *Ὅταν δὲ τὸ ὑγρὸν ἐξαφρισθῆ ταῖς βλαῖς τῶν ἀνέμων ἀνακοπῆν, εἶτα εἰς ἄκρον καταψυχθὲν ὄλον δι' ὄλου παγῆ, θραυομένου τοῦ νέφους, ἡ χιών καταφέρεται. Non dissimilia habet Georgius Pisides *De mundi opificio*; Plinius lib. 11, c. 60, *Grandinem conglaciato imbre gigni, et nivem eodem humore mollius coacto, pruina autem ex rore gelido.* Sed brevi id explicemus sermone. Si vapor humidus in aeris media regione subvectus densatur, nec tum congelatur, sit pluvia, vel congelatur priusquam in aquam convertatur, et sit nix ex frigore tum fortiori quam pluvia, vel postquam in aquam resolutus fuerit, et sit grando; si vapor in infima regione aeris subsidet, vel congelatur et sit pruina, vel non congelatur, et fit ros. Nivem candidissimam nigram invitibus sensibus volebat esse Anaxagoras, quia esset aqua concreta. Sextus Empiricus Pyrrhon., *Hypotyp.* lib. 1, cap. 13, *Νοούμενα δὲ φαινόμενοι, ὡς ὁ Ἀναξαγόρας τὸ λευκὴν εἶναι τὴν χιών, ἀντετίθει, ὅτι χιών ὕδωρ ἐστὶ πεπηγός· τὸ δὲ ὕδωρ ἐστὶ μέλαν, καὶ ἡ χιών ἄρα μέλαινά ἐστι. Quæ argumentatio vel ex illo solo refelli potest, quod terminos in propositionibus mutet, quos si non mutaret, ipsa per se rueret essetque ridicula : ipse sic formabat, Nix est aqua concreta; aqua est nigra, ergo nix est nigra : eum ita esset formanda. Nix est aqua concreta, aqua concreta est nigra, tunc utique sequeretur, ergo nix est nigra. Sed quis concederet aquam concretam esse nigram? eum aquam etiam ipsam etsi non concretam nigram esse non asfirmaret.**

Ibid., lin. 31. *Ἡ δὲ βροντὴ κατὰ τοῦτον τὸν λόγον.* Basiliius, hom. 3 : *Τὴν γὰρ στερρότητα καὶ ἀντιτυπίαν τοῦ πνεύματος τοῦ ἐναπολαμβανομένου ταῖς κοιλότησι τῶν νεφῶν, καὶ διὰ τὸ βιαίως ἐκρήγνυσθαι τοὺς τὰς βροντὰς ἀποτελοῦντας ψόφους, στερέωσιν βροντῆς ἡ Γραφῆ προσηγόρευσεν. Gregorius Nazianzenus *De theologia* : *Τί μοι φιλοσοφῆσαι περὶ ἀστραπῶν καὶ βροντῶν, ὧ βροντῶν ἀπὸ γῆς σὺ, καὶ οὐδὲ μικροῖς σπινθῆρσι τῆς ἀληθείας λαμπόμενε, τίνας ἀτμοὺς αἰτιάσῃ νέφους δημιουργοὺς, ἢ ἀέρος πύκνωσίν τινα, ἢ νεφῶν τῶν μαυοτάτων θλίψιν ἢ σύρρηξιν; ἢ αὖ μὲν θλίψις σοὶ τὴν ἀστραπὴν, ἢ δὲ ῥῆξις τὴν βροντὴν ἀπεργάσται, ποῖον δὲ πνεῦμα στενοχωρούμενον, εἶτα οὐκ ἔχον διέξοδον, ἵνα ἀστράψῃ θλιβόμενον, καὶ βροντήσῃ ῥηγνύμενον; ex quibus locum Eustathii ita restituo : Ἡ δὲ βροντὴ κατὰ τοῦτον τὸν λόγον τῇ στερρότητι καὶ τοῦ πνεύματος ἀντιτυπίᾳ γίνεταί. Celebris fuit eorum opinio qui existimarunt, tonitru fieri extinctione ignis nubibus intercepti. Et quemadmodum ferrum candens in aquam immersum stridet, ita ignis ille, vel stella ignita, ut opinabatur Epicurus, in nubem delapsa stridorem excitat, sic in nubibus**

contingere fatebantur. Hunc stridorem ita descripsit Ovidius.

*Terribilem stridore sonum dedit, ut dare ferrum
Igne rubens plerumque solet, quod forcipe curva
Cum saber eduxit lacubus demittit, at illud
Stridet, et in tepida submersum sibilat unda.*

Necnon et Lucretius,

*Fit quoque ubi e nube in nubem vis incidit ardens
Fulminis, hæc multo si forte humore recepit
Ignem continuo magno clamore trucidet :
Ut calidis candens ferrum e fornacibus olim
Stridet ubi in gelidum propere demersimus imbrem.*

Aristotelis et aliorum veterum philosophorum placita de generatione tonitruum lege apud Aristotelem, lib. II *Meteor.*, cap. ult.; Senecam lib. II *Natural. quæst.*, cap. 17; Plutarchum lib. III *De placitis*, cap. 3; Plinium lib. II, cap. 43, et in eundem comment. Jacobi Milichii; Lucretium lib. VI; Albertum Magnum tractat. 3, lib. III, cap. 2; Joannem Stobæum, in *Eclogis physicis*, cap. 15; Origenem lib. I *Elenchi heret.* et alios.

Col. 712, lin. 35. *Συνήχθη τὸ ὕδωρ.* De origine maris non constat inter philosophos. Anaximander et Diogenes omnem locum, qui terram ambit, fuisse humidum, et aqua repletum existimarunt, tum solis ardore exsiccatum plurimam ejus partem in vaporem abiisse, eam vero quæ remansit, mare constituere. Anaxagoras et Metrodorus putarunt mare esse terræ sudorem solis incalescentis, ideoque salsum, quia sudor salsus est. De his Aristot. lib. II *Meteor.*, cap. 1; et Plutarchus, lib. *De placitis philosoph.*, cap. 16, et alii in ipso mundi exordio, cum Deus aquas unum in locum secrevisset, duos globos, unum aquæ, alterum terræ, etsi inter se diversos, continuos tamen mansisse.

Ibid., lin. 38. *Ἴνα μὴ ἐκ τῶν χωρίων.* Basilius hom. 4: Ἴνα μὴ τὸ ἐπιρρέον ὕδωρ τῶν δεχομένων αὐτὸ χωρίων ὑπερχέομενον, μετεκβαῖνον αἰεὶ, καὶ ἄλλα ἐξ ἄλλων πληροῦν, πᾶσαν κατὰ τὸ συνεχὲς ἐπικλύση τὴν ἡπειρον, ἐκελεύσθη συναχθῆναι εἰς συναγωγὴν μίαν. Ex quibus ita locum Eustathii supple, Ἴνα μὴ ἐκ τῶν χωρίων, ἔβθα ἐστὶ, ὑπερχέομενον καὶ ὑπεκβαῖνον ἐπικ. τὴν ἦ. Hujus autem rationem quidam esse volunt propensionem scilicet, quam habet aqua ut sese in rotundam figuram conglobet, quæ ad ejus impetum cohobendum satis esse sibi autumant exemplo guttarum quæ e tegulis pendunt, nec fluunt. Alii divinæ potentis et bonitati id acceptum referunt, quæ humanæ salutis et vitæ gratia furens ac imminens mare, veluti quodam freno compescit, et jam proclive contundit, idque habent et ex locis Patrum, quos infra adducemus, et ex aliis sacræ Scripturæ testimoniis, quæ passim cuilibet occurrunt.

Ibid., lin. 40. *Διὰ τοῦτο μαινομένη πολλάκις.* Basilius hom. 4: Διὰ τοῦτο μαινομένη πολλάκις ἐξ ἀνέμων ἢ θάλασσα καὶ εἰς ὕψος μέγιστον διανισταμένη τοῖς κύμασιν, ἐπειδὴν μόνον τῶν αἰγιαλῶν ἀψήται, εἰς ἀπρὸν διαλύσασα τὴν ὀρμήν, ἐπανήλθεν. Ἡ ἐμὲ οὐ φοβηθήσασθε, λέγει Κύριος, τὸν τιθέμενα

ἄμμον ὄριον τῇ θαλάσῃ; Τῷ ἀσθενεστάτῳ πάντων τῇ ψάμμῳ ἢ ταῖς βλαῖς ἀφόρητος χαλινούται. Admirandam Dei potentiam, et in genus humanum elementiam, dum furentibus undis terminos constituit, impetusque fluctuum cohibet, et arenam quasi interstitio quodam mare discriminat a continenti, et periculum arcet, summi viri summa eloquentia prædicare conati sunt; unam, vel alteram eorum sententiam, quia elegantissima est, non gravabor describere. Theophylactus Simocatus, epist. 3: Ὅρους ὁ δημιουργὸς καὶ τῷ θαλαττίῳ διετάξατο κλύδωνι, καὶ τοῖς αἰγιαλοῖς τὸ πελάγιον κεχαλινώταται βεῖθρον. Καὶ ψάμμος τις ἐπὶ μικρᾷ ἡπειρῷ θαλάττῃ μεταβηχμιον. Οὐ γὰρ ἀδίκειν ἢ θάλαττα τὴν γείτονα γῆν συγκεχώρηται· παλινδρόμοι δὲ πρὸς αὐτὸ τὸ βεῖθρον μαινόμενον μεγάλην ἀπειλήσαν τῇ χέρσῳ τὴν ἐφοδον; Andreas Cretensis oratione: Εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον καὶ εἰς τοὺς κοιμηθέντας. Τίς ὁ τίθεις θαλάσῃ ψάμμον ὄριον; Φόβῳ δὲ τίνος χαλινουμένη συστέλλεται, καὶ ἡμεροῦται, καὶ τῶν ἰδίων ὄρων ἐντὸς καθελκομένη συνέχεται, καὶ ὕγρας οὐ παρατρέχει θύρας, ἀλλ' ὡς φορβαίαν κατὰ στόμα τὸ πρόσταγμα φέρουσα τῆς μὲν γείτονος κατεξανίσταται γῆς, εἰς αὐτὴν δὲ ἀναποδίζουσα ὑπτίως τὸν μὲν ἄτμον ἐξαφρίζει, πρὸς δὲ τὰ χεῖλη τῷ σάλῳ συμφύρεται, καὶ πρὸς τοῦπίσω χωρεῖ τὸ δουλικὸν ὑπογράφουσα σχῆμα. Omnium elegantissime Methodius Patarensis episcopus, lib. *De libero arbitrio*, ubi Valentinum ita facit loquentem: Χθὲς τὸ δειλινὸν περιπατῶν, ὦ φίλε, παρὰ τὸν τῆς θαλάσσης αἰγιαλὸν, καὶ ὀξέως πῶς ἀτειλίζων εἰς αὐτὴν, ἐώρων ὑπερβολὴν τινα θεῖας δυνάμεως, καὶ σοφῆς ἐπιστήμης τέχνην, εἰ γε καὶ τέχνην τὸ τοιοῦτο καλεῖν χρὴ. Ὅσπερ γὰρ ὁ Ὅμηρικὸς στίχος φθέγγεται ἐκεῖνος·

*Ὅς δ' ἀνεμοὶ δύο πόρτον ὀρίετον ἰχθυόεντα
Βορέης, καὶ Ζέφυρος, τότε Θρήκηθεν ἄητορ
Ἐλθόντ' ἐξ ἀπίνης, ἀμυδιεὶ δὲ τε κύμα κελαινὸν
Κορυθεῖται, πολλὸν δὲ παρέξ ἄλα φύκος ἔχρυσαν·*

οὕτω μοι καὶ χυλὲς γεγονέναι δοκεῖ. Κορυφαῖς γὰρ ὀρέων παραπλήστον ἐώρων κύματα, καὶ, ὡς λόγον εἰπεῖν, αὐτοῦ ἐφικνούμενα τοῦ οὐρανοῦ. Τὸ δ' ἐντεῦθεν οὐδὲν ἕτερον προσεδόκων ἢ ἅπασαν ἐπικλυσθήσεσθαι τὴν γῆν· καὶ μοι φυγῆς ἐν τῷ νοί τόπον, καὶ τὴν τοῦ Νῶε ἀνέπλευτον κιβωτόν. Τὸ δ' οὐκ ἦν ὁ ἐνόμιζον, ἀλλὰ γὰρ ἅμα κυρτωθῆναι τὴν θάλασσαν, πάλιν ἀνελύετο εἰς αὐτὴν, οὐχ ὑπερβαίνουσα τὸν οἰκεῖον τόπον, ὡς ἔπος εἰπεῖν, θεῖον τὸ πρόσταγμα πεφοβημένη. Καὶ καθάπερ πολλάκις τῶν οἰκετῶν τις, ἄκων τι πρὸς τοῦ δεσπότου πράττειν ἀναγκαζόμενος, τῷ μὲν προστάγματι διὰ τὸν φόβον παύεται, ὁ δὲ πάσχει πράττειν μὴ θέλων λέγειν τι οὐ τολμᾷ, τονθορῶζει δὲ ἐν αὐτῷ θυμοῦ τινος πληρούμενος· οὕτω μοι πῶς ἐφαίνετο, καὶ τὴν θάλασσαν ὡσπερ εἰ θυμουμένην, καὶ ἐν αὐτῇ φράττουσαν τὴν ὀργὴν κρατούσαν τε αὐτῆς, οὐ βουλομένη τῷ δεσπότη φανερόν ποιῆσαι τὸν θυμόν. Quæ ego sic vertebam· *Heri dum sol ad occasum vergeret, cum deambularem, o amice, prope maris litus, et oculator aciem in illud attente conjicerem. divina virtutis quamdam exsuperantiam*

aspectu percipiebam : et excellentis ac singularis scientiæ artem, si ars hæc vocanda est. Etenim ut Homerictis illis versibus relatam est :

Sicut autem venti duo pontum commovent piscosum Boreas et Zephyrus, qui e Thracia spirant Ruentes repente, simul vero et unda nigra Attollitur, multamque extra mare algam fundunt :

ita mihi heri contigisse videtur : summitatibus enim montium similes aspiciebam undas, quæ si dicere fas est, ipsum cælum tangebant ; unde hinc tantum hoc expectabam, universam scilicet terram submergendam ; et mihi locum in quo me fuga reciperem, animo fingebam, et Noeticæ arcæ exemplar considerabam. Verum expectatio mea frustrata est. Simul enim ac mare intumuit, iterum vice versa fractum mare dissolvebatur, ultra proprium locum non concedens, di-

B

vino quodam, ut summatim dicam, jussu perterritum. Et quemadmodum sæpius servus quispiam, si inuitus a domino ad opus compellatur, imperio quidem timore ductus audit, at quod subit, cum nolens agat, palam effari non ausus sub lingua immurmurat, iracundia exardens : sic mihi quodammodo et mare videbatur ; etsi enim ira efferbuerat, in semet ipsam continebat sibi frenos injiciens, et furorem suum Domino manifestare nolens. Reliqua hujus orationis Græca et Latina cum nostro Methodio dabo. Vide præterea Georgium Pisidem De mundi opificio, et Joannem Chrysostomum super illud Hieram. cap. v, vers. 22, Qui posui arenam terminum mari, in catena quæ a nobis Latina facta jam est publici juris.

C

Col. 712, lin. 45. Ἐπεὶ τί ἐκώλυσε. Basilius hom. 4 : Ἐπεὶ τί ἐκώλυε τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν πᾶσαν τὴν Αἰγυπτὸν κοιλοτέραν οὖσαν ἐαυτῆς ἐπελθεῖν, καὶ συναφθῆναι τῷ παρακειμένῳ τῇ Αἰγύπτῳ πελάγει, εἰ μὴ τῷ προστάγματι ἦν πεπεδημένη τοῦ κτίσαντος ; Ὅτι γὰρ ταπεινότερα τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης ἡ Αἰγυπτὸς, ἔργῳ ἐπέισαν ἡμᾶς οἰθηλάσαντες ἀλλήλοις τὰ πελάγη συνάψαι, τό τε Αἰγύπτιον καὶ τὸ Ἰνδικόν, ἐν ᾧ ἡ Ἐρυθρὰ θάλασσα. Διόπερ ἐπέσχον τὴν ἐπιχειρήσιν πρῶτος ἀρχάμενος Σέσωστρις ὁ Αἰγύπτιος, καὶ ὁ μετὰ ταῦτα βουληθεὶς ἐπεξεργάσασθαι Δαρείος ὁ Μῆδος. Habuerunt ab Aristotele lib. 11 *Meteor.*, cap. ult. : Ἀπλοῖ δὲ τὸ γινόμενον Ὀυδὲ γὰρ φαμεν ἀρχαιστάτους εἶναι τῶν ἀνθρώπων Αἰγυπτίους, τούτων ἡ χώρα πᾶσα γενοῦσα φαίνεται καὶ οὖσα τοῦ ποταμοῦ ἔργον. Καὶ τοῦτο κατὰ τὴν χώραν αὐτὴν ὀρώντι δῆλόν ἐστι, καὶ τὰ περὶ τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν τεκμήριον ἰκανόν. Ταύτην γὰρ τῶν βασιλέων τις ἐπειράθη διορῦττειν. Οὐ γὰρ μικρὰς εἶχεν ἀν αὐτοῖς ὠφελείας πλωτὸς ἅπας ὁ τόπος γινόμενος. Λέγεται δὲ πρῶτος Σέσωστρις ἐπιχειρήσασθαι τῶν παλαιῶν ἄλλ' εὗρεν ὑψηλοτέραν οὖσαν τὴν θάλατταν τῆς γῆς. Διὸ ἐκείνους τε πρότερον, καὶ Δαρείου ὑπερον ἐπαύσατο διορῦττων, ὅπως μὴ διασφραγῆ τὸ βεῦμα τοῦ ποταμοῦ συμμιγείσης τῆς θαλάττης. Strabo lib. 1 : Ἀπιθάνως δὲ λέγω, ὅτι πρὸ τῶν Τρωϊκῶν οὐδεμία ἦν διώρυξ. Τὸν δὲ ἐπιχειρήσαντα ποιῆσαι Σέσωστριν ἀποστῆναι φασί, μετεωροτέραν ὑπολαβόντα τὴν τῆς θαλάττης ἐπιφάνειαν. Et lib. xvii : Ἐπιμήθη δὲ ἡ διώρυξ καταρχὰς μὲν ὑπὸ Σεσώστριος πρὸ τῶν Τρωϊκῶν, οἱ δὲ ὑπὸ τοῦ Ψαμμητίχου παιδὸς ἀρχαμένου μόνον, εἶτα ἐκλιπόντος τὸν βίον ὑπερον δὲ ὑπὸ Δαρείου τοῦ πρώτου διαδεξαμένου τὸ ἐξῆς ἔργον. Καὶ οὗτος δὲ, δόξῃ ψευδεῖ πεισθεὶς, ἀφῆκε τὸ ἔργον περὶ συντέλειαν ἔδῃ. Ἐπέισθη γὰρ μετεωροτέραν

A duo globi efficerentur, sed ita fuerunt omnia disposita, ut ex his duobus separatis, contiguis tamen, unum efficeretur rotundum, et globus unus perfectissimus, non geometrica rotunditate. Quod enim in aquis abundabat, in cavernis terræ oclusum est, et in profundissimis vallibus receptum, quod in terris super aquas emersit, in impendentium montium altitudines porrectum surrexit; et sic æqualiter undique terra et aquæ sustentur, et sustinent, neque exceduntur neque excedunt. Fieri tamen potest, ut quemadmodum una pars terræ alia eminentior est, alia alia depressior, nec tamen terram esse rotundam negabimus, sic et una regio, et locus sit ipso niare humilior, ita ut si aditus pateret aquis submergeretur, altera altior et eminentior; quemadmodum Aristoteles de regione Ægyptiorum et mare Rubro tanquam certissimum notat libr. primo *Meteor.*, cap. ultimo; et ita existimo auctores quos supra nominavi esse intelligendos, omniaque dubia et argumenta, in utramque partem adducta facillimo negotio solvi: divinamque sapientiam et bonitatem dilucidius innotescere, quæ omnia ita in pondere et mensura disposuit.

D

Ibid., lin. 49. Ὅτι δὲ ἀληθὲς τοῦτο. Basilius hom. 4 : Ἐπεὶ τί ἐκώλυε τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν πᾶσαν τὴν Αἰγυπτὸν κοιλοτέραν οὖσαν ἐαυτῆς ἐπελθεῖν, καὶ συναφθῆναι τῷ παρακειμένῳ τῇ Αἰγύπτῳ πελάγει, εἰ μὴ τῷ προστάγματι ἦν πεπεδημένη τοῦ κτίσαντος ; Ὅτι γὰρ ταπεινότερα τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης ἡ Αἰγυπτὸς, ἔργῳ ἐπέισαν ἡμᾶς οἰθηλάσαντες ἀλλήλοις τὰ πελάγη συνάψαι, τό τε Αἰγύπτιον καὶ τὸ Ἰνδικόν, ἐν ᾧ ἡ Ἐρυθρὰ θάλασσα. Διόπερ ἐπέσχον τὴν ἐπιχειρήσιν πρῶτος ἀρχάμενος Σέσωστρις ὁ Αἰγύπτιος, καὶ ὁ μετὰ ταῦτα βουληθεὶς ἐπεξεργάσασθαι Δαρείος ὁ Μῆδος. Habuerunt ab Aristotele lib. 11 *Meteor.*, cap. ult. : Ἀπλοῖ δὲ τὸ γινόμενον Ὀυδὲ γὰρ φαμεν ἀρχαιστάτους εἶναι τῶν ἀνθρώπων Αἰγυπτίους, τούτων ἡ χώρα πᾶσα γενοῦσα φαίνεται καὶ οὖσα τοῦ ποταμοῦ ἔργον. Καὶ τοῦτο κατὰ τὴν χώραν αὐτὴν ὀρώντι δῆλόν ἐστι, καὶ τὰ περὶ τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν τεκμήριον ἰκανόν. Ταύτην γὰρ τῶν βασιλέων τις ἐπειράθη διορῦττειν. Οὐ γὰρ μικρὰς εἶχεν ἀν αὐτοῖς ὠφελείας πλωτὸς ἅπας ὁ τόπος γινόμενος. Λέγεται δὲ πρῶτος Σέσωστρις ἐπιχειρήσασθαι τῶν παλαιῶν ἄλλ' εὗρεν ὑψηλοτέραν οὖσαν τὴν θάλατταν τῆς γῆς. Διὸ ἐκείνους τε πρότερον, καὶ Δαρείου ὑπερον ἐπαύσατο διορῦττων, ὅπως μὴ διασφραγῆ τὸ βεῦμα τοῦ ποταμοῦ συμμιγείσης τῆς θαλάττης. Strabo lib. 1 : Ἀπιθάνως δὲ λέγω, ὅτι πρὸ τῶν Τρωϊκῶν οὐδεμία ἦν διώρυξ. Τὸν δὲ ἐπιχειρήσαντα ποιῆσαι Σέσωστριν ἀποστῆναι φασί, μετεωροτέραν ὑπολαβόντα τὴν τῆς θαλάττης ἐπιφάνειαν. Et lib. xvii : Ἐπιμήθη δὲ ἡ διώρυξ καταρχὰς μὲν ὑπὸ Σεσώστριος πρὸ τῶν Τρωϊκῶν, οἱ δὲ ὑπὸ τοῦ Ψαμμητίχου παιδὸς ἀρχαμένου μόνον, εἶτα ἐκλιπόντος τὸν βίον ὑπερον δὲ ὑπὸ Δαρείου τοῦ πρώτου διαδεξαμένου τὸ ἐξῆς ἔργον. Καὶ οὗτος δὲ, δόξῃ ψευδεῖ πεισθεὶς, ἀφῆκε τὸ ἔργον περὶ συντέλειαν ἔδῃ. Ἐπέισθη γὰρ μετεωροτέραν

εἶναι τὴν Ἐρυθρὰν θάλατταν τῆς Αἰγύπτου, καὶ εἰ
 διακοπήν πᾶς ὁ μεταξὺ ἰσθμὸς, ἐπικλυσθήσεται τῇ
 θαλάττῃ τὴν Αἰγύπτου. Hi tamen dissentiunt ab
 Herodoto, qui omnes fossas et dioryges a Ses-
 stride fuisse effossas auctor est, sed de hac ne ver-
 bum quidem, sed ejus effossionem tribuit, lib. II,
 Psammethico regi, qui multis post Sesostri-
Col. 717, lin. 1. *Ἐν γὰρ ὕδωρ διὰ τῆς ῥίζης.* Basilius, hom. 5, Ἐν ὕδωρ, διὰ τῆς ῥίζης ἐλκόμενον, ἄλλως μὲν τρέφει τὴν ῥίζαν αὐτὴν, ἄλλως δὲ τὸν φλοῖδον τοῦ στελέχους, καὶ ἄλλως τὸ ξύλον, καὶ τὴν ἐντεριώνην ἐτέρως. Τὸ αὐτὸ καὶ φύλλον γίνεταί, καὶ εἰς ἀκρέμονας, καὶ κλάδους κατασχίζεται, καὶ τοῖς καρποῖς παρέχει τὴν αὔξησιν, καὶ δάκρυον τοῦ φυτοῦ, καὶ ὅπως ἐκ τῆς αὐτῆς αἰτίας προέρχεται. In eandem sententiam Sextus Empir. *Pyrrhon. Hypoth.* lib. I, Καὶ ὡσπερ τὸ ὕδωρ ἐν καὶ μονοειδὲς διαδόμενον εἰς τὰ δένδρα ὅπου μὲν γίνεταί φλοῖδς, ὅπου δὲ κλάδος, ὅπου δὲ καρπὸς, καὶ ἦδη σῆκος, καὶ ῥοῖα καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον hoc siquidem ita evenit quemadmodum idem cibus concoctus aliquando fit vena, interdum arteria, interdum os, nonnunquam nervus et unumquodque aliorum; et in musicis unus et idem musicorum flatus in tibia inspiratus, modo acutus fit, modo gravis; et manus lyrae impressa nonnunquam gravem sonum, nonnunquam acutum reddit; et in aliis rebus idem contingere cernimus

Ibid., lin. 4. *Καὶ ἐκ τῆς αὐτῆς νοτίδος.* Basilius, hom. 5, Πῶς πάλιν ἐκ τῆς αὐτῆς νοτίδος ἐν μὲν τῇ ἀμπέλω οἶνος συνίσταται, ἐν δὲ τῇ ἐλάτῃ τὸ ελαιον καὶ οὐ τοῦτο μόνον θαυμαστόν, πῶς ὡδε μὲν τὸ ὕγρον ἀπεγλυκάνθη, ἐκεῖ δὲ λιπαρὸν γέγονεν, ἀλλ' ὅτι καὶ ἐν τοῖς γλυκεῖαι καρποῖς ἀμύθητος ἢ παραλλαγὴ τῆς ποιότητος. Ἄλλο γὰρ τὸ ἐν ἀμπέλω γλυκύ, καὶ ἄλλο τὸ ἐν μηλέτῃ, καὶ σύκῳ, καὶ φοίνικι. De succorum in plantis differentiis adesis Theophrastum *De Histor. plant.* lib. I, cap. 19, et ejus interpretem Plinium lib. XV, cap. 28, qui diffusissime horum varietatem pertractant.

Ibid., lin. 9. *Καὶ αὐτὰ δὲ τῶν δένδρων.* Basilius, hom. 5, Ἄλλο γὰρ τοῦ σχίνου τὸ δάκρυον, καὶ ἄλλος ὁ ὅπως τοῦ βαλοάμου, καὶ νάρθηκός τινες ἐπὶ τῆς Αἰγύπτου, καὶ Λιβύης ἕτερον ὅπως γένος ἀποδα-

χρόουσι. Quæ sicut arborum lacrymæ, et qui succi explicat Theophrast. *De causis plant.* libr. vi, cap. 18, Καλοῦσι δὲ τὰ μὲν ὀπούς, τὰ δὲ δάκρυα. Κοινότερον δὲ ὁ ὀπός. Διαφέρει δὲ ἰσως οὐδὲν, ἐπεὶ τὸ γε κοινότερον ἀνωνώμως λεγόμενον ἢ ὑγρότης οἰκεία καθ' ἑκαστον πέψιν ἔχουσα. Διὰ δὲ τὸ σωματωδεστέρας εἶναι καὶ γλισχρας, τὰς δ' ὕδατώδεις, ἀγλίσχρους, τῶν μὲν γίνεται πήξαι, τῶν δ' οὐ. Πρὸς ἐνιας δὲ καὶ παρεμβάλλουσι τι τοῦ πήξαι, καὶ συλλέγειν.

Ibid., lin. 10. Ἄλλο γὰρ τῆς σχίνου. Lentisci lacrymam mastichem esse colligitur ex Theophrasto *De hist. plant.* lib. ix. c. 1, Συνίσταται δὲ καὶ ἐπὶ τῆς σχίνου, καὶ ἐπὶ τῆς ἀκάνθης τῆς ἰξίνης καλουμένης, ἐξ ὧν ἡ μαστίχη. Quæ autem sit ixine et quam mastichem procreet idem prosequitur, lib. vi, cap. 4, Ἡ ἰξίνη φύεται μὲν οὐ πολλαχού· βιζόφυλλον δὲ ἐστίν· ἀπὸ δὲ τῆς βίξης μέσης ὁ σπερματικὸς ἄκανος ἐπιπέφυκεν, ὡσπερ μῆλον εὐ μάλα ἐπικεκρυμμένον ἐπὶ τῶν φύλλων. Οὗτος δὲ ἐπὶ τοῦ ἄκρου φέρει τὸ δάκρυον εὐστομον, καὶ τοῦτό ἐστιν ἡ ἀκανθική καὶ ἡ μαστίχη. Ego tamen magis ad mentem auctoris et ad sententiam legerem, καὶ τοῦτό ἐστιν ἡ ἀκάνθική μαστίχη, et ni vereretur ab aliquibus tanquam audax accusari, libenter utique pro ἄκανος, ἄκανθος legerem, ut modus phrasisque una eademque Theophrasto servetur; dicit enim hanc mastichem generari ἐπὶ τῆς ἀκάνθης, non ἐπὶ τοῦ ἀκάνου, ex quo non ἀκανθική, sed ἀκανική, diceretur, quemadmodum et ἀκανική ἀκάνθαι apud ipsum leguntur, lib. iv, cap. 7, *Hist. plant.* Et si ἄκανος velis retinere, quare ejus sententiam non concludes, καὶ τοῦτό ἐστιν ἡ ἀκανική μαστίχη? Sed dubitasse satis de hac. Plinius lib. xii, cap. 17, *Sed mastiche quoque gemina est, quoniam et in Asia Græciaque reperitur, herba radice folia emittens, et carduum similem malo seminis plenum, lacrymamque erumpit incisa parte summa vix ut dignosci possit a mastiche vera. Nec non et tertia in Ponto est bituminis similior. Laudatissima autem est Chia candida, cujus pretium in libras xx, nigra vero xii. Chia e lentisco traditur gigni gummi modo, adulteratur ut thura, resina. Petrus Bellonius, Observation. lib. ii, cap. 8, Mastiches proventus in ea insula Chio tantus est, ut singulis annis Turcico imperatori pro quaternis vel quinibus millibus ducatorum pendant in deductionem ejus summæ quam illi tributis nomine dare debent, et singulas centenas libras centenis quinibus ducatis æstimant, quidquid ejus superest sibi reservant. Galli mercatores mastiches pretium idem perpetuo esse considerantes existimant; atque etiam referant incolas, collectæ ejus certa quantitate, reliquam abjicere. Sed id veritati maxime contrarium est: nam uti diximus magnas impensas in lentisci fruticibus colendis, et curandis faciunt; sed quoniam Turcico imperatori singulis annis pro quatuor, aut plurium millium ducatorum æstimatione pendunt, ejus pretium vel augere, vel imminuere non licet. In quibus multis labitur Bellonius. Verum enim est, incolas præscripta quantitate collecta reliquam vel abjicere, vel negligere. Falsum,*

A eam quæ superest sibi reservare; falsum item pretium mastiches Turcico imperatori nomine tributis persolvi: sed hæc sunt alterius negotii. Dalecampius Plinium reprehendit quod falso mastichem resinis liquidis annumeraverit, lib. xiv, cap. 20. Sed immerito. Mastiche enim dum effluit, antequam coalescat, fluida est quemadmodum et terebinthus. Et forsitan tempore Plinii res aliter se habebat ac modo videmus. Communis est omnium in ea insula traditio a majoribus excepta mastichem prius liquidam fluidamque fuisse. Verum postquam sanctus Dei martyr Isidorus in ea insula martyris corona ditatus, ad cœlestem patriam commigravit, in durum corpus veluti gummi concrevisse, idque sanguine tanti martyris præstitum fuisse, dum per illas arbores dilacerandis equis immanibus ligatus traheretur. Facti hujus meminit Nicolaus Pepagomenus oratione in dictum sanctum, quam Latinam a nobis factam una cum Græca publico commodo, Deo dante, edemus. Is itaque ait: Λόγος δὲ τις φέρεται καὶ ἡμῶν ἄχρι φθάσας, ὡς τὸν νῦν καταβρέοντα τῶν σχίνων ὀπὸν, καὶ πηγνύμενον, ἴστε πάντας ὅποσα τούτου παρὰ τοῖς Χίοις μόνοις φορὰ, καὶ ὡς εἶπερ τι τῷ βίῳ τούτῳ λυσιτελέστατον καθ' αὐτόν τε καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπιμιγνύμενον, μὴ πρόσθεν ἰσχυρὰν εἰωθότα λαμβάνειν τὴν πήξιν. κἀντεῦθεν τοῖς ὕδασι, ὕοντος, συμπαραφερόμενον τε καὶ ἀπολλύμενον. Ὅτι μὴ πάντα μετρίου τινὸς ἀνευ οἱ τοῦ μάρτυρος ἄθλοι, καὶ τὰ λαμπρὰ κατὰ τῶν ἐχθρῶν ἀγωνίσματα, καὶ τὸ τῆς γνώμης ἀνένδοτον, καὶ αἱ C συχναὶ καρτερήσεις, εἰς δ' νῦν ὄραται, πρὸς λίθου φύσιν ἐγγύς μετεποίησαν, ἅμα τε ζούτῳ τοσαύτην εἰργάσατο τὴν ἐπίδοσιν, ὡς μηδένα μικρῶ τῶν ὀπήποτε γῆς οἰκούντων μὴ τῆς κατ' ἔτος ἀπολαύειν φορᾶς. Μῆδὲ γὰρ ἂν τοῖς πρὸ τοῦ πᾶσιν Ἀσκληπιάδαις, οὐδενὸς ὅτου τῶν πρὸς ἱατρειᾶν παθῶν οὐ μεμημένοις, πολλακίς σχεδὸν ἀμνημοσύνη τούτου προσῆν, καίπερ τοῖς καιριωτάτοις συμβαλλομένου τὰ περιτεύοντα τῶν ὕγρων ἀποκαθῆραι καὶ ἀληθδόνως ἐστίν· ἅς ἐπικουφῶσαι τε καὶ κοιμῆσαι, καὶ τὰ παρεμμένα τοῦ σώματος ἰσχυροποιῆσαι, καὶ νευρῶσαι, φύσιν ἔχοντος. Ὅπως ἀρίστου καὶ θαυμαστοῦ γεωργοῦ καρπὸς ἡδιστος κατ' ἐπωνυμίαν αὐτοῦ τὴν ἐνέργειαν κερκτημένος. Πλὴν ὅσον ὁ μὲν καὶ ψυχὰς καμνούσας ἀξιοῖ θεραπείας, καὶ τοῖς τὸ σῶμα πονήρως ἔχουσι D θεωρεῖται τὴν ἴασιν· ὁ δὲ τῷδε βραχείᾳ ἐνήσει τῆς ἱατρείας ἀπόρροιαν.

Ibid., lin. 11. Καὶ ἄλλος ὁ τῆς βαλσάμου. Theophrastus in valle Syriæ nasci, fructum magis odoratum esse quam lacrymam, et incisura facta ex caudice, sive parte superna, æstate tota succum, sed illum paucissimum colligi, lib. ix *De histor. plant.*, cap. 6, Τὸ δὲ βάλσαμον γίνεται μὲν ἐν τῷ Αὐλῶν, τῷ περὶ Συρίαν, παραδείσους δ' εἶναι φασὶ δύο μόνους, τὸν μὲν ὅσον εἴκοσι πλέθρων τὴν δ' ἕτερον πολλῶ ἑλάττονα. Reliqua vide apud Theophrastum, ex quo Plinius lib. xii, cap. 25, sua accepit, nec convenit in omnibus de historia balsami auctorum sententia. Plinius dicit balsamum uni terrarum Judææ concessum; Dioscorides concedit etiam

*A*gypto; Strabo lib. xvi silvestre nasci tradit in maritimis Sabæorum; Theophrastus silvestre balsamum nullum usquam repertum accepit; Pausanias in *Bœoticis* arbores in Arabia describit, myrtorum magnitudine, foliis amaraci. Vide reliquam historiam viperarum sub ejus fronde latitantium. Plinius incidi vitro, lapide osseisque cultellis, ferro lædi, Theophrastus ferreis unguibus cædi, Plinius primam gratiam esse lacrymæ, secundam semini, tertiam cortici, minimam ligno ait; Theophrastus primam fructus, secundam lacrymæ, ultimam virgarum. Diversam hujus balsami colligendi rationem sine censura narrat Brocardus monachus et se vidisse fatetur, in descriptione terræ sanctæ: *Est etiam ibi hortus Balsami, qui irrigatur a fonte parvo, uberrime tamen fluente, in quo aiunt beatam Virginem puerum Jesum lavisse: ob id habetur fons ille in veneratione, nedum a Christianis, verum et a Saracenis. Modum colligendi balsamum hunc mihi Saraceni ostenderunt. Carpebant folium unum a stipite, adhærent enim folia stipiti, et contra radium solia illud discerpentes, guttam lucidissimam et supra modum odoriferam elicuerunt: et is est verus liquor balsami: qui in phialas vitreas colligitur, et ad diversas mundi partes mittitur, tametsi raro sine mixtura ad regiones nostras perveniat. Aiunt etiam, si folium illud contra radium solis non frangeretur, minime succum illum stillaret.*

Col. 717, lin. 13. *Ἰστοροῦσι δέ τινες καὶ τὸ ἡλεκτρον.* Basiliius, hom. 3, *Λόγος δὲ τις ἐστὶ καὶ τὸ ἡλεκτρον ὅπῃ εἶναι φυτῶν εἰς λίθου φύσιν ἀποπηγνύμενον.* Psellus *de lapidibus* duplex electrum constituit, unum Indicum, alterum Libyticum, et dicit reperiri juxta fluvium Eridanum, subdit, *Ἐνιοὶ δὲ καὶ δάκρυον αὐτοῦ φασὶ δένδρου τινός.* Κοῦφον γάρ ἐστι καὶ θυμιάται, ὡς ὁ λιβανωτὸς καὶ ἡ μαστίχη. Varias auctorum sententias de succino, et ejus origine collegit Plinius, lib. xxxvii, cap. 2 et 3, quas hic recensere ineptum esse duxi. Si quis eruditionem tanti viri et admirari et venerari desiderat, adeat locum mirum sane, et omnimoda prudentia doctrinaque refertissimum. Nos miselli item et pauperes ad illum quid addemus? Aristoteles lib. *De mirabilibus auscultation.* ad fictilia poetarum commenta refugit. Dalecampius aliam succini originem contra Plinium ita narrat: *In regione, quæ succinum mittit, resiniferæ nullæ sunt arbores. At in septentrionalium littorum tractu bituminis certe genus flavum est ut nigrum apud nos in Avernis, ejusque naphtha flava, qualem e Saxonibus afferunt, et petroleum vocant, ut apud nos atra. Cum ergo fonte suo scaturit bitumen id molle adhuc, et liquidum, obvia quæque amplectitur, retinet, includit. Fluctu vero lambente in altum provolutum magis vertigine, et salsugine, temporisque diuturnitate durescit, ut apud nos pissaspaltum, et jam tum succinum est, sicque concretum in littore ejus scaturigini opposito adversis ventis ejicitur. Gagatis, qui procul dubio bitumen est in visceribus terræ multiis*

sæculis excoctum, glebam habui erutam prope Narbonem in ejus lapidis fodinis dimidia ex parte nigram, altera flavam, succini modo: quod argumento certissimo est, succinum eo modo gigni quod diximus.

Ibid., lin. 19. *Τοῦτο τὸ ἡλιακὸν φῶς.* Quænam fuerit lux illa prima prisceis illis temporibus nec non hisce nostris controversum adhuc est: de qua fuse et enucleate multi disputarunt. Damascenus lib. ii, *Fid. orthod.*, c. 7, existimat, lucem illam fuisse elementum ignis. Ambrosius Catharinus ait lucem illam fuisse lucem solis perfectam, æque ac nunc est; cujus perfectionis et pulchritudinis magnum esse argumentum, quod ea Deus ipse suo judicio comprobavit. Beda in *Hexaem.*, Nicolaus *De lyra*, Tostatus, et alii arbitrantur primam illam lucem non fuisse solem, sed corpus quoddam lucidum ad similitudinem densæ lucentisque nubis in superiori parte mundi videlicet, in qua postea sol est positus, quod circa densiorem materiæ partem, quæ medium mundi locum circumplectebatur, in orbem conversum, dierum et noctium vicissitudines efficiēbat, et ex illo lucido corpore postea, quarto die formatus est sol amplioris præstantiorisque lucis additione. Dionysius Areopagita part. 1, cap. 4, *De divin. nomin.*, quem sequuntur D. Thomas prima parte quæst. 67, art. 4, et quæst. 70, art. 4; Dionysius Carthusianus super primum cap. Genes. art. 9; Pererius et alii existimant, non aliam fuisse, quam lucem solis, sed primo quidem die veluti informem, et imperfectam esse factam, quarto autem die fuisse absolutam et consummatam. *Αὐτὸ γὰρ ἐστὶ τὸ φῶς, εἰ καὶ τότε ἀσχημάτιστον ἦν, ὅπερ ὁ θεὸς ἐφη Μωσῆς, καὶ αὐτὴν ἐκείνην τὴν πρώτην ὄρεται τῶν καθ' ἡμᾶς ἡμερῶν τριδάς. Καὶ ὡσπερ, etc.* Noster auctor, et Basiliius cum eo hom. 6, cujus verba hic ascribam, ne eadem sæpius cogar repetere, tradit primam hanc lucem fuisse creatam per se, et immaterialem, quarto autem die factum esse corpus solis, tanquam ejus vehiculum cui insita et impressa est. *Τότε μὲν γὰρ αὐτὴ τοῦ φωτὸς ἡ φύσις παρήχθη, νῦν δὲ τὸ ἡλιακὸν τοῦτο σῶμα ὄχημα εἶναι τῷ πρωτοτόνῳ ἐκείνῳ φωτὶ παρασκευασταί.* Ὡς γὰρ ἄλλο τὸ πῦρ καὶ ἄλλο ὁ λύχνος, τὸ μὲν τὴν τοῦ φωτὸς εἰν δύναμιν ἔχον, τὸ δὲ παραφαίνειν τοῖς δεομένοις πεποιημένον· οὕτω καὶ τῷ καθαρωτάτῳ ἐκείνῳ καὶ εὐκρινεῖ, καὶ ἁλίῳ φωτὶ, ὄχημα νῦν οἱ φωστῆρες κατεσκευάσθησαν. Idem videtur sentire Gregorius Nazianzenus, et alii, quos supra laudavimus. Hanc ultimam sententiam, quamvis miram a quibusdam existimatam, et novum inducentem miraculum quod minime admittendum in historia creationis, ut multis videtur, in sua doctrina ita defenderet Palingenius ex sui *Zodiaci Vitæ* libr. xii, ait enim Deum sua omnipotentia ac scientia extra cælum plura et majora creasse, quinimo cum potuerit

— *Facere infinita, putandum est Fecisse infinita omnemque explese vigorem,*

Nec servasse in se vanum, vel inutile quidquam. A hæus in *Eclogis physicis*, Julianus Apostata, hymno in *Solem*, et Proclus.

• Hoc autem infinitum esse

*Puram, immensam, et sine corpore lucem,
Lucem, qua nostri solis longe minor est lux,
Lucem, quam terreni oculi non cernere possent,
Lucem, quam ex sese effundit Deus infinitam.*

Et illam lucem esse sine corpore quod minime videtur inconveniens, cum lux non proveniat a materia, sed a forma,

— *Ex qua vis et decor effluit omnis.*

Quæ cum concedantur formis corporeis, multo magis concedendum est formis incorporeis.

Præsertim cum sint puræ magis, et tenues, et Participes multo uberius pulchrique horique. Imo inter divos quo quisque potentior est, et Dignior hoc etiam majori lumine fulget. Utque inter stellas multo nitidissimus est sol, Sic inter divos lucet rex ille deorum.

Non tamen obscurat reliquos, quin perficit illos.

Nec requiritur aer, in quo tanquam in subjecto lumen illud inhæreat, cum aer minime sit luminis subjectum, neque lumen sit in aere: Imo *aer contra est in lumine*, et lux, stare potest absque aeris visu. Lux vero quæ est in sole, est particula lucis divinæ, ideoque in sole nitescit, quamvis in Deo non comprehendatur propter materiam illius, quæ est luci aptissima.

Illa etiam lux divina est impressa aliorum Divorum formis, quamvis non omnibus a que. Et non stellæ omnes æquali lumine lucent. Sed magis una alia, quanto hæc perfectior illa est. Utque una candela alias accendere plures, Nec tamen ipsa suum amittit, minuitve nitorem; Haud secus illa Dei lux inviolata, nihilque Decrescens alios impertit lumine divos.

Palingenius itaque oppugnantibus hujus sententiæ ita responderet: Lucem illam ita creatam sine ulla materia potuisse per se subsistere sine aere, in semetipsa veluti in propria forma, quæ erat ab omni corpore et materia separata, et sic nullum novum inducitur miraculum; illa postea lux quarto die fuit soli communicata, non per mutationem substantialem, sed per diversam applicationem, quemadmodum lumen divinum communicatur beatis, qua communicatione fiunt luminosi, sicuti multæ candelæ accensæ a prima candela. Sed de hac Palingenii sententia aliorum esto iudicium; quædam esse quæ et caute legi, et prudenter explicari debere censeo. Verum mihi semper in his rebus, in quibus nature vis et facultas, rerum difficultate oppressa decumbit, et mentis humanæ acies, oculique caligant, nec nisi afflatu divino confirmari possunt, sanctorum Patrum sententia videtur probabilior, minimeque curiosus intellectum captivo, etsi non eadem quæ et ego, sentientes invenero.

Col. 717, lin. 25. *Καὶ ὡς ἑτερόν τι.* Basiliius, hom. 6: Ὡς οὖν ἑτερον μὲν τι τῆ φύσει ἢ λευκότης, ἑτερον δὲ τι τὸ λελευκασμένον αἶμα. οὕτω καὶ τὰ νῦν εἰρημένα, διάφορα ὄντα ἦνται τῆ δυνάμει τοῦ κρίσαντος.

Ibid., lin. 28. *Ἐπειτα τὸν ἥλιον ἐκ τοῦ πυρός.* De solis natura, magnitudine, figura, conversionibus. defectu, signis, et motu, vide quæ refert Sto-

Ibid., lin. 47. *Τὸ δ' αὐτὸ παράδειγμα.* Hoc idem uberius prosequitur Basiliius hom. 6: Lunam vero solis fulgore tegi, et in totum mutuata ab eo luce fulgere, refert Plinius lib. 11, cap. 9, cujus verba cum ad rem faciant hic ascribam. *Solis fulgore eam, ut reliqua sidera, tegi: si quidem in totum mutuata ab eo luce fulgere, qualem in repercussu aquæ volitare conspiciamus. Ideo molliore et imperfecta vi solvere, tantum humorem, atque etiam augere, quem solis radii assumant. Ideo et inæquali lumine aspici: quin ex adverso demum plena, reliquis diebus tantum ex se terris ostendat, quantum ex sole ipsa concipiat.*

In coitu quidem non cerni: quoniam hæustum omnem lucis aversa illo regeat unde accepit. Apuleius lib. *De Deo Socratis*: Luna solis æmula, noctis deus, seu corniculata, seu dividua, seu protumida, seu plena sit, varia ignium face, quanto longius absit a sole, tanto largius illuminata pars incremento itineris et luminis mensem suis actibus ac paribus dispendiis æstimat. Et hanc ob causam Græci pœtæ solis filiam vocant, Euripides in *Phæniis*,

Ἦ Ἀπαροζώνου θυγάτηρ

Ἡελίου,

Σελαναια, γρυσέκκλον ζέγγρος.

Hesiodus vero et Virgilius sororem:

Nec fratris radiis obnoxia surgere luna.

Thales dixit eam a sole illustrari, quod etiam Pythagoras, Parmenides, Empedocles, Anaxagoras et Metrodorus senserunt. Avicenna et Macrobius lunam a sole mutuari lumen credunt: reliqua veræ astra de suo collucere. Antipho proprio eam lucere lumine, partes autem ejus absconditas accessu solis obscurari, tanquam imbecillius a fortiori, quemadmodum et aliis stellis contingit; Anaximander, Xenophanes proprium lunam habere lumen dixerunt; Aristoteles proprium quidem, sed rarius; Stoici subobscurum, et æreum; Eerosus auctore Cleomede, atque etiam Vitruvio lib. 11, cap. 4, quem vide, putavit lunæ corpus pilam esse altera parte candentem, altera cæruleam, ejusque mutationem fieri, prout magis minusve a sole corripitur. Causas diversitatis apparentiarum in luna optime exponit Jacobus Milichius, comment. in locum Plinii a nobis supra positum. Verum eorum opinio, qui lunam et proprium lumen habere, itemque a sole mutuari, quam etiam sequitur noster Eustathius, verior est et probabilior; habet enim suum proprium obscurum quodammodo nec luminosum, carbonum instar, recipit vero solare splendens, clarum quo sese ostendat, aliisque ad videndum quemadmodum interdiu sol viam aperit. Plura de his Cleomedes lib. 11 *Meteor.*, inter cætera: Ἦδεςαν δὲ καὶ οἱ παλαιάτατοι τῶν φυσικῶν τε καὶ ἀστρολόγων, ὅτι ἀπὸ τοῦ ἡλίου ἢ σεληνῆ τὸ φῶς ἔχει, ὡς δὴ λὸν ἐστὶ πρῶτον μὲν ἐκ τῆς ἐτυμολογίας τοῦ ὀνόματος αὐτῆς, οὕτως ὀνομασμένης ἐκ τοῦ σέλας αὐτῆν νέον ἔχειν ἀεὶ, καὶ ἐκ τοῦ ἐπιδίδοσθαι ἐξῆδης

τοῖς εἰς τὰ Ἄρτεμις:α εἰσιούσι. Τοῦτο γὰρ μὲν σύμ-
βολόν ἐστι τοῦ ἔξωθεν ἔχειν τὴν αελήνην τὸ φῶς.

Ibid., lin. ult. *Τῆς ἡμέρας ἐκείνης μήτε οὖσης.*
Lego μή καιούσης, μήτε etc., ad mentem auctoris,
qui hæc duo in sole consideravit, lumen et calo-
rem, lumen dedit diei, calorem soli : et ideo hic
ait solem tantum ab illa die neque urente, neque
calefaciente, sed solum illuminante lumen accipere.

Col. 720, lin. 2. *Ὅτι δὲ ἐκ πυρός συνέστηκεν.*
Omnes fere veteres philosophi uno ore solem ca-
lidum et candens quid esse affirmarunt, etsi in
calido hoc exprimendo non convenerint. Euripides
in *Phænissis* ignem vocavit ,

Ἥλιε θεαῖς Ἰπποισιν εἰλίσσω φλόγα,
et in *Phætonte* ,

Θερμὴ δὲ ἀνατοχῶς
Φλόξ ὑπερέλλουσα γῆς.

Anaxagoras, et Democritus ferrum, vel saxum can-
dens ; Parmenides solem et lunam de circulo lacteo
voluit excerni, illum quidem a rariore calidi mistura,
hanc a densiore frigidi ; Xenophanes de nubibus inc-
censis ortum solem putat, et defectum iisdem ex-
stinctis evenire, et alium rursus oriri ; Theophrastus,
physicis igniculis de humida exhalatione componi ;
Anaximandri et aliorum opiniones vide apud Sto-
bæum in *Eclogis physicis*, pag. 55 ; et Patres anti-
qui, Basilius, hom. 6 ; Augustinus pluribus in lo-
cis ; Ambrosius lib. II. *Hexæm.* et alii. Et ex re-
centioribus, Hugo de S. Victore *Adnot. in Genes* ,
cap. 6, solum, inquit, solem propriam habere luc-
em, et ipsum ex igne esse factum, reliquas vero
stellas ex aerea materia relucere potius, quam
lucere. Solem tamen, sicut et cætera astra non
esse calidæ, nec igneæ naturæ multi doctores, val-
lidissimis rationibus concludunt. Sol enim incor-
ruptibilis est, nec admittit qualitates corruptivas,
tales sunt calor et frigus. Astra et sol nec præter
naturam, nec violenter moventur : quod si essent
igneæ id accideret, ignis enim sursum movetur. Sic
etiam nullum esset securum et tutum, omnia
enim astrorum illo igne conflagrassent, cum non
per lucem solum sed etiam per calorem, caleface-
rent et torrèrent. Dicamus igitur, solarem calorem
nihil aliud esse quam calorem ignis, solis fulgore,
quo naturaliter trahatur, modificatum. Namque cum
inter alimentaria corpora igneum solum cœlestium
imitatur fulgorem, ipsum vero ita ut plurimi ve-
terum philosophorum, ob eam similitudinem astra
igneæ esse suspicati sint, fit valde consentaneum,
ut similitudinis illius causa facile trahatur ignis
cœlesti lumine, quod etiam vestigium quoddam
divinitatis ejus corporis est. Si plura cupis, adesit
Franciscum Valesium *De sacra philosophia*, cap. 1.
Denique sententia est Peripateticorum, solem per
lumen facere tam calorem, tam frigus, diversa ta-
men ratione, illum quidem per se, hoc autem per
accidens ; nam præsentia luminis facit calorem,
absentia vero frigus : quo enim lumen solis, aut
nullo modo aut tenuiter pertingit, inibi frigus vi-

gere et roborari cernimus. Ludovicus Fidelis *De
mundi struct.* lib. v, cap. 5, quæstionem de calore
solis proponit, et ad mentem nostri auctoris ita
dissolvit : *Verum hic, inquit, nonnihil suboritur an-
xietatis, an soli perpetuus hæreat calor, an calore
prorsus sit destitutus ? Circa id varia circumferun-
tur sensa ; nihil tamen alienum a veritate existima-
verim, si ut soli splendor semper hærens, etiam in-
ternus tribuatur calor : qui circumquaque diffusus
hæc calefaciat inferiora. Hinc quanto propius ad nos
accedit sol, et nostro zenith vicinior apparet, tanto
illius intensior, et quo remotior a nobis, eo debilius
percipiatur calor. Et proinde qui zonæ absunt tor-
ridæ vehementiori exuruntur æstu, quod illis sit solis
perpendicularis calor, et qui absunt longius, majori
rigent frigore. Hinc fit, ut qui sub polo arctico, vel
antarctico resident immensis alycribus, sicut qui sub
zona torrida continuis subjaceant ardoribus. Fit etiam
ut sole horizontem nostrum occupante aer fervidior,
et abscedente rigidior deprehendatur.*

Ibid., lin. 4. *Τοῦ διαχωρίζειν ἀπὸ μέσων.* Basi-
lius, hom. 6. Νῦν δὲ ἥλιον ἐπέταξε τοῖς μέτροις τῆς
ἡμέρας, καὶ αελήνην, ὅταν ποτὲ πρὸς τὸν ἴδιον κύκλον
ἀπαρτισθῆ, ἀρχηγὸν ἐποίησε τῆς νυκτός. Constant.
Man. in *Annal.*

*Ὀδῶ μὲν οὖν τετέλετο τὰ κατὰ τοὺς ἀστέρας
καὶ τέτακτο μὲν ἥλιος ἀστὴρ ἡμεροκράτωρ.
Τὸ δὲ αελήνης βλάζοντος ἐπέρσευσε τὴν νύκτα.*

Ibid., lin. 7. *Ἔστι δὲ ἡ νύξ σκίασμα.* Basilius,
hom. 6, καὶ ἡ νύξ ἐπὶ τὸ ἐναντίον ταῖς ἀκτίσιν ὑπο-
χωρεῖ, οὐδὲν ἕτερον οὔσα κατὰ τὴν φύσιν τῆ σκίασμα
γῆς. Ὡς γὰρ ἐν ἡμέρᾳ ἡ σκιά τῶ ἀντιφράσσονται τὴν
αὐγὴν παρυσίσταται, οὕτως ἡ νύξ, σκιαζομένου τοῦ
περὶ γῆν ἀέρος, συνίστασθαι πέφυκεν. Plinius l. II,
cap. 10, *Terra subeunte repentina obduci tenebras,
rursumque illius umbra sidus hebetari. Neque aliud
esse noctem quam terræ umbram.* Palingenius in
Zodiaco vitæ, lib. II.

— *Sed nox adversa in parte creatur,
Quippe aliud non est quam terræ atque æquoris umbra.*

Ibid., lin. 11. *καὶ ὁ μὲν ἥλιος ὥσπερ.* De solis
præstantia, dignitate, vi admiranda, et potentia
Dionysius Areopagita *De divin. nominibus*, cap. 4 ;
Julianus Apostata, Orpheus, Proclus, Lycius, hymn.
in solem, Plinius lib. II, cap. 6, elegantissime :
*Eorum medius sol fertur, amplissima magnitudine ac
potestate : nec temporum modo, terrarumque, sed side-
rum etiam ipsorum cælique rector. Hunc mundi esse
totius animum, ac planius mentem : hunc principale
naturæ regimen ac numen credere docet, opera ejus
æstimantes. Hic lucem rebus ministrat aufertque
tenebras ; hic reliqua sidera occultat : hic vices tem-
porum annumque semper renascentem ex usu naturæ
temperat ; hic cæli tristitiam disciuit, atque etiam
humani nubila animi serenat ; hic suum lumen cæ-
teris quoque sideribus sænerat. Praclarus, ezimius,
omnia intuens, omnia etiam exaudiens, ut principii
litterarum Homero placuisse in uno eo video. De
solis encomiis lege Plutarchum lib. *De doctrina
principum ;* Macrobius *Saturnalium ;* Ambrosius*

lib. iv *Hexaem.*, cap. 1; Gregorium Nazianzenum *De nova Dominica*, et orat. 11, *De theologia*; Joannem Jovianum Pontanum *Uraniae* lib. 1; Augustinum Eugubinum, *Cosmop.* cap. 1.

Col. 720, lin. 13. *Ἡ δὲ σελήρη οὐχ οὐρα.* De variis lunæ mutationibus supra nescio quæ diximus. Quidam augmentum lunæ flammæ incremento tribuere, quæ ordine paulatim cresceret, donec plena reddatur, rursumque eodem pacto decrescere, donec in conjunctione prorsus exstingatur, id quod etiam de menstrua occultatione Xenophanes asserebat.

Ibid., lin. 16. *Χρόρον δὲ ἥλιος καί.* De tempore, ejus natura et aliis ad tempus spectantibus plura philosophi in physicis.

Ibid., lin. 22. *Τὸ δὲ ἔστωσαν εἰς σημεῖα.* Nonnulli verba hæc astrologiæ quam vocant judicariam, et pondus addere et auctoritatem præsumunt, et illam scientiam, si quæ est a Deo, ab ipso statim mundi evordio, hoc testimonio corroboratam, quin et mortalibus ad eam aucupandam, et sudoribus, et vigiliis propositam gloriantur. Inquiunt enim, in ipsa siderum positione et aspectu, veluti in tabula quadam cerni omnia, quæ usquam mundo huic inferiori eventura sunt, omni dubietate ac incertitudine sublata. Verum hæc sententia quam habeat validitatem et robur, et quibus nitatur fundamentis ac rationibus alii ante nos satis accurate tradiderunt, nec ratio nostræ scriptionis id poscit ut et nos eadem repetamus; rerum eventus, quæ sit hæc vanitas, quotidie etiam nolentibus demonstrat. Basilii in hunc locum acriter contra hosce astrologos invehitur. Chrysostomus, et Gregorius Magnus in 11 cap. *Matthæi*, Augustinus lib. 11, *super Genes. ad litteram*, c. 17, et lib. 11, *De doctrina Christiana*, cap. 21, et alibi; Eusebius *De præparatione Evangelii*. lib. xiv, cap. 4; et lib. vi, cap. 9. Quin et ingenti voluminum copia contra eos scripserunt Diodorus, Tarsensis episcopus, referente Photio in *Bibliotheca*, et Bardesanes Syrus eo dialogo quem, rogatu amicorum, de fato, et adversus Chaldæos conscripsit, ut memorat Eusebius lib. vi, *De præparat. Evang.*, cap. 8, et ex recentioribus Joannes Picus duodecim libris et alii. Plerique cum nostro Eustathio verba hæc pertinere existimant ad signa naturalium effectuum, serenitatis, pluvix, ventorum, sterilitatis, sanitatis, morborum, serendi, secandi, navigandi, et medicandi, de quibus lib. xviii, cap. 35, copiose Plinius, collector *Georgicorum*, Aratus et alii; et nos nonnulla ex illis excerpere conabimur.

Ibid., lin. 23. *Ἀχλύς γὰρ τὸ ἀέρι.* Basilii, hom. 6, *Ἐπειδὴν γὰρ δι' ἀχλύος ἡ ἀναφορὰ γένηται τοῦ ἡλίου, ἀμαυροῦνται μὲν αἱ ἀκτίνες, ἀνθρακώδης δὲ καὶ ὑψαιμος τὴν χροάν ὀρᾶται, τῆς παχύτητος τοῦ ἀέρος ταύτην ἐμποιοῦσης τὴν φαντασίαν ταῖς ὄψεσι.* Μη διαχυθεὶς δὲ ὑπὸ τῆς ἀκτίνος ὁ πεπυκνωμένος τῆως καὶ συνεστῶς ἀήρ, δηλὸς ἐστὶ διὰ τὴν ἀπόρροίαν τῶν ἐκ τῆς γῆς ἀτμῶν κρατηθῆναι μὴ δυνηοῖς, ἀλλὰ τῷ πλεονασμῷ τοῦ ὑγροῦ χειμῶνα ἐπάξιον

Α τοῖς χωρίοις περὶ ἀ συναθροίζεται. Plinius locō dicto: Cum orientis atque occidentis radii rubent coire pluvias. Cum oriente radii non illustres eminebunt, quamvis circumdati nube non sint, pluviam portendunt. Si ante exortum nubes globabuntur hiemem asperam denuntiabunt; si nubes solem circumcludent, quanto minus luminis relinquetur, tanto turbulentior tempestas erit; si vero etiam duplex orbis fuerit eo atrocior. Quod si in exortu fiet ita ut rubescant nubes maxima ostendatur tempestas. Plurima his similia refert Aratus Περὶ διοσημείων. Collector *Georgicorum* lib. 1, *Καὶ ὁ ἥλιος δὲ, ἀνατέλλων καὶ μελαινώμενος, θμβρους δηλοῖ. Καὶ ἀνατέλλοντος δὲ τοῦ ἡλίου, ἐὰν παρὰ τὰς ἀκτίνας σκοτεινὸν νέφος φανῆ, θμβρον δηλοῖ. Δυόμενος δὲ ὁ ἥλιος, ἐὰν κατὰ τὸ ἀριστερὸν μέρος νέφος μέλαν ἐχη πηλοῖον, εὐθὺς θμβρον προσδοκᾷ· βρονταὶ δὲ καὶ ἀστραπαὶ ὄθεν γίνονται, ἐκείθεν τὸν χειμῶνα δὲ λούσι.*

Ibid., lin. 28. *Ὅταν δὲ αἱ λεγόμεναι ἄλωις. Basilii, hom. 6, Καὶ τῷ ἡλίῳ δὲ ὅταν αἱ λεγόμεναι ἄλωις περιγραφῶσιν, ἡ ὕδατος ἀέριου πλῆθος, ἡ πνευμάτων βιαίων κίνησιν ἀποφαίνουσιν· ἡ καὶ τοὺς ὀνομάζουσιν ἀνθελούς, ὅταν συμπεριτρέχωσι τῇ τοῦ ἡλίου φορᾷ, συμπτωμάτων τινῶν ἀερίων σημεῖα γίνονται. Ὅσπερ οὖν καὶ αἱ ῥάβδοι, αἱ κατὰ τὴν χροάν τῆς ἵριδος εἰς ὀρθὴν τοῖς νέφεσιν ἐμφαινόμεναι, θμβρους, ἡ χειμῶνας ἐξαισίους, ἡ ὄλωις τὴν ἐπὶ πλείστον μεταβολὴν τοῦ ἀέρος ἐνδείκνυνται. Aratus:*

Ὅτδὲ μὲν ἡελίου σχεδόνθιν μελανεῦσαι ἄλωι. Ἐθδοῖ, ἀσσότεραι δὲ καὶ ἀστεμφῆς μελανεῖσασ Μαλλορ χειμέρια. Δύο δ' ἄν χυλεπώτεραι εἴεν.

Ptolemæus quoque lib. 11, cap. ultimo arearum animadversionem non neglexit: nam si una fuerit pura paulatimque evanescat, serenitatem: sin duæ aut tres, hiemem significant. Atque hac cum ventorum turbulentia, subrubræ, quasique perruptæ, cum nive, caliginosæ vero, ac spissæ hæc accidentia majora ac severiora portendunt. Aratus hæc prognostica ita describit:

Εἰ δὲ κέ μιν περὶ πᾶσαν ἄλωι κυκλώσονται, Ἡ τρεῖς ἢ ἐὶ δύο περιλείμεναι, ἢ ἐμ' εἴη, Τῇ μὲν ἰη ἀνέμοιο γαληναῆς τὸ δοκεῖσιν Ῥητηνυμένη ἀνέμοιο μαραινομένη δὲ γαλήνης, Ταὶ δύο δ' ἄν χειμῶνα περιπροχάοιτο σελήρη. Μελλορα δ' ἄν χειμῶνα φέρει τριέλικτος ἄλωι Καὶ μάλλορ μελανεῦσαι, καὶ εἰ ῥητηολατο μάλλορ.

Areas has coronas vocavit Plinius lib. 11, cap. 29, quando videlicet circa solem et lunam, vel aliam claram stellam circulus conspicitur. *Existunt eadem coronæ circa lunam, et circa nobilia astra cælo quoque inhaerentia.* Aristoteles de his lib. 11, *Meteor.* omnium absolutissime.

Ibid., lin. 31: *Ἐπιὰν δὲ καὶ οἱ καλούμετοι.* Aratus:

Σκέπτεο δ' ἡ ἀνιόντος, ἡ αὐτίκα δυομένοιο Εἰ που οἱ νεφέων τὰ παρήλια κικλήσκονται. Ἡ νότου, ἢ ἐ βορῆος ἐρεῦθεται ἢ ἐκάτερθεν, Μη δ' οὕτω σκοπιῆν ταύτην ἀμυγήνα φυλάσσειν· Ὅν γὰρ δὲ ἀμφοτέρωθεν ὁμοῦ περὶ μέσσορ ἔχωσιν Ἡέλιον κείναι νεφέλαι σχεδὸν Ὀκεανοῖο,

Γίνεται ἀμβολή διόθεν χειμῶνος ἴστος.
 Εἰ γὰρ μὲν ἐκ βορέας μὲν οἴη φοιτῶσσιτο,
 Ἐκ βορέας πνοῆς κε φέροι νοτιή δὲ νότιο.
 Ἡ καὶ πον βαθμύτης ἐπιτροχῶσ' ὄστω,
 Ἐσπεριος καὶ μᾶλλον ἐπιπρεπὲς ἤματι τούτοις.
 Ἐσπερόθεν γὰρ ὁμῶς σημαίνεται ἐμμενὲς αἰεὶ.

De antheiis, sive pareliis, Aristoteles, Plinius, et alii.

Col. 720, lin. 33 : Καὶ πάλιν ἤντικα βᾶδοις. Aristoteles *Meteor.* lib. III, parelia scribit, et virgas eadem ex causa fieri, sed nubis habitu diverso, siquidem cum illa caliginosa, et æqualis, ac præterea aquosa densaque fuerit, tum visum tanquam a levi speculo ad solem reflexum candorem concipere. Solem enim et colore et figura referre parelium, ac nubis quidem æqualitatem coloris esse causam, reflexionem autem visus ad nubem tanquam speculum figuræ, cum illa ut nondum sit aqua, ita confessim sit in ea mutanda, ideoque pluviani portendere parelium magis ad austrum quam ad boream situm, quod illius aer facilius quam huius in aquam transeat. Denique oriente et occidente sole cerni, non alte sed oblique sita, ut et virgas, quæ propter nubium inæqualitatem sic vocantur.

Ibid., lin. 38. Ἡ δὲ σελήνη ἐπειδὴν ἐν τῇ τρίτῃ. Basiliius, hom. 6, λεπτὴ μὲν γὰρ οὔσα περὶ τρίτην ἡμέραν καὶ καθαρὰ, σταθερὰν εὐδίαν καταπαγγέλλεται· παχεῖα δὲ ταῖς κεραταῖς, καὶ ὑπέρυθρος φαινόμενη, ἥ καὶ ὕδωρ λάβρον ἀπὸ νεφῶν, ἥ νότου βίαιαν κίνησιν ἀπειλεῖ. Ex quibus corrigo textum Eustathii, ὕδωρ λάβρον, ἥ νότον βίαιον. Aratus luculenter hæc omnia :

Λεπτὴ μὲν καθαρὴ τε περὶ τρίτον ἡμῶν εὐδία,
 Εὐδία κ' εἴη, λεπτὴ δὲ καὶ οὐ μάλ' ἐρευθής
 Πνευματῆ. Παχὴ δὲ καὶ ἀμβλείησι κεραταῖς
 Τέτρατον ἐκ τριατάτοιο φῶς ἀμενηνὸν ἔχουσα
 Ἡ νότῳ ἀμβλύνηται, ἥ ὕδατος ἐγγυὲς ὄντος.

Varro : Si quarto die luna erit directa, magnam tempestatem in mari præragiet, nisi si coronam circa se habebit, et eam sinceram : quoniam illo modo non ante planam lunam hiematurum ostendit, si plenilunio per dimidium pura erit, dies serenos significabit : si rutila, ventos : nigrescens, imbres. Si caligo orbis nubem incluserit, ventos qua se ruperit : si gemini orbis junxerint, majorem tempestatem, et magis si tres erunt, aut nigri, aut interrupti, atque distracti. Nascens luna si cornu superiore obatro surget, pluvias decrescens dabit, si inferiore, ante plenilunium, si in media nigritia illa fuerit, imbrem in plenilunio. Si plena circa se habebit orbem, ex qua parte his maxime splendebit, ex ea ventum ostendet ; si in ortu cornua crassiora fuerint, horridam tempestatem. Si ante quartam non apparuit, vento Favonio flante, hiemalis toto mense erit. Si decima sexta vehementius flamma apparuerit, asperas tempestates præragiet. His similia habet Plinius libro dicto, et auctor *Geoponicorum*, lib. 1 ; Ruellius collect. *De nativitate stirpium*, lib. II, cap. *De præragiis solis et lunæ* ; et Theophrastus.

Ibid., lin. 42. Ὅργανα οὖν χρόνων. Augustinus *De Genesi ad litt.* lib. II, cap. 16, *Certe*, inquit, vel

A hoc concedant oculis nostris, ut ea duo sidera, manifestum sit amplius cæteris lucere super terram, nec diem clarescere nisi luce solis, nec noctem tot stellis fulgentibus, ita lucere si luna desit, quemadmodum præsentia illius illustratur.

Ibid., lin. 44. Τὰ δὲ ἄστρα καὶ μηνῶν. De varia astrorum observatione in agrorum cultura, multa veteres, Plinius, Theophrastus, Varro, auctor *Geoponicorum*, et alii.

Ibid., lin. 46. Καὶ αἱ πλειάδες ἀνατέλλουσαι. Hesiodus in *Ἔργους καὶ ἡμέραις*, l. II.

Πληθῶν Ἀτλαγενέων ἐπιτελλομένων,
 Ἀρχεσθ' ἀμηντοῦ ἀρότιο δὲ δυσσομενῶν
 Αἱ δὲ τοὶ νύκτας τε καὶ ἡμέρας τεσσαράκοντα
 Κεκρύφαται· αὐτὶς δὲ περιπλομένον ἐνιαυτοῦ
 Φαίνονται, τὰ πρῶτα χαρασσομένου σιδήρου.

B Et Columella, *De re rustica*, lib. II, cap. 8, *Placet nostro poetæ adorem, atque etiam triticum non ante seminare quam occiderint Virgiliae* : quod ipsum numeris sic edisserit :

At si triticeam in messem, robustaque surra
 Exercebis humum solisque instabis aristas,
 Ante tibi Eoæ Atlantides abscondantur.

Absconduntur autem altero et tricesimo die post autumnale æquinoclium, quod fere conficitur nono Kalend. Octobris : propter quod intelligi debet tritici satio dierum sex et quadraginta ab occasu Virgiliarum qui fit ante diem IX Kalend. Novembris ad brumæ tempora : sic enim servant prudentes agricolæ, ut quindecim diebus prius quam conficiatur bruma, totidemque post eam confectam neque arent, neque vitem aut arborem putent.

C Ibid., lin. 54. Πρὸ δὲ τούτων χρόνος. Idque demonstrari potest argumento validissimo ex Aristotelis doctrina, præsupposito tempus esse numerum motus. In quo autem differat ævum a tempore plura Proclus Diadochus in *Theologia Platonica*.

Ibid., lin. 57. Κυρῶς δὲ λέγειν ἡγούμεθα. Basiliius, hom. 6, Κυρῶς δὲ λέγειν ἡγούμεθα τὰς τῶν ὠρῶν ἐναλλαγὰς, χειμῶνος, καὶ ἔαρος, καὶ θέρους, καὶ μετοπώρου· ἃς εὐτάκτως περιοδοῦν ἡμᾶς τὸ τεταγμένον τῆς κινήσεως τῶν φωστήρων παρέχει. De quatuor anni temporum vicissitudine nonnulla, etsi pueriliter philosophatur, et quasi plasticè proponit Eustathius, sive Eumathius *Macrembolita* lib. IV *De amoribus Ismenes et Ismenia*.

Col. 721, lin. 4. Καὶ χειμῶν μὲν γίνεταί. Basiliius, hom. 6, Χειμῶν μὲν γὰρ γίνεται τοῖς νοτίοις μέρεσι τοῦ ἡλίου προσδιατρίβοντος, καὶ πολὺ τὸ νυκτερινὸν σκίασμα περὶ τὸν καθ' ἡμᾶς τόπον ἀποτελοῦντος, ὥστε καταψύχεσθαι μὲν τὸν περὶ γῆν ἀέρα, πάσας δὲ τὰς ὑγρὰς ἀναθυμιάσεις, συνισταμένας περὶ ἡμᾶς, ὑμῶν τε αἰτίαν καὶ κρυμῶν, καὶ νιφάδος ἀμυθῆτου παρέχειν. Gemin. *De apparent. cælest.*, Τροπὴ δὲ ἐστὶ χειμερινή, ὅταν ὁ ἥλιος πορθωτάτῳ ἡμῶν τῆς οἰκῆσεως γένηται, καὶ ταπεινότατος ὡς πρὸς τὸν ὀρίζοντα, καὶ νοτιώτατος κύκλον γράψῃ, καὶ μεγίστην πασῶν τῶν ἐν ἐνιαυτῷ νύκτα ποιήσῃται, ἐλαχίστην δὲ ἡμέραν.

Ibid., lin. 7. Ἐπειδὴν δὲ ἐπανιών. Basiliius,

hom. 6. Ἐπειδὴν δὲ ἐπινυίων πάλιν ἀπὸ τῶν μεσημβρινῶν χωρίων ἐπὶ τοῦ μέσου γένηται, ὥστε ἐξ Ἰσου μερίζειν νυκτὶ πρὸς ἡμέραν τὸν χρόνον, ὅσον πλείστον τοῖς ὑπεργείοις προσδιαιτρίβει τόποις, τοσοῦτω κατὰ μέρος ἐπανάγει τὴν εὐκρασίαν, καὶ γίνεται ἕαρ πᾶσι μὲν φυτοῖς τῆς βλαστῆσεως ἀρχηγόν, δένδρων δὲ τοῖς πλείστοις παρέχον τὴν ἀναβίωσιν, ζώοις δὲ χερσαίοις, καὶ ἐνύδροις ἅπασιν τὸ γένος φυλάσσειν ἐκ τῆς τῶν ἐπιγυνομένων διαδοχῆς. Geminus : Ἐαρινὴ μὲν οὖν ἰσημερία γίνεται περὶ τὴν τῶν ἀνθέων ἀκμήν ἐν Κριῶν μιᾷ μοίρᾳ. Vide de hoc plura apud Cicero-nem, II *De natur. Deorum*.

Col. 721, lin. 11. Καὶ γίνεται ἕαρ τοῖς μὲν φυτοῖς.

Longus sophista *Ræmenicon* lib. 1, Ἦρος ἦν ἀρχή, καὶ πάντα ἤκαμζεν ἄνθη, τὰ ἐν δρυμοῖς, τὰ ἐν λειμῶσι, καὶ ὅσα ὄρεα. Βόμβος ἦν ἤδη μελιττῶν, ἤχος ὀρνίθων μουσικῶν, σκιρτήματα ποιμνίων ἀρτιγεννητῶν· ἄρνες ἐσκήρτων ἐν τοῖς ὄρεσιν, ἐβόμβουν ἐν τοῖς λειμῶσιν αἱ μέλιτται, τὰς λόχμας κατηῆδον βρυνίθες.

Ibid., lin. 13. Ἐκεῖθεν δὲ ἤδη. Basilius, hom. 6, Ἐκεῖθεν δὲ ἤδη πρὸς θερινὰς τροπὰς ἐπ' αὐτὴν τὴν Ἄρκτον ἀπελαύνων ὁ ἥλιος· τὰς μεγίστας ἡμῖν τῶν ἡμερῶν παρίσσει, καὶ διὰ τὸ ἐπὶ πλείστον προσομιλεῖν τῷ ἀέρι, αὐτὸν τε καταφρίσσει τὸν ὑπὲρ κεφαλῆς ἡμῶν ἀέρα, καὶ τὴν γῆν πᾶσαν καταστραίνει, τοῖς τε σπέρμασιν ἐκ τούτου συνεργῶν πρὸς τὴν ἄδρῃσιν καὶ τῶν δένδρων καρποῦς καταπέιγων ἐπὶ τὴν πέψιν, ὅτε καὶ φλογωδέστατος ἐστὶν ἑαυτοῦ ὁ ἥλιος, βραχείας ποιῶν τὰς σκιὰς ἐπὶ τῆς μεσημβρίας, διὰ τὸ ἀφ' ὑψηλοῦ τὸν περὶ ἡμᾶς καταλάμπειν τόπον. Geminus : Τροπὴ δὲ θερινὴ γίνεται περὶ τὴν τῶν καυμάτων ἐπίστασιν ἐν Καρκίνου μιᾷ μοίρᾳ, ὅπου ὁ ἥλιος τὸν βορειότατον κύκλον γράφει, καὶ μεγίστην πασῶν τῶν ἐν ἐνιαυτῷ ἡμέραν ἐπιτελεῖ, ἐλαχίστην δὲ τὴν νύκτα. Longus *Ræmenicon* lib. 1, Ἦρος οὖν ἤδη τέλος, καὶ Θέρους ἀρχή, καὶ πάντα ἐν ἀκμῇ, δένδρα ἐν καρποῖς, πεδία ἐν ληθαῖς· ἡδεῖα μὲν τεττίγων ἴχθη, γλυκεῖα καὶ ἡ τῆς ὑπώρας ὁδμή, τερπνὴ δὲ ποιμνίων βληγῆ. Εἵκισεν ἄν τις καὶ τοὺς ποταμούς· ἄδειν ἡρέμα βέοντας, καὶ τοὺς ἀνέμους συρρίπτειν ταῖς πέτραις ἐμπνέοντας, καὶ τὸν ἥλιον φιλόχαλον ὄντα πάντα ἀποδύειν.

Ibid., lin. 19. Ἐρ γὰρ ταῖς βραχυτάταις. Basilius, hom. 6, Μέγιστα γὰρ εἰσιν ἡμερῶν, ἐν αἷς βραχυτάτα εἰσιν αἱ σκιαί, καὶ βραχυτάτα πάλιν ἡμέραι αἱ τὰς σκιὰς ἔχουσαι μακροτάτας· καὶ τοῦτο παρ' ἡμῖν τοῖς ἑτεροσκιόσις λεγομένοις, ὅσοι τὰ ἀρκυῖα τῆς γῆς ἐποικοῦμεν. Horum accuratam expositionem habes apud Cleomedem, *Meteor.* lib. 1.

Ibid., lin. 20. Καὶ πάλιν ἀπὸ τῶν προσαρκτίων. Basilius, hom. 6, Ἐντεῦθεν διαδεξαμένη ἡμᾶς τοῦ μετοπώρου ἡ ὥρα ἀποθραύει μὲν τοῦ πνίγους τὸ ὑπερβάλλον, κατὰ μικρὸν δὲ ὑφείσα τῆς θέρμης διὰ τῆς κατὰ τὴν κρᾶσιν μεσότητος ἀβλαβῶς ἡμᾶς δι' ἑαυτῆς τῷ χειμῶνι, προσάγει δὲ γλῶσσιν τοῦ ἡλίου πάλιν ἀπὸ τῶν προσαρκτίων ἐπὶ τὰ νότια ὑποστρέφοντος. Geminus : Ἰσημερία δὲ ἐστὶ φθινοπωρινή, ὅταν ὁ ἥλιος ἀπ' ἀρκτων πρὸς μεσημβρίαν παροδεύων, πάλιν ἐπὶ τοῦ ἰσημερινοῦ γένηται κύκλου, καὶ ἴσην τὴν ἡμέραν τῇ νυκτὶ ποιήσεται. De modo incrementi, et decrementi dierum ac noctium, ac temporum mutatione, vicissitudine, ca' oris et frigoris successione, sole per spatia zodiaci quæ sunt inter æquinoctialia et tropica puncta percurrente, et eorum causa diligenter admodum Cleomedes libr. jam dicto, I, *Meteororum*; et Plinius lib. xviii, cap. 25.

Ibid., lin. 25. Οὐ ποιεῖ δὲ τὴν ἡμέραν. Basilius, hom. 6, Ἔστωσαν δὲ καὶ εἰς ἡμέρας, οὐχ ὥστε ἡμέρας ποιεῖν, ἀλλ' ὥστε καταρχειν τῶν ἡμερῶν. Ἡμέρα γὰρ καὶ νύξ πρεσβύτερα τῆς τῶν φωστήρων γενέσεως. Τοῦτο γὰρ ἐνδείκνυται ἡμῖν καὶ ὁ φάλμδς λέγων· Ἔθετο ἥλιον εἰς ἐξουσίαν τῆς ἡμέρας, σελήτην καὶ ἀστέρας εἰς ἐξουσίαν τῆς νυκτός. Πῶς οὖν ἔχει τὴν ἐξουσίαν τῆς ἡμέρας ὁ ἥλιος; Ὅτι τὸ φῶς ἐν ἑαυτῷ περιφέρων, ἐπειδὴν ποτε τὸν καθ' ἡμᾶς ὀρίζοντα ὑπεράρρη, ἡμέραν παρέχει διαλύσας τὸ σκότος.

Ibid., lin. 34. Ἢ δὲ σελήτην ἐπειδάρ. Basilius, hom. 6, Σελήτην μὲν, ἐπειδὴν δωδεκάκις τὸν ἑαυτῆς ἐκτελέση δρόμον, ἐνιαυτοῦ ἐστὶ ποιητικῆ· πληθὸν δὲ μηνὸς ἐμβολίου δέεται πολλάκις πρὸς τὴν ἀκριβῆ τῶν ὠρῶν συνδρομῆν· ὡς Ἑβραῖοι τὸ παλαιὸν τὸν ἐνιαυτὸν ἦγον, καὶ τῶν Ἑλλήνων οἱ ἀρχαιότατοι. Ludovicus Fidelis *De mundi structura*, lib. v, cap. 5, Sunt autem annorum hi, ut aiunt, lunares, illi solares. Lunares tredecim lunæ revolutionibus : solares una completa solis a puncto Arietis, usque ad idem punctum revolutione duodecim menses, seu trecentos sexaginta quinque dies complectente, uno addito quadrante perficiuntur. Annus autem bissextilis dicitur, qui quarto quoque anno 366 diebus compleitur. Plura de hoc anno Corsorinus, Josephus Scaliger et alii.

Ibid., lin. 35. Πληθὸν δὲ μηνὸς ἐμβολίου. Plinius lib. II, capit. 8, Deinde solis meatum esse partium quidem trecenturum sexaginta : sed ut observatio umbrarum ejus redeat ad notas, quinos annis dies adjici, superque quartam partem dies, quam ob causam quinto anno unus intercalaris dies additur, ut temporum ratio solis itineri congruat. De anno intercalari et mense vide Solinum capit. III, Petrum Nannium Symmionem lib. v, et alios qui de emendatione temporum scripsérunt.

Ibid., lin. 37. Ὁ γὰρ ἡλιακὸς ἐνιαυτός. Basilius, hom. 6, Ἡλιακὸς δὲ ἐστὶν ἐνιαυτός ἡ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ σημείου ἐπὶ τὸ αὐτὸ σημεῖον κατὰ τὴν οἰκείαν κίνησιν τοῦ ἡλίου ἀποκατάστασις. Et Isaacus Argyrus in *Canone paschali*, cap. 1, Ἐπειδὴ γὰρ ὁ ἐνιαυτός τῇ τοῦ ἡλίου κινήσει παραμετρεῖται, ἡ δὲ τοῦ ἡλίου κίνησις κυκλικῶς ἐνεργουμένη καὶ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ σημείου εἰς τὸ αὐτὸ ἀποκαθισταμένη τὸν ἐνιαυτὸν ὀρίζει. Et Geminus libello *De Apparent. caelest.*, Ὁ δὲ ἥλιος ἐνιαυτῷ διαπορεύεται τὸν ζωδιακὸν κύκλον· ἐστὶ γὰρ ἐνιαυτός χρόνος, ἐν ᾧ ὁ ἥλιος περιπορεύεται τὸν ζωδιακὸν κύκλον, καὶ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ σημείου ἐπὶ τὸ αὐτὸ σημεῖον ἀποκαθίσταται. Ὁ δὲ χρόνος οὗτός ἐστιν ἡμερῶν τεξέων· ἐν τοσαύταις γὰρ ἡμέραις τὰς τεξ' μοίρας παροδεύει ὁ ἥλιος· ὥστε

παρὰ μικρὸν ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ μοῖραν κινεῖσθαι τὸν ἄστρον.

Col. 721, lin. 39. Τῆς δὲ σελήνης ληρούσης. Basilii, hom. 6, Οἶμαι δὲ καὶ τῆ τῶν ζώων κατασκευῆ, καὶ τοῖς ἀπὸ γῆς φουμένοις, μὴ μικρὰν ὑπάρχειν ἐκ τῆς κατὰ τὴν σελήνην μεταβολῆς τὴν συντέλειαν. Ἄλλως γὰρ διατίθεται μειουμένης αὐτῆς, καὶ ἄλλως αὐξομένης τὰ σώματα, νῦν μὲν ληρούσης ἀραιὰ γενόμενα, καὶ κενὰ, νῦν δὲ αὐξομένης, καὶ πρὸς τὸ πλήρες ἐπειγομένης, καὶ αὐτὰ πάλιν ἀναπληρούμενα. Sextus Empyricus in eadem sententiam l. viii, Adt. mathem., Κατὰ γὰρ τὰς τῆς σελήνης αὐξήσεις καὶ φθίσεις πολλὰ τῶν τε ἐπιγείων ζώων καὶ θαλασσίων φθίνει τε καὶ αὐξεῖ, ἀμπτύεις τε καὶ πλημμυρίδες περὶ τινὰ μέρη τῆς θαλάσσης γίνονται. Hæc eadem incremento ejusdem augeri, decremento minui dicit Plinius lib. ii, cap. 41, et cap. 99, ubi potestatem lunæ et terrenam et marinam explicat. Consule item Ælium De hist. anim. lib. ix, cap. 4, qui etiam lib. xi, cap. 13, narrat, physam Ægyptium piscem, necnon et illius jecur cum luna pariter decrescere, pariterque recrescere. Plura quæ συμπάθειαν habent cum luna augescente, et senescente enumerat Gellius lib. xi, cap. 8, refertque Lucilii versus huc pertinentes. Manilius præcæm. lib. ii, sic ait,

*Sic submersa fretis, concharum et carcere clausa
Ad lunæ motum variant animalia corpus.*

Hippocrates, sive quis alius libello De Astronomia, ex interpretatione Gulideoli Mordici: *Aspice lunam quando est plena lumine, quia tum crescit sanguis, et medulla in omni homine, et bestiis omnibus. Idem fit in mari et cunctis in rebus mundanis.* Ptolemæus, Ἦ τε σελήνη ὡς περιγειοτάτη ὀδῶσι τοῖς πρὸς τῆ γῆ τὴν ἀπὸ βροτῶν, συμπαθούτων αὐτῆ, καὶ συντροπομένων τῶν πλείστων, καὶ ἐμψύχων καὶ ἀψύχων· καὶ ποταμῶν συναυξόντων καὶ συμμειούτων τοῖς φωσιν αὐτῆς τὰ βέμματα, θαλασσῶν δὲ συντροπουσῶν ταῖς ἀνατολαῖς· et interpretes anonymus Tab. Ptolem., Ὅρῳ μὲν γὰρ καὶ τὰ θαλάττια ζῶα συναυξανόμενα καὶ συμμειούμενα τῆ σελήνῃ, καὶ ἡμῶν δὲ αὐτῶν τινὰ μέρη τοῦ σώματος, οἷον θυλακῆς καὶ τριχῆς· ἦν δὲ τι καὶ ἱερὸν ζῶον ἐν τῇ Αἰγύπτῳ ταῦρος ἀνακείμενος τῆ θεῶ, οὗ ἡ ὀδὴ συνήρξανεν αὐτῆ, καὶ συνεμειούτο. Εἰσὶ δὲ καὶ νῦν συμφθίνοντες, καὶ συναυξοῦντες λίθοι τινὲς τῆ θεῶ. Horat. ii, sermonum 4 :

Lubrica nascentes implent conchilia lunæ.

Isidorus libr. xii, cap. 6, *Omnium clausorum maris animalium, atque concharum incremento lunæ membra surgunt; defectu evacuantur. Lunæ enim, cum in augmento fuerit, auget humorem, cum vero in defectum venerit, humores minuuntur, etc.* Ludovicus Fidelis De mund. struct. libr. v, cap. 5, *Lunæ, inquit, diversitate, incremento vel decremento, augentur vel minuuntur, impinguntur, vel marcescunt corpora inferiora, quod animantia bruta, aves ac pisces, illorumque medullæ, imo et maris acces-*

sus vel recessus liquido monstrant. Norunt pariter experti medici morbos, morborumque periodos, et ipso lunæ incremento, plenilunio, vel decremento nauæ vel committunt; agricolæ aspectu lunæ diverso terras aratro findunt, fino impingunt, semina spargunt, segetes metunt, cæteraque agris ac hortis colendis diligenter adaptant, et id generis plurima astrorum referri possent signa. Oppianus Ἀλιευτικῶν quinto, versu 589 :

*Ἐθρεα δ' ὀστράκια, τὰ θ' ἐρπύζουσι θαλάσση
Πάντα φάτις, μήνης μὲν ἀεξομένης κατὰ κύκλον,
Σαρκὶ περιπλήθειν, καὶ πλείονα καιέμεν ὄκρον·
Φθινοῦσης δ' ἐξ αὐτῆς ἀφανροτέροις μελέεσσι
Ῥιχνούσθαι· τολή τις ἐνὶ σφίσιν ἐστὶν ἀνάγκη.*

Et Plinius lib. ix, cap. 31, *Cancris et omnia ejus generis hieme læduntur, autumnno et vere pinguescunt et plenilunio magis, quia nocte sidus tepido fulgore mitificat.* Quibus manifestum est, non tantum conchilia, sed animalia, et multos præterea lapides aliaque diversissimi generis cum luna crescere, et decrescere. Nonnus Dionysiacon v, de selenete lapide

— Τῆ δὲ σελήνης
*Ἐγχε λίθον πάλλευνον, ὃς εὐκεράϊο θεατρῆς
Λειπομένης μινύθει, καὶ ἀέξεται ἐπὶ ποτὲ μήνη
Ἄρτιφανῆς σέλις ὕγρον ἀποστίλβουσα κεραλῆς
Ἡελίου γενετῆρος ἀμέλγεται αὐτόγονον πῦρ.*

Psellus de lapidibus: Ὁ σελήνιτις. Καλεῖται δὲ οὕτως, ὅτι ὀφθαλμὸν οἶόν τινα συναυξόμενον τοῦτον καὶ συμμειούμενον ταῖς τῆς σελήνης αὐξήσεσι καὶ συμμειώσεσι δείκνυται. Vide Philippum Maussacum in notat. ad Plutarchum de flumin. in *Hydaspe*, et Cæsarem Ævolum Neapolitanum De causis antipathicæ et sympathicæ rerum naturalium in fine. Et Rodolphus Goclenius in *Morosophia* Joannis Roberti pag. 171, et sequent., plura ex laudatis auctoribus congerit, de vi et efficacia lunæ in his inferioribus. Mirum item est quod in Herbarii ejusdem schedis legitur, lunariam herbam in summis Alpibus nasci prope fontes aut flumina, foliis parvulis, rotundis instar nummuli ad amaraci fere similitudinem, cæsii vel cærulei coloris, caule rubro, et odorato, radice crocea; lunariamque idcirco appellari, quod ad lunæ auctus, vel imminutiones crescere ac decrescere consueverit, totidemque folia habere dicitur, quot luna habet dies.

Ibid., lin. 42. *Διότι ὕγροτῆτά τινα θερμότητι κεκραμένῃ ἐπὶ τὸ βάθος φθάνουσιν λεληθότως ἐνήθειν.* Aristoteles, lib. v, De part. animal., cap. 5, rationem augmenti tradit esse noctes tepidiores, quemadmodum et decrementi frigidiores; cum enim animalia hæc exsanguia, ut ostrea, conchylia, et id generis alia sint frigidioris naturæ, frigore vexata calorem desiderant, cujus ope pleniora evadunt. propter enim lucem pleniorum noctes sunt tepidiores, et non quia per id tempus copiosius pascuntur ut multi dixerunt. Quinimo ipse Aristoteles l. iv, De generatione animal., cap. 2, docet sicuti sol per totum annum æstatem atque hiemem facit, ita lunam per men-

sem, non quidem accessu, decessuque ut solem, A sed incremento, et decremento luminis. Luna enim plena calorem, quem reliquo tempore habet minus intensum, haurit; sicut et sol æstate plus calefacit, hieme minus.

Col. 721, lin. 43. *Οἱ γὰρ καθεύδοντες*. Basilius, hom. 6 : *Δηλοῦσι δὲ οἱ καθευδοντες ὑπὸ σελήνην ὑγρότητος περισσῆς τὰς τῆς κεφαλῆς εὐρυχωρίας πληροῦμενοι, καὶ τὰ νεοσφαγῆ τῶν κρεῶν ταχὺ τρεπόμενα τῇ προσβολῇ τῆς σελήνης, καὶ ζῶων ἐγκέφαλοι, καὶ τῶν θαλαττίων τὰ ὑγρότατα, καὶ αἱ τῶν δένδρων ἐντερῶναί.* Galenus lib. III *De dieb. decretor.*, de luna : *πάντα μὲν γὰρ ἂ ὄραν πέφυκεν ἀμυδρὰ γίνεσθαι, μηχανιστοῦς γενομένης αὐτῆς· ἅπαντα δὲ ἰσχυρὰ πεπληρωμένης, ὥστε καὶ τοὺς καρπούς ἐν τῷδε πεπαίνει καὶ αὐξάνει τάχιστα, καὶ τὰ νεκρὰ σώματα διασπείρει, καὶ τοὺς ὑπὸ τὴν αὐγὴν αὐτῆς κοιμηθέντας, ἣ καὶ ἄλλως ἐπὶ πλεον διατριβήσας, ὄχρους καὶ καρθηθαρικούς ἀπεργάζεται.* Omnia siquidem quæ facere nata est, ubi falcis figuram representat, languida fiunt; valida omnia, cum plena fuerit. Quapropter et fruges tunc adauget, maturatque celerime, mortua corpora in tabem dissolvit, somnoque sopitis sub ejus lumine, vel aliter diutius immoratis pallorem, et capitis dolorem conciliat.

Ibid., lin. 46. *Ὁμοίως δὲ καὶ τὰ περὶ*. Basilius, hom. 6 : *Καὶ τὰ περὶ τὸν ἀέρα δὲ πάθη ταῖς μεταβολαῖς ταύτης συνδιατίθεται, ὡς μαρτυροῦσιν ἡμῖν αἱ τε κατὰ τὴν νοσηνίαν πολλάκις ἀπὸ γαλήνης καὶ νηνεμίας αἰφνιδίως παραχαλινεφῶν κλονουμένων, καὶ C συμπιπτόντων ἀλλήλοις.*

Ibid. lin. 50. *Καὶ γίνονται περὶ τοὺς εὐρίπους*. Basilius, hom. 6 : *Καὶ αἱ περὶ τοὺς εὐρίπους παλιήροισι, καὶ ἡ περὶ τὸν λεγόμενον ὠκεανὸν ἄμπωτις, ἦν ταῖς περιόδοις τῆς σελήνης τεταγμένως ἐπομένην ἐξεύρον οἱ προσοικούντες. Οἱ μὲν γὰρ εὐριποὶ μεταβρέουσιν ἐφ' ἑκάτερα κατὰ τὰ λοιπὰ τῆς σελήνης, ἐν δὲ τῷ καιρῷ τῆς γενέσεως οὐδὲ τὸ βραχυτάτον ἀτρεμοῦσιν, ἀλλ' ἐν σάλῳ καὶ ταλαντώσει διηνεκεῖ καθεστήκασιν, ἕως, ἐκφανείσα πάλιν, ἀκολουθίαν τινὰ τῇ καλιβρόλῳ παράσχηται. Ἡ δὲ ἐσπερία θάλασσα τὰς ἀμπώτεις ὑφίσταται, νῦν μὲν ὑπονοστοῦσα, πάλιν δὲ ἐπικλύζουσα, ὥσπερ ἀναπνοαῖς τῆς σελήνης ὑφέλκομένη πρὸς τὸ ὀπίσω, καὶ πάλιν ταῖς ἀπ' αὐτῆς ἐκπνοαῖς εἰς τὸ οἰκεῖον μέτρον προωθουμένης. D Εὐρίπους, vel εὐριπος, est fretum seu ductus aquarum terram utraque parte adjacentem dividens. Cicero lib. V. *De legibus* : *Ductus aquarum quos isti Nilos Euriposque vocant, quis cum viderit non irriserit?* Pollux lib. IX, cap. 4 : *Ἴνα δὲ ἡ θάλασσα ἐκατέρωθεν οὖσαν τὴν γῆν διαιρεῖ, τοῦτο θαλάσσης αὐλῶνα, καὶ εὐριπον, καὶ πορθμὸν δεῖ καλεῖν.* Magis proprie tamen id nomen fuit impositum ad illa explicanda quæ moventur atque recurrunt, fluendo vel refluendo. Longus Pœmen. I : *Πόλις ἐστὶ Λέσβου Μετυλήνη μεγάλη καὶ καλὴ· διεληπται γὰρ εὐρίποις, ὑπερσερούσης τῆς θαλάττης, καὶ χεκόσμηται γεφύραις ἕξτου καὶ λευκοῦ λίθου.* Propriissime tamen Euripus dicebatur apud veteres fretum Pyr-*

rhæum. Sita autem Pyrrha erat in occiduo Lesbi latere C a Malia stadiis, ita referente Strabone lib. XIII; et mare inter Eubœam et Chalcidem, quod ponte duum jugerum jungebatur. Quod et aliis fuisse commune satis manifestum est in historia, et quamvis Eustathius videatur refluxum maris in Euripis tantum affirmare; tamen si recte ejus verba perpendantur, de universa iocius maris mole, sive (ut ita dicam) barathro intelliguntur. Euriporum autem mentionem induxit, quod in illis præcipue fluxus iste cernatur. *Et circa littora*, ut inquit Plinius, *magis quam in alto hi æquoris motus deprehenduntur.* Qui quo manifestior oculis spectantium est, eo perplexior angit considerantium animos, et veritatem sensu patentem deturbat atque confundit. Quidam existimarunt, nocte, et interdiu reciproci æquoris fluxu æstuantem relabi septies. Seneca in Hercule OEIæo :

*Euripus undas flectit instabiles vagas
Septemque cursus fert et totidem refert.
Dum lapsus Titan mergat Oceano jubar.*

Livius lib. XVII non assentitur huic sententiæ : *Et fretum ipsum*, inquit, *Euripi non septies die, sicut fama fert, temporibus statis reciprocatur, sed temere in modum venti, nunc huc, nunc illuc verso mari velut monte præcipiti devolutus torrens rapitur.* Antiphilus Byzantius ejus reciprocationem *Antholog. Epig.* lib. I, cap. 36, elegantissime expressit :

*Εὐβοικοῦ κόλπου κυλιδίνητες θάλασσα,
Πλαγικτὸν ὕδωρ, ἰδοὺς βεῦμασιν ἀντικαλὸν
Ἑλλῶ κῆρ νυκτὶ τεταγμένον ἐς τριεὶ ἄριστον·
Ναυσὶν ὄσον πέμπεις χεῦμα δανειζόμενον,
θαῦμα βλον θαμβῶ σε τὸ, μνῆρον, οὐδὲ ματεῖω
Σὴν στάσιν. Ἀρρήτω ταῦτα μέμηλες φύσει.*

Diu item quæsitum a philosophis, quanam ratione, et quo impellente mare accederet, rursusque recederet; eorum placita refert Plutarchus. Euripides in *Iphigenia Taurica* a ventis quibusdam illic flantibus ita rapi credit. Quid, si id idem fieri nulla flante aura compertum est? Aristotelem, quod rei hujus naturam invenire non posset, tædio animam efflasse perhibet Nanzianzenus, Justinus martyr in illius profundum se præcipitem dedisse, sicque demersum animum abjecisse. Communior tamen sententia et veritati magis consona videtur, quam secuti sunt nonnulli antiqui philosophi et viri præstantissimi, sed etiam multi catholicæ Ecclesiæ Patres, et quam amplectitur noster Eustathius, lunam scilicet esse causam hujus motus, quomodo autem id fiat, explicatur a philosophis in meteoris, et nos infra quædam dicemus. Ita sensere Ptolemæus, Cicero, Plinius, Strabo, Marsilius Ficinus, Levinus Lemnius, et alii. Idem placuit Ambrosio lib. IV *Hexæm.*, cap. 7, Basilio, hom. 6.

Ibid., lin. 51. *Καὶ περὶ τὸν ὠκεανόν*. De æstu maris, et ejus consideratione, et causa, et aliorum circa hoc opinionibus plura habes apud Franciscum Vallesium, *De sacra philosophia*, cap. 52, et adversus Eratosthenem, qui soli ἀνωμαλίας hujus causam esse volebat, et maris ejusdem aliam at-

que aliam superficiem disertissime disputat Strabo lib. 1. Consule præterea Laurentium Corvinum in sua *Geograph.*, c. 11; Joannem Franciscum Picum, l. 1 *De examine vanit.*, c. 12; Joannem Picum, lib. III *Contra Astrol.*, cap. 15; Ficinum, cap. 6, ad Plotin. lib. III, *Ennead.* 2; Contarenum, lib. II *De elementis*; et Levinum Lemnium *De occult. nat. mirac.*, lib. II, cap. 41, cujus verba, quia controversiæ hujus nodum dilucide expediunt, et omne dubium amovent, lucemque afferunt auctori, hic describere non gravabor: *Magna sane, inquit, et lunæ opera, in rerum natura apparent: verum solis effectibus posteriora. Solis enim beneficio illa fruuntur, lucemque ab illo sortitur, sic ut tanta illius pars illustretur, quantam sol suo splendore irradiat; deficit autem lucisque expers redditur, ubi terræ interventus illi interceptur. Tunc autem potissime in terrena vires suas explicat, cum vel soli ex adverso opposita impletur, atque orbiculata efficitur, vel ubi primum illi conjungitur. His enim dierum spatiis augescunt segetes, conchilia turgescunt, venæ sanguine, ossaque medullis implentur. Quo fit ut concubitus iis temporibus minus officiat. Et quoniam omnia humore imbuit, fit ut carnes radii illius expositæ tabescant, atque homines somno vinoque sopiti, pallorem capitique gravedinem contrahant, ac morbo comitiali afficiantur: relaxat enim nervos, ac cerebrum plus satis humectat, mentique vi algifica stuporem infert. Oceani quoque æstus excitare, causamque reciprocandi illi præbere non est quod quis ambigat. Si quidem cum perspicimus silenti atque obscura luna; eaque vel medio orbe dissecta, vel in cornua salcata sive augescat, aut minuat, nullos propemodum feri aquarum concursus, nec in ulla altitudinem attolli oceanum, quæcunque etiam littora alluit. Rursum ubi cum sole congregitur, atque innovari incipit, aut in orbem circumducta plena conspicitur maximos excitari æstus, fluctusque attolli in immensum, quis alio quam in lunæ motum, fluxum, refluxumque oceani referat? Ut enim magnes ferrum allicit, sic sidus hoc terræ proximum mare attrahit concitatque. Nam cum luna oritur, oceanus circa illas plagas devolvitur, nempe orientales, partesque occidentales deserit. Quando vero ad occasum vergit, in illis partibus crebescunt fluctus, in iis vero quæ ad ortum spectant detumescunt, idque affluentibus vel parcius pro incremento defectuque lucis quam lunares radii exhibent. Cætera ad hoc idem spectantia lege apud ipsum. Joannes Keplerus in Introductione ad suam *Astrologiam novam* ατιολόγητον rationes fluxus et refluxus maris ita insinuat: lunam scilicet sua attractoria vi, quæ ad terras usque porrigitur, aquas sub zonam torridam proleclare, quo facto nudari littora zonarum, et climatium lateralium. Itaque aquis in latiori alveo oceani assurgentibus, fieri potest, ut in angustioribus ejus sinibus, modo non nimis arcte conclusis, aquæ præsentem luna etiam aufugere ab ea videantur. Cum autem aquæ lunam verticem celeriter trans-*

PATROL. GR. XVIII.

volentem sequi non possint, fluxus quidem sit Oceani sub torrida in occidentem, quoad impingit ad contraria littora, curvaturque ab iis: dissolvitur vero discessu lunæ concilium aquarum, quod est in itinere versus torridam, quæ desertæ a tractu qui illas exciverat, impetu capto, remeat, et assullat ad littora sua; et hic impetus est alius generatus per absentiam lunæ, donec ipsa rediens frena impetus hujus recipiat moderaturque, et unâ cum suo motu circumagat. Ita littora æqualiter patentia iisdem horis implentur omnia, reductiora vero tardius, nonnulla diversimode ob diversos oceani aditus.

Ibid., lin. 53. *Κάτωθεν γὰρ ἡ σελήνη.* In eclipsibus solaribus, quam ratione solis radii lunam non penetrent, et quomodo luna, cum sit longe minor, totum tamen solem obscuret, diserte explicat Cleomedes, *Meteor.* lib. II, pag. 80 editionis Paris.

Ibid., lin. 55. *Μέγα δὲ καὶ αὐτὴ ἡ σελήνη.* De magnitudine lunæ, et aliorum planetarum plura Cleomedes loco d. et alii. Anaxagoras auctore Plutarcho lunam dicebat esse parem Peloponneso. Ludovicus Fidelis *De mun. str.*, l. V, c. 7, quæreret atque scrutari de magnitudine et quantitate solis et lunæ arrogans esse contendit, nosque contentos esse debere descripto solis, et lunæ, ac stellarum hoc munere, ut sol diei, et luna nocti præsent, dividantque inter lucem et tenebras, diem et noctem. Vanum est enim, inquit, præclarum terere tempus, et sudore multo exquirere, quæ Deus ignota esse voluit.

Ibid. *Μῦθοι δὲ Ἀηρώδεις ὑπὸ μεθυσόντων.* Basiliius, hom. 6: *Μῦθοι τινες καταγέλαστοι, ὑπὸ γραιδίων κωθωνιζομένων παραληρούμενοι, πανταχοῦ διεδόθησαν, ὅτι μαγγανείαις τισὶ τῆς οἰκίας ἔδρας ἀποκινηθεῖσα σελήνη πρὸς γῆν καταφέρεται. Πῶς μὲν οὖν κινήσει γοήτων ἐπασιδῆ, ἢν αὐτὸς ἐθεμελίωσεν ὁ Ὑψίστος πῶς δ' ἂν καὶ τόπος κατασπασθεῖσαν αὐτὴν ὑπεδέξατο;* Sagas, magosque cælum deponere, terram suspendere, ut verbis Apuleii utar, fontes durare, montes diluere, manes sublimare, deos infirmare, sidera extinguere, tartarum ipsum illuminare, mare pigrum colligare, solem inhibere, lunam deducere, stellas evellere, et alia multa dictu gravia, et maximæ admirationis, suis magnis susurraminibus, quandocunque, et ubicunque libuerit multi credere, et maxime omnium poetæ. Dido ad Annam sororem ait, lib. IV *Æneid.* Virgilianæ:

*Hinc mihi Massylæ gentis monstrata sacerdos:
Hæc se carminibus promittit solvere mentes
Quas velit, ast aliis duras immittere curas,
Sistere aquam fluvii, et flumina vertere retro,
Nocturnosque ciet manes: mugire videbis
Sub pædibus terram, et descendere montibus ornos.*

Propertius, *Eleg.* lib. I, eleg. 1:

*At vos deductæ quibus est fallacia lunæ
Et labor in magicis sacra piare focis.
En agedum dominæ mentem convertite nostræ,
Et facite illa meo palleat ore magis.*

*Tunc ego crediderim vobis, et sidera, et amnes
Posse Cytææis ducere carminibus.*

Tibullus, *Eleg.* 2, lib. 1 :

*Hanc ego de cælo ducentem sidera vidi,
Fluminis hæc rapidi carmine vertit iter.*

Apollonius, *Argon.* lib. III :

*Καὶ ποταμὸς ἴσθησ' ἱερὸς κελαδεῖνὰ φέροντας
Ἄστρα τε καὶ μίγνης ἰερῆς ἐπέδησε κελεύθους.*

Lucanus, lib. VI :

*Et patitur tantos cantu depressa labores,
Donec suppositas propior despumat in herbas.*

Ovid., XII *Metamorph.* :

*Mater erat Mycale, quam deduxisse canendo
Sæpe reluctantis constabat cornua lunæ.*

Horatius, oda V, *Epod.* :

*Quæ sidera excantata voce Thessala
Lunamque cælo diripit.*

Plura collegit Joannes Passeratius in dictum locum Propertii. Quæ omnia uti stolidi, fabulosa, quis sanæ mentis non rejiciet, cum auctores ipsi, qui illa mentibus hominum ingerere conati sunt, ea sibi contradicentes vituperant? Medea, si potuisset, non ita clamasset, *Si possem sanior essem, sed trahit invitam nova vis.* Circe quæ quidquid vellet posse credebatur, suum nequivit Ulysses remorari : quæ sic cecinit Ovidius, lib. I, *De remed. amor.* :

*Omnia fecisti ne callidus hostis abiret,
Ille dedit certæ linthe plena sugæ.
Omnia fecisti, ne te ferus ureret ignis;
Longus in invito pectore sedit amor.*

Sciteque ab Hippocrate diluitur libello *De epilepsia* : *Si enim, inquit, homo carminibus lunam deducere cælo posset, tum certe Deus, et mens divina, astrorum conditor et rector, hominum potestati, magnumque incantamentis, qucd dicere nefas est, esset obnoxius.* Fabulæ et erroris hujusce origo nata est, ut refert Plutarchus libr. *De præcept. connubial.*, quod homines lunæ deliquium ignorarent, ejusque luminis in eclipsi defectum. *Aganice*, verba sunt Plutarchi, *Hegestoris Thessali filia, siderum in plenilunii defectus perita, ac temporis quo luna objectu terræ umbra obnubilaretur gnara, cum hæc mulierculis credulis præsa futuri prædiceret, præcantatione lunam subducere cælo credebatur.* Hoc idem confirmat fragmentum veteris poetæ apud Turnebum, *Adversar.* lib. XIX, cap. 3; et Martinum Delium *Disquisitionum magicarum* lib. II, quæst. 11, et præter alios Cleomedes loco dicto. Τούτοις ἐξῆς τὸν περὶ τῆς ἐκλειψέως αὐτῆς ποιησώμεθα λόγον, ὅπως μὴ παραπλησίως τοῖς γραϊδίους καὶ ἡμεῖς δοξάζωμεν, ὅπότεν ἐκλείπει ἡ σελήνη, ὅτι φαρμακίδες εἰσὶν αἱ καθαροῦσαι αὐτήν. Multa in hanc sententiam habet Joannes Wicrus *De præstigiis dæmonum* lib. II, cap. 17; et Delrius dicto loco, qui, *Quæ sit magorum potestas in orbis cælestes, sidera et elementa*, pluribus explicat.

Ibid., lin. 59. *Μὴ γὰρ ἐξαπατάτω σε τὸ ζαι-*

A *νόμενον.* Basilius, hom. 6, *De sole* : *Μὴ ἐξαπατάτω σε τὸ φαινόμενον, μὴδ' ὅτι πηχυαῖος τοῖς ὄρωσι δοκεῖ, τοσοῦτον αὐτὸν εἶναι λογισθ.* Συναιρεῖσθαι γὰρ πέφυκεν ἐν τοῖς μεγάλοις διαστήμασι τὰ μεγέθη τῶν ὀρωμένων, τῆς ὀρατικῆς δυνάμεως οὐκ ἐξαρκουμένης τὸν μεταξὺ τόπον διαπερᾶν, ἀλλ' οἶονεῖ ἐνδαπανωμένης τῷ μέσῳ, καὶ κατὰ ὀλίγον αὐτῆς μέρος προσβαλλούσης τοῖς ὀρατοῖς. Μικρὰ οὖν ἡ ὄψις ἡμῶν γενομένη, μικρὰ ἐποίησε νομίζεσθαι τὰ ὀρώμενα, τὸ οικεῖον πάθος τοῖς ὀρατοῖς ἐπιφέρουσα. Ὡστε εἰ ψεύδεται ἡ ὄψις, ἀπιστον τὸ κριτήριον. Multi tamen ex antiquis philosophis etiam solem illius esse magnitudinis, qua se hominum oculis ostendit, affirmarunt, inter eos princeps fuisse videtur Epicurus, quem elegantissime, et non invalidis argumentis refellit Cleomedes, lib. II *Meteor.*

B Col. 724, lin. 4. *Ὡσπερ γὰρ εἰ τις.* Basilius, hom. 6 : *Ἵπομνήσθητι δὲ τῶν οικείων παθῶν, καὶ παρὰ σεαυτοῦ ἔξεις τῶν λεγομένων τὴν πίστιν.* Εἴ ποτε ἀπὸ ἀκρωρείας μεγάλῃς πεδίον εἶδες πολὺ τε καὶ ὕπιον, ἤλικα μὲν σοι κατεφάνη τὰ ζεύγη, πηλικοί δὲ οἱ ἀροτῆρες αὐτοί; εἰ μὴ μυρμηκῶν τινά σοι παρέσχον φαντασίαν. Εἰ δὲ καὶ ἀπὸ σκοπιᾶς καὶ μέγα πέλαγος τετραμμένης τῇ θαλάσῃ τὰς ὄψεις ἐπέβαλες, ἤλικαι μὲν σοι ἔδοξαν εἶναι τῶν νήσων αἱ μέγισται, πηλικὴ δὲ σοι κατεφάνη μία τῶν μυριοπόρων ὀκλάδων λευκοῖς ἰστίοις ὑπὲρ κυανῆς κομιζομένη θαλάσσης; εἰ μὴ πάσης περισσετέρως μικροτέραν σοι παρέσχετο τὴν φαντασίαν.

C Ibid., lin. 7. *Ἐνδαπανηθεῖσα γάρ.* Basilius, hom. 6 : *Διότι, καθάπερ ἔφηγ, ἐνδαπανηθεῖσα τῷ ἀέρι ἡ ὄψις, ἐξίτηλος γενομένη, πρὸς τὴν ἀκριεῆ κατάληψιν τῶν ὀρωμένων οὐκ ἐξαρκεῖ.* Eadem ratione Aristoteles *De generat. anim.* lib. V, cap. 4, ait ea quæ oculis prominentibus sunt procul cernere nequeunt, quæ contra intus in cavo oculos habent positos, longe aspicere possunt, διὰ τὸ τὴν κίνησιν μὴ διασκεδάνυσθαι εἰς ἀγανές, ἀλλ' εὐθυπορεῖν. Quibus verbis opinionem Platonis amplexus videtur Aristoteles, quemadmodum et III *Meteor.* cap. 3, 4 et 6, et *Problem.* sectione 31, problem. 16, ad dubitationes quasdam dissolvendas hac eadem utitur, quamvis contrariam secutus videatur. De opinione Platonis, aspectum scilicet afflicti imagine aliqua a re visa effluente, sed emicare ex oculis lucem, qua objectum comprehendat, tractant Priscianus Lydus lib. *De phantasia*; Chalciδίου *Comment. in Timæum Platonis*; Alcinoius in Introductione ad Platonem. *Philosophiam*; Nemesius *De nat. hom.*, cap. 7; Macrobius, *Saturn.* lib. VI, cap. 14; Plotinus lib. *De visione*; Euclides libello *De prospectiva*, et alii.

Ibid., lin. 9. *Καὶ ὅτι παμμέγεθες.* Basilius, hom. 6 : *Βούλει ἀπὸ μικρῶν τεκμηρίων λαβεῖν τοῦ μεγέθους αὐτῆς τὴν ἀπόδειξιν; Αἱ κατὰ τὴν οἰκουμένην πόλεις πλείστον ἀλλήλων ἀπρῆκισμέναι κατὰ τὴν ἀνατολὴν τετραμμέναις ῥυμοτομίαις ἐξ Ἰσοῦ πᾶσαι τὸ σεληναῖον φῶς ὑποδέχονται.* Plura de hoc vide apud Cleomedem loco dicto.

Ibid., lin. 14. *Καὶ ὁμοίως αὐτῆρ.* Similia le-

guntur apud Basilium, hom. 6 : Ὁμοίως γὰρ αὐτῆς ἅ ἀπὸ τῶν ἰσημερινῶν τόπων ἀνατελλούσης, οἱ τε προσοικούντες τῇ κατεφυγμένῃ, καὶ ὑπὸ τὰς περιστροφὰς τῆς ἄρκτου κείμενοι μεταλαμβάνουσι, καὶ οἱ κατὰ τὰ κοίλα τῆς μεσημβρίας τῆς διασκεκαυμένης γαίτονες· οἷς πᾶσι κατὰ τὸ πλάτος ἀντιπαρήκουσα, σαφεστάτην μαρτυρίαν τοῦ μεγέθους παρέχεται.

Ibid., lin. 18. Καὶ εὐθέως ἡ μὲν θάλασσα. Basiliius, hom. 7 : Ἦλθε πρόσταγμα, καὶ εὐθύς καὶ ποταμοὶ ἐνεργοί, καὶ λίμναι γόνιμοι, τῶν οικείων ἕκαστον αὐτῶν καὶ κατὰ φύσιν γενῶν καὶ ἡ θάλασσα τὰ παντοδαπὰ γένη τῶν πλωτῶν ὕδινε, καὶ οὐδὲ ὅσον ἐν ἰλύσι καὶ τέλμασι τοῦ ὕδατος ἦν, οὐδὲ τοῦτο ἀργὸν οὐδὲ ἄμιρον τῆς κατὰ τὴν κτίσιν συντελείας ἀπέμεινε.

Ibid., lin. 19. Τῶν γὰρ ἐναλίω. Basiliius, hom. 7 : Μάλιστα μὲν ἀμφίβια τὰ πολλὰ τούτων ἐστὶν οἷον φῶκαι, καὶ κροκόδειλοι, καὶ οἱ ποτάμιοι ἴπποι, καὶ βάρταχοι, καὶ καρκίνοι· ἀλλ' οὖν προηγούμενον ἔχει τὸ νηκτικόν. Plinius, lib. xxiii, cap. 11 : Jam caniculae, dromones, cornuæ, gladii, serræ communesque mari, terræ, amni hippopotami, crocod. li : et amni tantum, ac mari, thymni, thymnides, sihuri, coracini, percæ; et lib. ix, cap. 3, de Indici maris belluis sermonem habens : Exeunt, ait, et pecori similes belluæ ibi in terram, pastæque radices fructuum remeant, et quædam equorum, asinorum, taurorum capitibus quæ depascuntur sata. Vide Plinium lib. ix, cap. 19, et cap. 57, et Athenæum, lib. viii, pag. 248. Onesicritus, apud Strabonem, c. 45, narrat circa Taprobanem Indiæ belluas marinas accipites vitæ nasci, alias bobus similes, alias equis, alias variis animalibus terrestribus. Κήτη δὲ ἀμφίβια περὶ αὐτὴν γίνεσθαι, τὰ μὲν βουσί, τὰ δ' ἴπποις, τὰ δ' ἄλλοις χερσαίοις ἰοικότα. Ambrosius item lib. v Hex : Quin etiam cum pleraque pedes habeant, et ambulandi usum, eo quod sint amphibia, quæ vel in aquis, vel in terra vivunt, etc. Varro, iv De lingua Latina : Græci ea quæ in aqua et in terra possunt vivere vocant amphibia. Columella, lib. viii, cap. 12 : Venio nunc ad eas aves quas Græci ἀμφίβιους vocant, quia non tantum terrestria, sed aquatilia quoque desiderant pabula; nec magis humo quam stagno consueverunt : ejusque generis anser præcipue rusticis gratus est. Hæc Cicero vocavit ancipites bestias, lib. i De nat. deorum : Bestiarum autem terrenæ sunt aliæ, partim aquatiles, aliæ quasi ancipites in utraque sede viventes.

Ibid., lin. 23. Τὰ δὲ ζωότοκα. Basiliius, hom. 7 : Ἐξαγαγέτω τὰ ὕδατα ἐρπετά. Ἐν τούτοις τοῖς μικροῖς βήμασι τί παρῖται γένος; τί οὐκ ἐμπεριλήπτται τῷ προστάγματι τῆς δημιουργίας; Οὐ τὰ ζωοτοκοῦντα, οἷον φῶκαι, καὶ δελφίνες, καὶ νάρκαί, καὶ τὰ ὅμοια τούτοις τὰ σελάχη λεγόμενα; οὐ τὰ ὠτότοκα, ἅπερ ἐστὶ πάντα σχεδὸν τῶν ἰχθύων τὰ γένη; οὐχ ὅσα φολιδωτὰ, οὐχ οἷς ἐστὶ πετερύγια, καὶ οἷς μὴ ἐστὶν;

Ibid., lin. 25. Μόνον δὲ προσέταξεν. Basiliius, hom. 7 : Ἐξαγαγέτω τὰ ὕδατα ἐρπετά. Ἐν τούτοις

ἐνὶ τὰ πελάγια, τὰ αἰγιαλώδη, τὰ βύθια, τὰ πετρώδη, τὰ ἀγελαῖα, τὰ σποραδικὰ, τὰ κήτη, τὰ ὑπέρογκα, τὰ λεπτότατα τῶν ἰχθύων. Τῇ γὰρ αὐτῇ δυνάμει καὶ τῷ ἴσῳ προστάγματι τὸ τε μέγα καὶ τὸ μικρὸν μεταλαγχάνει τοῦ εἶναι.

Ibid., lin. 27. Τὰ ἀγελαῖα, τὰ σποραδικὰ. Cicero, Tuscul. v, Congregata et solivaga. Theodorus Gaza, Gregalia et incivilia; nam et Aristoteles docet i De hist. anim., cap. 1, ex gregalibus, quemadmodum et ex solitariis quædam esse πολιτικά, civilia, quædam σποραδικὰ.

Ibid., lin. 28. Συγγένειαν πρὸς τὸ ὕδωρ. Basiliius, hom. 7 : Ἐξαγαγέτω τὰ ὕδατα. Ἐξεῖξεσι τὴν φυσικὴν τῶν νηκτῶν πρὸς τὸ ὕδωρ συγγένειαν· διὸ μικρὸν οἱ ἰχθύες χωρισθέντες τοῦ ὕδατος διαφθεῖρονται. Οὐδὲ γὰρ ἔχουσιν ἀναπνοὴν, ὥστε ἔλκειν τὸν ἀέρα τοῦτον· ἀλλ' ὅπερ τοῖς χερσαίοις ἐστὶν ἀήρ, τοῦτο τῷ πλωτῷ γένει τὸ ὕδωρ.

Ibid., lin. 30. Ἡ γὰρ τῶν βραγχέλιω. Basiliius, hom. 7 : Καὶ ἡ αἰτία δὴλη, ὅτι ἡμῖν ὁ πνεύμων ἔχεται ἀραιὸν καὶ πολύπορον σπλάγγχον, ὃ διὰ τῆς τοῦ θώρακος υιαστολῆς τὸν ἀέρα δεχόμενον, τὸ ἐνδον ἡμῶν θερμὸν διαβρῖπιζει, καὶ ἀναφύχει. Ἐκείνοιο δὲ ἡ τῶν βραγγίω διαστολὴ καὶ ἐπίπτουσις δεχομένων τὸ ὕδωρ καὶ διέντων τὸν τῆς ἀναπνοῆς λόγον ἀναπληροῖ. Hoc idem sentit Aristoteles, iii De part. anim., cap. 6, dum ait, piscium nullum habere pulmonem, sed pro eo branchias obtinere; aqua enim pisces refrigerantur, ut aere quæ spirant. Et lib. iv, cap. 4, pisces pulmone carere, et branchias vice pulmonis sortiri. Ambrosius, lib. v Hexaem., cap. 4, item ait, quod cæteris animantibus est aer, hoc piscibus esse aquam, extra quam vivere nequeunt sicut intercluso spiritus commeatu animalia emori necesse est. Oppianus Ἀλιευτ. ii :

Καὶ γὰρ καὶ νεπόδεσσι παλλήροος ἔλκεται ἀήρ. De hac quæstione Plinius, lib. ix, cap. 7, et Cælius Rhodiginus, lib. iv, cap. 15.

Ibid., lin. 33. Οὐδὲ παρ' αὐτοῖς ἐξ ἡμισείας. Basiliius, hom. 7 : Οὐδὲν παρὰ τοῖς ἰχθύσιν ἐξ ἡμισείας ὤπλισται τοῖς ὀδοῦσιν, ὡς βουὸς παρ' ἡμῖν καὶ πρόβατον. Οὐδὲ γὰρ μηρυκάζει τι παρ' αὐτοῖς, εἰ μὴ τὸν σκάρων μόνον ἱστοροῦσι τινες. Πάντα δὲ ὀξυτάταις ἀκμαῖς ὀδόντων καταπεπύκνωται, ἵνα μὴ τῇ χρονίᾳ μασήσει ἡ τροφή διαβρῖπῃ· ἐμῆλλε γὰρ, εἰ μὴ ὀξείως κατατεμνομένη τῇ γαστρὶ παρεπέμπετο, ἐν τῇ λεπτοποιήσει διαφορεῖσθαι τοῦ ὕδατος. Aristoteles hoc idem, nec ejusdem causam eandem cum hoc nostri auctore reddit, lib. iii De part. anim., c. 1 : Ὁ δ' ἰχθύες πάντες εἰσι χαρχαρόδοντες, πλὴν τοῦ ἐνὸς τοῦ καλουμένου σκάρου. Πολλοὶ δ' ἔχουσι καὶ ἐν ταῖς γλώτταις ὀδόντας καὶ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Τούτου δ' αἷτιον ὅτι ἀναγκαῖον ἐν ὑγροῖς οὔσι παρεισδέχεσθαι τὸ ὑγρὸν ἅμα τῇ τροφῇ, καὶ τοῦτο ταχέως ἐκπέμπειν. Οὐ γὰρ ἐνδέχεται λεαίνοντας διατρίθειν· εἰσρέει γὰρ τὸ ὑγρὸν ἐν τῇ κοίλῃ· διὰ τοῦτο πάντες εἰσὶν ὀξείς πρὸς τὴν διαίτησιν· πάλιν καὶ πολλοὶ, καὶ πολυλαχῆ, ἵνα ἀντὶ τοῦ λεαίνεινεις πολλὰ κερματίζωσι τῷ πλήθει. Γαμφοὶ δὲ διὰ τὸ τὴν ἀλκὴν σχεδὸν ἅπασαν

αὐτοῖς διὰ τούτων εἶναι. Plinius, lib. xi, cap. 37, A
sua ab Aristotele mutuatus, in causa tamen tradenda
ab eo discrepat, convenit cum Eustathio. *Piscium
omnibus serrati, præter scarum: huic uni aquatiliū
plani. Cæterum multis eorum in lingua, et toto ore ut
turba vulnerum molliant, quæ attritu subigere non
queant. Multis et in palato, atque etiam in cauda.
Præterea in os vergentes, ne excidant ubi nullum habentibus
retinendi adminiculum.*

Ibid., lin. 37. *Μηρυκάξει δὲ οὐδὲν ἄλλο.* Basiliius, hom. 7, Aristot. II *De hist. anim.*, cap. 17, et lib. viii, cap. 2. Idem, III *De part. animal.*, cap. 14 et alibi. Plinius, lib. ix, cap. 17: *Solus piscium dicitur ruminare, herbisque vesci, non aliis piscibus, mari Carpathio maxime frequens.* Etsi Horus Apollo B
aliter sentiat, ait enim hunc omnes occurrentes pisciculus devorare. Οὗτος γὰρ μόνος τῶν ἰχθύων μηρυκάται καὶ πάντα τὰ προσπίπτοντα ἰχθύδια ἐσθλει. Vide *Ælianum De histor. anim.*, lib. i, c. 2, lib. II, cap. 54, lib. xii, cap. 42; *Ambrosium Hexæm.* lib. v, cap. 5; *Athenæum* lib. vii; *Macrobius*, III *Saturn.*, cap. 16; *Isidorus* lib. xii, cap. 6, *escarum* vocat: *Escarus*, inquit, *dictus eo quod solus escam ruminare perhibetur. Denique alii pisces non ruminant.* Idem tamen scribunt *Arist.* I *Hist. anim.*, cap. nlt., de quodam pisce, qui μήρυξ vocatur, qui an unus cum scaro non est præsentis negotii. Illud sane ridiculum est, a Rittershusio, murem ponticum inter pisces adnumerari notis in Op- C
pian. *Ἀλιευτ.* l. i, vers. 134, *Aristotelis* verbis male intellectis decepto. Dicto enim loco ait *Aristoteles*: postquam determinaverat animalia, quæ superiore ordine dentium carent, ruminare ut boves, oves, capræ et alia, dubium adhuc remanebat, an ex dentatis utrinque sit animal aliquod ruminans, et respondendo ait esse nonnulla, ut mures Pontici, et pisces, et qui ob eam rem ruminalis a quibusdam appellatur. Ita enim locus ille vertendus erat, *Μηρυκάξουσι δὲ καὶ τῶν ἀμφοδόντων ἕνια, οἱ τε μύες οἱ Ποντικῶν, καὶ οἱ ἰχθύες, καὶ ὃν καλοῦσιν ἔνιοι ἀπὸ τοῦ ἔργου Μήρυκα.* Quæ verba, quamvis ita legantur ab omnibus, corrupta esse minime dubitarim, vel certe *Aristotelis* maxima deprehenderetur inscitia. Quomodo enim pisces ruminant, cum inter eos D
solus scarus id faciat. Et si iste μήρυξ piscis est, cum inter pisces includatur frustra sit ejus mentio; si non piscis, quare muribus Ponticis non conjunxit. Sed sinamus hæc. Certe ex his verbis nunquam murem Ponticum esse piscem deprehendemus, cum eum *Aristoteles* a piscibus separatum, et tanquam quid diversum ab illis in *Historia* referat. Præterea *Aristoteles* lib. viii *De histor. animal.*, capit. 17, scribit murem Ponticum album, sicuti et glires in arboribus conditos latitare hieme. Confirmat *Plinius* lib. viii, capit. 37; et *Ælianus* *De histor. animal.* lib. vi, capit. 51, in montem more exercitus acie instructa decedere narrat quæ nullus de piscibus, nisi somnians affirmaret. Quid

Autem sit hoc μηρυκάζειν optime explicat *Oppianus*, *Ἀλιευτικ.* I:

*Καὶ σκάρων, ὃς δὴ μῦρος ἐν ἰσχύοσι πᾶσιν
Φθέγγεται ἰκαλέην λαλαγήν, καὶ μῦρος ἄναυδοις
ἄψορρον προήσιν ἀνὰ στόμα δεύτερον αὐθις
Δαινύμενος, μήλοισιν ἀναπτύων ἴσα φορβήν.*

Et *Ælianus* *Suida* citante, Μόνος ὁ θαλάσσιος σκάρων τὴν τροφήν ἀναπολεῖ ὡσπερ καὶ τὰ βλήχοντα, ἃ δὴ μηρυκάται. Hujus nominis ignoratione maxime hallucinatus est *Billius* in versione illorum verborum *Isidori Pelusiotæ* libr. II, epist. 119: *Τῶν ζῶων τὰ μὲν διαμασώμενα τὴν τροφήν ζωτοκεῖ, τὰ δὲ καταπίνοντα ὠτοκεῖ.* Sic enim vertit: *Ex animantibus ea quæ cibum ruminant, animalia pariunt; quæ autem bibunt, ova procreant.* Multiplex hallucinatio: plures animantes sunt viviparæ quam quæ ruminant. Si omnes quæ bibunt animantes oviparæ sunt, et vaccæ igitur, et equi, et oves, etc.; aliud est διαμασάσθαι τὴν τροφήν, aliud μηρυκᾶν, aliud masticare, aliud ruminare, aliud πίνειν, aliud καταπίνειν, illud bibere significat, hoc deglutire. Quare optime animadvertit in eumdem locum, et vertit *Rittershusius*: *Animantium ea quæ cibum masticant, atque comminuunt viviparæ sunt, quæ vero deglutiunt integrum, oviparæ.* De ruminatione animalium multa adnotavit *Hieronym. Mercurialis*, libr. v *Variar. lectionum*, cap. 13, et tribus sequent.

Ibid. lin. 38. *Ἔστι δὲ καὶ ἡ τροφή.* Basiliius, hom. 7: *Τροφή δὲ ἰχθύων ἄλλοις ἄλλη κατὰ γένος διωρισμένη.* Οἱ μὲν γὰρ ἰλύι τρέφονται, οἱ δὲ τοῖς φυκίοις, ἄλλοι δὲ ταῖς βοτάναις ταῖς ἐντρεφομέναις τῷ ὕδατι ἀρκοῦνται. Ἄλληλοφάγοι δὲ τῶν ἰχθύων οἱ πλείστοι· καὶ ὁ μικρότερος παρ' ἐκεῖνοις βρωμά ἐστὶ τοῦ μείζονος. Κἄν ποτε συμῆθῃ τὸν τοῦ ἐλάττονος κρατήσαντα ἐτέρου γενέσθαι θήραμα, ὑπὸ τὴν μίαν ἄγονται γαστέρα τοῦ τελευταίου. De piscium generibus, differentiis, proprietatibus, ac cibis, plura *Aristoteles*, *Plinius*, *Ælianus*, *Conradus Gesnerus*, *Achilles Aldrovandus*, et alii.

Ibid., lin. 42. *Ὁ πρίων πτέρυγας.* Hæc eadem ita narrat *Petrus Damianus*, lib. II, epist. 18: *Serra, marina scilicet bellua, quæ cum prolizax habeat pennas, mov ut viderit navem velificantem, alarum et ipsa præcincta remigiis contendit velificare post navem. Sed vix per quadraginta stadia in hujus certaminis labore persistens deficit, et sic defessa alas inter discrimina marina deponit, fluctu itaque volante compellitur, et ad locum unde remigrare cæperat, iterum relabitur.* Serræ piscis meminit et *Plinius* libr. xxxii *Natur. histor.*, capit. 11. Sed dubium est, an de hoc intelligat, cum nec in explicanda serræ piscis natura convenient auctores.

Ibid., lin. 50. *Τὸ δὲ κῆτος ὁ καλεῖται μέρ.* Basiliius, hom. 7: *Ἄλλ' ἐπειδὴ τοῖς μεγίστοις ὄρεσι τῷ ὄγκῳ τοῦ σώματος περισάζεται, ἅγε καὶ νήσων πολ- λάκις φαντασίαν παρέχεται, ἐπειδὴν ποτε ἐπὶ τὴν ἄκραν ἐπιφάνειαν τοῦ ὕδατος ἀνανήχηται: ταῦτα*

μέντοι, τηλικαῦτα ἦντα, οὐ περι ἀκτίας, οὐδὲ περι αἰγιαλοὺς διατρίβει, ἀλλὰ τὸ Ἀτλαντικὸν λεγόμενον πέλαγος ἐνοικεῖ. Petrus Damianus, lib. II, epist. 18: *Cetus et ille marinus nobis in memoriam revocatur: qui nimirum super enorme corpus sabulum portat, ac terya sua super undas elevat, ut tanquam insula fluctus marinos excedat. Hanc igitur incunctanter insulam esse credentes remiges, applicant, pazillos figunt, navim sistunt, foros instruunt; sed bellua mox ut ignis sentit ardorem, illico mergitur in profundum, et navem simul ac nautas vorat ferale naufragium. Nam et Gerardus noster videlicet monachus retulit in Normandiæ littoribus captam se vidisse balænam de cujus linguæ carnibus quatuordecim agmarii sunt non leviter onerati.* Plinius, lib. XXXII, capit. 1: *Cetos sexcentorum pedum longitudinis et trecentorum sexaginta latitudinis in flumen Arabiæ intrasse, pinguique ejus negotiatores, et omnium piscium adipe camelos perungere in eo situ, ut asilos ab his fugent odore.* De cetorum generibus, et eorum naturis et proprietate Ælianus, lib. II, *De histor. anim.*, cap. 13; lib. IX, cap. 49; lib. XVI, cap. 13; lib. XVII, cap. 6; ex opinione Onesicriti, Orthagoræ et Theocliis: Θεοκλῆς δὲ ἐν τῇ δ' περι τὴν Σύρτιν λέγει γίνεσθαι κήτη τριήρων μελίζονα. Περι δὲ τὴν Γεδρωσίαν χώραν (ἔστι δὲ μοῖρα τῆς γῆς τῆς Ἰνδικῆς οὐκ ἄδοξος) Ὀνησίκριτος λέγει, καὶ Ὀρθαγόρας, γίνεσθαι κήτη ἡμισυ ἔχοντα σταδίου τὸ μήκος, πλάτος δὲ κατὰ λόγον τοῦ μήκους, καὶ τοῦτο δηλονότι. Τοσαύτην δὲ φασιν ἔχειν δύναμιν αὐτὰ, ὡς πολλάκις, ὅταν ἀναφύσῃ τοῖς μωκτῆρσιν, ἐς τοσοῦτον ἀναβρίπτειν τῆς θαλάττης τὸ κλυδώνιον, ὡς δοκεῖν τοῖς ἀμαθεῖσι καὶ ἀπειροῖς πρηστήρας εἶναι αὐτὰ. Et lib. XVI, cap. 18, varias cetorum formas et figuras monstrosas percurrit, vultque ἀμφίβια esse, et noctu segetes et herbas in terra depasci instar aliorum animalium, crepusculo vero matutino in mare redire, mersaque abdi. His non dissimilia refert Theodoretus, et lib. XXI *Histor. septentr.*, cap. 44, Olavus Magnus commemorat. De eorum magnitudine et piscatione elegantissime Oppianus Ἀλιευτ. lib. V. Hebræi balænas duas tantum creatas esse dicunt, ne si plures essent, pisces omnes devorarent, et naves omnes absorberent, scilicet feminam, quam Deus occidit, et reservat justis ad epulandum tempore Mes-

sizæ, et masculum quem reservat ut cum eo certis horis ludat singulis diebus, ut psalm. CIII: *Draco iste quem formasti ad illudendum ei*, Hebræus, *ut ludas cum eo.* Hanc fabellam sumpserunt ex lib. IV Esdræ, cap. VI, uti refert Lyranus, et Abulensis. Col. 725, lin. 7. *Τῷ δὲ καρκίνῳ ἢ σάρξ.* Basiliius, hom. 7: Ὁ καρκίνος τῆς σαρκὸς ἐπιθυμεῖ τοῦ δστρέου. Ἀλλὰ δυσάλωτος ἢ ἀγρα αὐτῷ διὰ τὴν περιβολὴν τοῦ δστράκου γίνεσθαι. Ἀρβραγεῖ γὰρ ἐρκίω τὸ ἀπαλὸν τῆς σαρκὸς ἢ φύσις κατησφαλλασατο. Διὸ καὶ δστρακόδερμον προσηγόρευται. Καὶ ἐπειδὴ δύο κοιλότητες ἀκριβῶς ἀλλήλαις προσηρμυμοσμέναι τὸ δστρεον περιπτύσσονται, ἀναγκαίως ἀπρακτοὶ εἰσιν αἱ χηλαὶ τοῦ καρκίνου. Τί οὖν ποιεῖ; Ὅταν ἴδῃ ἐν ἀπηνέμοις

χωρίοις μεθ' ἡδονῆς διαβαλλόμενον, καὶ πρὸς τὴν ἀκτίνα τοῦ ἡλίου τὰς πτύχας ἑαυτοῦ διαπλώσαντα, τότε δὴ λάθρα ψηφίδα παρεμβαλὼν διακωλύει τὴν σύμπτωξιν καὶ εὐρίσκειται τὸ λείπον τῆς δυνάμεως διὰ τῆς ἐπινοίας περιεχομένου. Eadem habet Ambrosius, lib. V, cap. 8; Isidorus lib. XII, cap. 6. Disertissime item hæc omnia Oppianus Ἀλιευτ. II. Consule Plutarchum et Plinium, et Petrum Damianum lib. II, epist. 18.

Ibid., lin. 14. Ὁ δὲ ἐχίνος προγιγνώσκει. Basiliius, hom. 7: Ἦκουσα ἐγὼ τῶν παραλίων τινῶς, ὅτι ὁ θαλάσσιος ἐχίνος, τὸ μικρὸν παντελῶς καὶ εὐκαταφρόνητον ζῶον, διδάσκαλος πολλάκις γαλήνης καὶ κλυδωνος τοῖς πλέουσι γίνεσθαι, ὅς ὅταν προῖδῃ ταραχὴν ἐξ ἀνέμων ψηφίδα τινα ὑπελθὼν γενναίαν, ἐπ' αὐτῆς ὡσπερ ἐπ' ἀγκύρας σαλεύει κατεχόμενος τῷ βάρει, πρὸς τὸ μὴ βραδίως τοῖς κύμασιν ἀποσύρεσθαι. Similia scribit Ambrosius hom. 5, capit. 9; Phile in *Iambis*.; Aristoteles V *De generat. animal.* cap. 3; Ælianus *De histor. animal.*, libr. VII, capit. 33; Plutarchus in *Dialogo*, Utrum prudentiora sint terrestria, an aquatilia; et Plinius lib. IX, cap. 31. *Tradunt sævitiam maris præsigire eos, correptisque operari lapillis, mobilitatem pondere stabilientes. Nolunt volutatione spinas atterere: quod ubi videre nautici, statim pluribus anchoris navigia infrenant.* Oppianus, Ἀλιευτικ., libr. II:

Ἔστι καὶ δεικνύμενοι πῶς, καὶ μήτις ἐχίνοις,
Οἱ τ' ἀρέμων Ἰσασί βλας, ζαμενεῖς τε θυέλλαις
Ὀρνυμένας, γῶποισι δ' ἀνοχλίζουσιν ἕκαστος
Λάαν, ὅσον βαρύθοντα περι σφετέροισιν ἀκάνθαις
Ῥηιδίως φορέοιεν, ἴν' ἀρτία κύματος ἔρμη
Βριθόμενοι μύμωνσι. Τὸ γὰρ τρομέουσι μάλιστα,
Μῆ σφας ἐπὶ ἡόνεσσι κυκώμενον ὀδμα κυλίσση.

Ibid., lin. 17. Ὁ δὲ πολύπους. Basiliius, hom. 7: Ὅκ ἂν παρέλοιμι τὸ τοῦ πολύποδος δολερὸν, καὶ ἐπίκλοπον, ὅς ὁποῖα ποτ' ἂν ἐκάστοτε πέτρα περιπλακῆ, τὴν ἐκείνης ὑπέρχεται χροῶν· ὥστε τοὺς πολλοὺς τῶν ἰχθύων ἀπροόπτως νηχομένους τῷ πολύποδι περιπίπτειν, ὡς τῇ πέτρᾳ δῆθεν, καὶ ἔτοιμον γίνεσθαι θήραμα τῷ πανούργῳ. Polyphemus ad similitudinem loci colorem mutare cum iisdem scribunt Aristoteles, *De histor. animal.*, lib. IX, cap. 37; Plutarchus, *Quæst. natur.* 19; Plinius, lib. IX, cap. 29; Philo *Περὶ μῆθος*· Nazianzenus, hom. et carm. Eὶς αὐτόν· Clemens Alexandrinus, lib. III *Pædagogici*, capit. 11; Lucianus, *De saltatione*; et *Dialogo Menelai et Protei*; Ambrosius, lib. V *Hexaem.*, capit. 8; Nonnus, *Dionysiacon.* primo; Ælianus, *Variar. histor.* libr. I, capit. 1; Phile in *Iambis*; Oppianus Ἀλιευτ. II, Phocylides:

Μῆδ' ὡς πετροφύνης πολύπους κατὰ χῶρον ἀμεί-
|βου.

Πᾶσιν δ' ἀπλοος ἴσθι, τὰ δ' ἐκ ψυχῆς ἀγέρευε.
Iou apud Athenæum: *Καὶ τὸν πετραῖον πλεκτα-
ραις ἀναίμοσι στυγῶ μεταλλακτῆρα πολύπουρ
χρόος.* Plutarchus ex Theophraste, *Περὶ πολυφιλίας*·
Theophrastus, lib. *Περὶ τῶν μεταβαλλόντων τὰς
χρόας*· Petrus Damianus, lib. II, epist. 18: Ludovicus
Fidelis, *De struct. mund.*, libr. VI, cap. 5; Ovi-
dus *Halieut.* :

At contra scopulis crinali corpore segnis Polypus hæret, et hac eludit retia fraude, Et sub lege loci sumit, mutataque colorem Semper ei similis quam contigit, atque ubi prædam Pendentem setis avidus rapit, hic quoque fallit Filato calamo cum demuni emersus in auras Brachia dissolvit, populatumque exspuit hanum.

Hinc nata adagia *Polypus, Polyphi caput, Polyphi mentem* obtinere: consule adagiorum collectores. Nec silendum est multorum fuisse opinionem, polypos seipsum, vel pedes, vel cyrrhos fame coactos absumere rodendo. Hesiodus, lib. 1, "Ὅτ' ἀρόστρεος δι' πόδα τέρδει; Carneades apud Stobæum Περὶ γραμμάτων Καρνεάδης τὴν διαλεκτικὴν ἔλεγε πολυπόδι εὐκέναι· καὶ γὰρ ἐκείνον ἀξήθεισας τὰς πλεκτάνας κατεσθίειν, καὶ τούτους προϊούσης τῆς δυνάμεως, καὶ τὰ σφέτερ' ἀνατρέπειν. Alcæus· Ἐδωδα ἔμαυτὸν ὡς πολυπόυς. Oppianus Ἄλιευτ. 11; Rhodiginus lib. xiii, cap. 32. Hoc idem scribunt Athenæus, Horus, Eustathius, Hesychius, Suidas et alii. Negant Aristoteles libr. viii, capit. 2, *De histor. anim.*, Οἱ δὲ γόγγροι τοὺς πολυπόδας κατεσθίουσιν· et mox, Ὁ θεὸς λέγουσιν τινες, ὡς αὐτὸς αὐτὴν ἐσθίει, ψευδὸς ἐστίν. Ἄλλὰ περιεδηδεσμένας ἔχουσιν ἐνιοὶ τὰς πλεκτάνας ὑπὸ τῶν γόγγρων. Plutarchus Dialogo, *Utrum prudentiora sint, etc.*, a congris et murænis scribit cirrhus consumi. Plinius, libr. ix, capit. 29: *Ipsam brachia sua rodere falsa opinio est. Id enim a congris evenit ei; sed renasci sicut colotis, et lacertis caudam, haud falsum.*

Hoid., lin. 20. *Μικρότατον δὲ τῆ φύσει.* Basilius, hom. 7: Ἐάν δὲ ἀκούσης, ὅτι τὰ μέγιστα τῶν πλοίων ἠκλιμένους ἰσθίους ἐξ οὐρίας φερόμενα τὸ μικρότατον ἰχθύδιον ἢ ἔχνητις οὕτω βραδίως ἰσθίουν, ὥστε ἀκίνητον ἐπὶ πλεῖστον φυλάσσειν, ὡσπερ καταβρίζωθιν ἐν αὐτῷ τῷ πελάγει· ἄρ' οὐχὶ καὶ ἐν τῷ μικρῷ τοῦτῳ τὴν αὐτὴν τῆς τοῦ κτίσματος δυνάμεως λαμβάνεις ἀπέδειξιν; Nonnus, *Dionys.* 21:

Ἐκλυες εἰναλίην ἔχνητιδα, πῶς ἐνὶ πόρτῳ Ἰχθύς βαυδός, ἀναγκίς ἐπέχραε πολλάκι ταῦταις Ἄψ' ἀνασειράων, Ὀλίγη δ' ὑπὸ χύσματι λαιμοῦ Μηκεδαρὴν ἀνέκοψε κατάσχετον ὀλλάδα δεσμῷ.

Eadem eleganter et copiose Oppianus Ἄλιευτ. lib. 1; et Lucanus, lib. vi:

Non puppim rentens euro tendente rudentes In mediis echeneis aquis.

Ovidius:

Parva echeneis adest, mirum, mora puppibus ingens.

Idem scribit Plutarchus, 11 *Sympos.* quæst. 7 et 11 problem. quæst. 7; Ambrosius, lib. v, *Hexaem.*, cap. 10; Franciscus Petrarcha, præfat., lib. 11 *De remed. utr. fort.*; Lilius Giraldus, *De navigiis*, cap. 5; Joannes Sambucus Emblem. 203; Phile in *Iambis* eas ναυκράτας vocavit. Meminit Cassiodorus lib. 1 *Var.* Echeneidem *remoram* Latini vocarunt; Afranius et Plautus apud Festum *remaliginem*; Petrus Damianus, lib. 11, epist. 18, *echeneidem, echinam* vocat, quod puto incuria scriptorum, et similitudine nominis id accidisse; ergo Damiano proprium, et scribatur, *Quod echeneis etiam brevis, etc.*,

A et inferius, *Echeneis ergo figit in fluctibus.* Isidorus lib. 11, cap. 2, *Echeneis*, inquit, *parvus et semipedalis pisciculus nomen sumpsit quod navem adhærendo retineat. Ruant licet venti, et sæviant procellæ, navis tamen quasi radicata in mari stare videtur, nec moveri, non retinendo, sed tantum adhærendo. Hunc Latini moram appellarunt, eo quod stare cogat navigia.* Plinius, lib. ix, cap. 25, idem confirmat, et lib. xxxii, cap. 1: *Tamen omnia hæc pariterque eodem impellentia, ac parvus admodum pisciculus echeneis appellatus, in se tenet. Ruant venti licet, et sæviant procellæ, imperat furori, viresque tantas compescit, et cogit stare navigia: quod non vincula ulla, non anchoræ pondere irrevocabili jactæ. In frenat impetus, et domat mundi rabiem nullo suo labore,* B *non retinendo, aut alio modo, quam adhærendo. Hæc tantilla est satis contra tot impetus ut velet ire navigia. Sed armatæ classes imponunt sibi turrium propugnacula ut in mari quoque pugnetur velut e muris. Heu! vanitas humana, cum rostra illa ære ferroque adictus armata, semipedalis inhibere possit, ac tenere derincta pisciculus!* Isidorus itaque sua ex Plinianis hisce mutuatus est, etsi mavis compilavit, non ex Ambrosio, ut animadvertit Rittershusius in Oppiani Ἄλιευτ. lib. 1. Subdit Plinius Attiaco marte prætoriam navem Antonii pisciculum hunc tenuisse: et sua memoria Caii principis ab Astura Antium remigantis: hoc et experientiis nostrorum temporum comprobatur est. Testatur Guilelmus Rondeletius se cognovisse trivremem, in qua cardinalis quidam C Turonensis Romam vectus est, medio cursu oculibus admirantibus inhibitam. Et ego dum Venetiis commorarer, alias conchas idem valere ejusdemque esse potentia deprehendi. Quæ et navis impetum impediunt, et cursum segniorem reddunt, si carinæ vel iis partibus navigii, quæ aquis mersæ latent applicentur, ideo nautis in more positum est eas ex illis partibus, dum ad iter agendum se præparant, extrahere. In hoc tamen naturæ consensu, nullique dubia experientia quidam esse volunt οὐ ταχυπειθεῖς, et ea quæ diximus uti fabulosa, et commentitia damnant. Inter eos est Gerartus Falkenburgius in lectionibus et conjecturis ad Nonni *Dionysica*: quibus responsio in promptu ex Oppiano. D Quid vero sit hæc echeneis quæ cogit stare navigia, controversum adhuc est. Qui temporibus Caii illam viderunt, limaci magnæ similem esse dixerunt. Mutianus, *muricem esse latiore purpura neque aspero neque rotundo ore, neque in angulos prodeunte rostro, sed simplice concha utroque latere sese colligente*, referente Plinio. Straboni est βδέλλα; aliis pisciculus. Cardanus una cum torpedine confundit, atque, nomenclaturam similitudine, et effectus deceptum Aristotelem deceptus ipse rerum naturalium ignorantia, et minus attendita Aristotelicæ doctrinæ lectione. Sic etiam Trebius Niger pedalem esse, et crassitudine quinque digitorum affirmavit, Plinius semipedalem, Oppianus ἰσόπηχον. Neque in tradenda causa conveniunt. Hieronymus Fracastorius,

De sympathia et antipathia rerum, cap. 8, non ab echenide navim cohiberi, sed echenidem esse signum scopuli, qui subsit sub aquis cujus saxi vis navem remorari valeat. Illum Julius Scaliger de subtilitate ad Cardanum, exerc. 219, pluribus argumentis refellit, cum nihil ipse de suo in medium afferat, sed ad occultas quasdam qualitates ab elementis rebus communicatas, quas nesciant animi temperati : et ad manifestas omnia deducere qualitates summa impudentia est. Scilicet hoc est in sententiis doctissimorum se exercere, quæ ipse nescias refellere, et aliorum in rerum causis indagandis studium et impetum oppugnando, quid ipse postea possit, quantum valeat in ingenii humani vires imbecilles, vel occultissima naturæ secreta amandare. O vere lepidum! o doctum caput! habent quem sequantur frugi in scientiis homines, quæ ignorant, jam se scire comprobabunt, si ad qualitates illas occultas, quas ipsi nesciunt scilicet, deducant. Sed nobis tantillis homuncionibus id forsitan esset satis. At Scaligero, quem nihil in rerum natura fugit unquam, et qui nihil cum aliis commune.

Ibid., lin. 23. Ὑδρος δὲ ἐστὶν ἐν τῷ ποταμῷ. Petrus Damianus, lib. 11, epist. 18 : *Hydrus animal est habitans in gurgitibus fluminum, crocodilis feraciter inimicum. Hic itaque cum viderit crocodilum aperto ore in crepidine fluminis dormientem, provolvitur in limo luti, ut faucibus illius lubrico corpore facilius possit illabi. Tunc in os crocodili dormientis perniciousiter insilit, quem ille desubitatus repente degluttit. Hydrus vero viscera ejus cuncta dilaniat, donec et jam prorsus extincto de cadavere illius vivus et victor erumpat.* Hujus animalis meminit etiam Michael Glycas, lib. iv *Annalium* ; David Hæschelius, et Conradus Rittershusius, hic notis ad Oppiani *Cyneget.* lib. III, ver. 407, ille notis in Horum lib. II, cap. 35, animal hoc cum ichneumone videntur confundere, et Rittershusius locum Isidori ex lib. XII, cap. 6, adducit. Verba quæ laudat Isidori, sunt : *Bestiola ex eo nuncupata quod in aquis versetur, et maxime in Nilo* (nomen bestiolæ ἔνυδρος est), *quæ si invenerit dormientem crocodilum, volutat se in lutum primum et intrat in os ejus per ventrem et carpens omnia interiora ejus exit viva de visceribus crocodilo ipso mortuo.* Crocodili cum ichneumone internecinum bellum sciunt omnes, nec alio modo nisi mersum limo, eoque veluti coriis loriatum in dimicationem pergere. Crederem tamen hydrim diversum quid esse ab ichneumone, cum inferius noster Eustathius de ichneumone sermonem habeat, ejusque bellum cum aspide luculenter explicet, de qua hydris et verba Isidori intelligenda sunt. Nec aliud existimasse Solinum comperio, cum, cap. 35, hæc scribat, *Quod enydrus conspicatus, alterum ichneumonum genus, penetrat belluam, populatisque vitalibus, erosa exit alveo.* Quamvis Delrius illa, *Alterum ichneumonum genus, veteres libros non continere affirmet. Non permittit Oppianus qui Cy-*

A neget. lib. III, quod hydris Eustathius ichneumoni tribuit.

Ἰχνεύμων βαυὸς μὲν, ἀτὰρ μέγιστοις ὁμοίως μέλπεσθαι θήρεσσι παράξιος εἶνεκα βουλῆς, Ἀλλῆς τε κρατερῆς ὑπὸ ρηπαθανοῖς μελέεσσι Ἦ γὰρ τι κέρδεσσι κατέκτανε διπλόα φύλα, Ἐρπυστήρας θφειε τε καὶ ἀργαλέους κροκοδείλους. Κείνους Νειλώφους, φόνιον γένος· ὁπότε γὰρ τις θηρῶν λευγαλέων εὐδῆ, τριστοῖχα πετάσσας Χεῖλα, καὶ χάος εὐρύ, καὶ ἀσπετον αἰόλον ἔρκος Ἀή ῥα τότε Ἰχνεύμων δολίην ἐπὶ μητρίν ὄφαιων Λοξοῖς ὀφθαλμοῖσιν ἀπειρονα φύλα δοκεῖν, Εἰσὼς δὲ βαθὺν ὕπνον ἐπὶ φρεσὶ πιστεύσθηται. Αἴψα δ' ἄρ' ἐν ψαμάθοισι καὶ ἐν πηλοῖσιν ἐλισθεῖς, Ῥίμφ' ἔθορον, πυλῶνα διπτάμενος θανάτου Τομηρῆ κραδίη, διὰ δ' εὐρέος ἤλυθε λαμποῦ. Αὐτὰρ δ' ἔξ ὕπνου βαρναέος ἔγρετο δειλός, Καὶ κακὸν ἐν λαρόνεσσι φέρων τόσον ἀπρωτὶ [πτον,

Πάντη μαιόμενος, καὶ ἀμήχανος ἀμφαλάληται. Ἄλλοτε μὲν ποτὶ τέρματ' ἰὼν μυχάτου ποταμοῖς, Ἄλλοτε δ' αὖ ψαμάθοισι κυλινδόμενος ποτὶ χέρσον Ἄγριον ἀσθμαίνων, στρωφόμενος ἀμφ' ὀδύνησιν· Αὐτὰρ δ' ἔξ ὀκ ἀλέγει γλυκερῆ δ' ἐπιτέρπει· ἐδωδῆ Ἦπατι δ' ἄγχι μάλιστα παρήμενος εἰλαπινάξει. Ὅψέ δέ τοι προλιπὼν κενεὸν δέμας ἐκθορε θηρός.

Dubium auget Diodorus qui ichneumonem parvo cani similem facit, etsi mustelæ Nicander. Timotheus sive Theophilus Alexandrinus, oratione *Τῆν ὁμοιοῦται ὁ ἀνθρώπινος βλος*, animal hoc quod per os crocodili insilit, subiens in ventrem, et discerpto ejus ventre exit bellua mortua derelicta, hylum appellat, vultque alitem esse. Καὶ καθάπερ τὸ θρυσον ὕλλος τηρεῖ τὸν κροκοδείλον, ἕως ἂν τῆν αὐτὸν ἠδέως καὶ ἀμερίμωγος ὑπνώσσοντα, καὶ τὸ στόμα ἀνεωγμένον ἔχοντα· καὶ τότε εἰσπηδῆσαν εἰσέρχεται διὰ τοῦ στόματος αὐτοῦ εἰς τὴν κοιλίαν αὐτοῦ, καὶ διαρρήξαν τὴν γαστέρα αὐτοῦ ἐξέρχεται, καταλιπὼν αὐτὸν νεκρόν. Sed de ichneumone inferius.

Ibid., lin. 30. Ἔστι δὲ ὁ κροκοδείλος. Plinius, lib. xxxii, cap. 11 : *Communesque terræ, mari, anni hippopotami, crocodili.* Eustathiana hæc eadem ad verbum leguntur apud Achillem Statium *De Clitophontis et Leucippes amoribus*, lib. IV. Crocodili accuratam descriptionem habes apud Herodotum in *Euterpe*; Aristotelem, lib. IX *Histor. anim.*, cap. 6; Heliodorum, lib. VI; Ammianum Marcellinum, I. XXI; Isidorum, lib. XII, cap. 6; Diodorum Siculum, lib. I, part. I; Plinium, lib. VIII, cap. 27; Joannem Leonem in *Descript. Africae*, lib. IX. Solinus hæc de eo, cap. 35 : *Crocodilus malum quadrupes, et in terra, et in flumine pariter valet, linguam non habet, maxillam movet superiorem; morsus ejus horribili tenacitate conveniunt, stipante se dentium serie pectinatim : plerumque ad viginti ulnas magnitudinis coalescit : qualia anseres edit ova; metatur locum nido naturali providentia, nec alibi fetus premit, quam quo crescentis Nili aquæ non possunt pervenire. In partu foecundo mas et femina vices servant. Præter hiatum oris armatus est etiam unguium immanitate. Noctibus in aqua degit; per diem humi acquiescit. Circumdatur maxima cutis firmitate, in tantum, ut ictus quoris tormento adactos tergo reperiunt.*

Ibid., lin. 42. Ἐὰρ δὲ χάρη. Mirum est quod de eorum victu narrat Joannes Leo in *Descriptione Africae*, lib. ix : *Harum belluarum amplius trecenta capita Canæ mænibus diducto rictu affixa vidi, adeo magnæ ac stupendæ amplitudinis, ut vaccam integram capere potuissent, dentibus acutis et prægrandibus. Solent autem Ægyptii piscatores crocodilo caput præscindere, oppidorumque mænibus, quemadmodum venatores ferarum capita affigere.*

Ibid., lin. 45. Ὁ δὲ λεγόμενος ἱπποπόταμος. Eadem descriptionem iisdem fere verbis paucis immutatis habes apud Achillem Statium, lib. iv : Ἐτυχον ποτάμιον θηρίον ἄνδρες τεθηρακότες θέας ἄξιον. Ἴππον δὲ αὐτὸν τοῦ Νείλου ἐκάλουον οἱ Αἰγύπτιοι· καὶ ἐστὶ μὲν ἵππος, ὡς ὁ λόγος βούλεται, τὴν γαστέρα καὶ τοὺς πόδας, πλὴν ὅσον ἐν χηλῇ σχίζει τὴν ὀπλήν. Μέγεθος δὲ κατὰ βοῦν τὸν μέγιστον. Οὐρὰ βραχεῖα, καὶ ψιλὴ τριχῶν, ὅτι καὶ τὸ πᾶν τοῦ σώματος οὕτως ἔχει· κεφαλὴ περιφερῆς οὐ σμικρὰ. Ἐγγὺς ἵππου παρειαί, μυκτῆρ ἐπὶ μέγα κεχρηῶς, καὶ πνέων πυρώδη καπνὸν, ὡς ἀπὸ πηγῆς πυρός· γένυς εὐρεῖα, ὡσεὶ καὶ παρειαί. Μέχρι τῶν κροτάφων ἀνοίγει τὸ στόμα. Ἐχει δὲ καὶ κυνδόντας καμπύλους, κατὰ μὲν τὴν ἰδέαν καὶ τὴν θέσιν ὡς ἵππος, τὸ δὲ μέγεθος εἰς τριπλάσιον. Et Plinius lib. viii, cap. 39 : *Major altitudine in eodem Nilo bellua hippopotamus editur : unguis bifidis, quales bubus, dorso equi, et juba, et hinnitui, rostro resino, cauda, et dentibus aprorum, aduncis sed minus noxiis ; tergoris ad scuta galeasque impenetrabilis præter quam si humore madeat. Depascitur segetes, destinatione ante, ut ferunt, determinatas in diem, et ex agro feventibus vestigiis, ne quæ revertenti insidiæ comparantur.* Et lib. ix, cap. 11, diversa ab Achille et Eustathio scribit, hippopotamos duntaxat, sicut et vitulos aquatiles corio et pilis integri. De hoc Aristoteles, *De hist. anim.* lib. ii, cap. 7 ; Strabo, lib. xv ; Joannes Leo, *Descriptionis Africae* lib. ix, qui etiam eos depiles esse scribit. De ejus in parentis impietate et injustitia Plutarchus, lib. *De solertia anim.* ; et quomodo symbolice notet impudentiam. Idem, lib. *De Iside*. Vide Ælianum, lib. vii, cap. 19, *De hist. anim.*, et præter cæteros Horum, lib. i, cap. 16.

Ibid., lin. 54. Καὶ ἔστιν ἀδηφαγώτατος. Achilles Staius, lib. iv : Πρῶτον μὲν τὴν φύσιν τοῦ θηρίου καταλέγων, εἶτα καὶ τὸν τρόπον τῆς ἀγρας, ὡς ἐστὶ μὲν ἀδηφαγώτατος, καὶ ποιεῖται τροφὴν ὄλων λήϊον. Nonnus *Dionysiaca* lib. xxvi :

— ἐώϊος Ἰνδὸς Ἰθάσσης.

Κεῖθι μελαμψίδι διαξύων ῥόδον ὀπλή
 Νήγεται ὕδατος ποταμίου ἱππος ἀλήτης
 Ὀϊος ἐμοῦ Νείλοιο θερευγέης ὀλέμα χαράσσων
 Ναιετάει βυθίου δι' ὕδατος ἄγρος ὀδίτης
 Μηκεδανὸς γενέσσιν, ἐπ' αἰγυαλοῖο δὲ βαίνει
 Αἰχμὴ καρχαρόδοντι διασχίζων ῥάχιρ ὕλης
 Καὶ διερὴν ἀχάρακτον ἔχων γένυν ἄρπαγα καρπῶν
 Μιμηλῆ θρεπάρη σταχυφόρα λήϊτι τέμνει
 Ἀμητήρ ἀσιδῆρος ἀμαλλοφόρου τοκετοῖο.

Ælianus, lib. v, cap. 53, et Plinius, lib. viii.

Ibid., lin. 55. Ἀπίη δὲ θηρίαι. Eadem habet

Achilles Staius lib. iv, et simile quid, etsi in re diversa, legitur apud Longum sophistam, lib. i Ποιμενικῶν, in quo simili dolo pastores lupos capiunt.

Col. 728, lin. 3. Δεύτερον βοός. Cave hunc locum ita intelligas, ut hippopotamum magnitudine superari existimas, ea enim maximum quemquam bovem æquipararat. Achilles Staius, μέγεθος δὲ κατὰ βοῦν τὸν μέγιστον. Quare locum hunc ita restituo, videtur enim mutilus, Καὶ οἱ θηρευταὶ εὐθὺς ἀποκλείουσι. Καὶ ἐστὶ μὲν εἰς ἀλκὴν ἐλέφαντος Ἰνδοῦ δεύτερον βοός δὲ ἔχει τὸ θηρίον τὸ μέγεθος.

Ibid., lin. 5. Ἐν δὲ τοῖς ἰχθύσι πολλή τις. Aristoteles tamen *De generatione anim.*, lib. iii, cap. 4, piscium naturam frigidiorē esse affirmat, ideoque ita illis sicut et avibus menstrua nulla prodire, et conceptum consistere sine coitu ; et lib. viii, cap. 19, *De hist. anim.*, pisces in locis frigidis parum vigere. Quare minime mirum est gelidam hiemem omnes sentire, maximeque eos, qui lapidem habere in capite existimantur : et cum asperæ hiemes fuerunt multos cæcos captos fuisse, ita referente Plinio lib. ix, cap. 16 ; ex Aristotele *De hist. anim.*, lib. viii, cap. 19 ; sicque his mensibus jacere speluncis conditos, alios arenis, alios saxorum angustis. Ubi vero temperiem aeris, et maris tranquillitatem præenserint, continuo se efferre choreas que ducere. Cultissimus Ælianus, lib. ix, cap. 57 : Ἐν δὲ τῷ χειμῶνι βιαιστάτω, κυμαίνουσης μὲν τῆς θαλάσσης, σκληρόν γε τῶν ἀνέμων καὶ βίαιον καταπνεόντων, φρίττουσι τὴν σύντροφόν τε ἅμα καὶ φίλτην οἱ ἰχθύες θάλατταν. Καὶ οἱ μὲν αὐτῶν τοῖς πτερυγίοις ἐπαμῶνται τὴν ψάμμον, καὶ ἑαυτοὺς ἐπιπυγάζαντες ὑποβάλλουσιν· οἱ δὲ ὑπελιούνται τινα πέτραν, ἐν σκέπη τε τοῦ κρύους, καὶ εὐ μάλα γε ἀσμένως ἡσυχάζουσιν· οἱ δὲ ἐς τοὺς μυχοὺς τοῦ πελάγους καταθέοντες, εἶτα τὴν ἄνωθεν φρίκην ἐξέκλιναν κάτω καὶ ἐν βυθῷ. Οὐχ οὕτως γὰρ φασιν, ὡσπερ οὖν ἄνω διοιδάινειν τε καὶ τύπτειν τὸ κύμα ἀγριαῖνον. Ὑπαρχομένου δὲ τοῦ ἥρος, καὶ τοῦ μὲν ἀέρος φαιδρῶ γενόμενου, τῶν δὲ φωτῶν θάλλει ἀρχομένων, καὶ τῶν λειμῶνων τὰ σύντροφα κομώντων, γαλήνᾳ τε τὰ τοῦ πελάγους καὶ ὑπεῦδα αισθόμενοι οἱ ἰχθύες, ἀναθεοῦσι καὶ πηδῶσι, καὶ πλησίον τῆς γῆς νήχονται ὡσπερ οὖν ἤκοντες ἐξ ἀποδημίας. Nec propterea Aristoteles negat pisces voraces esse et gulosos, sed id ad aliam causam, non ad calorem refert, quæ et magis verosimilis videtur ; libro enim iii, *De part. anim.*, cap. 14 : *Genus piscium omne, quoniam cibum minus conficere possit, crudaque egerat, et vorax et gulosum est. Cætera etiam omnia, quibus intestina sunt recta, ciborum avida sunt. Cum enim cibis celeriter egerat, proindeque brevis usus fruendi sit, brevi repetant cibum avida necesse est.*

Ibid., lin. 9. Ἡ δὲ θαλάσσιος ἀλώπηξ. Aliter hoc narrat Ælianus *De hist. anim.*, lib. ix, cap. 12 ; ait enim vulpem marinam hamo devorato omnia interiora evomere tanquam vestem invertentem, donec hamum egerat, deinde resorbere. Ex Æliano exscripsit Phile in *Iarhis* :

*Τὴν κερδαλὴν δὲ φασι τὴν θαλαττίαν,
τοῖς ἐγκάτοις ἀγκιστρον εἰσδεδεγμένην,
σοφῶς ἐαυτῆρ τῶν ἀπ' ἐξ ἔνδορ στρέφειν,
ὡς ἡματισῶν σφηρικῶν ὑφασμάτων,
ὡς ἂν ὁ χαλκὸς ἐμπαγείς διακπέση.*

Nec minus oscitanter id idem scripsit Plutarchus, Dialogo, Urum prudentiora, etc. Hos ergo confudisse pisces, et quod erat unius alteri tribuisse, satis liquet ex his quæ ex Aristotele aliisque scriptoribus adducemus. Aristoteles enim disertissimis verbis *De histor. anim.*, lib. ix, cap. 37: "Ἦν δὲ καλοῦσι σκολόπενδραν, ὅταν καταπῆ τὸ ἀγκιστρον, ἐκτρέπεται τὰ ἐντός, ἐκτός ἕως ἂν ἐκβάλῃ τὸ ἀγκιστρον, εἰθ' οὕτως εἰστρέπεται πάλιν ἐντός. Et Plinius, lib. ix, cap. 43: *Scolopendræ terrestribus similes, quas centipedes vocant, hamo devorato omnia interanea evomunt, donec hamum egerant, deinde resorbent. At vulpes marinæ simili in periculo glutiant amplius, usque ad infirma linæ quæ facile præterdant*; et Oppianus *Ἄλιευτ.* lib. iii:

*Λαίψηρα δ' ἀμίλι καὶ ἀλώπεκες, εὖ τ' ἂν ἔχωρται,
Εὐθύς ἄνω σπεύδουσιν ὑπορθάδων, αἷψα δὲ
Ἵμεσσην Ὀρμηρὴν ὑπ' ὀδοῦσι διέτμαρον, ἠδὲ καὶ ἄκρας
Χαίτας τοῦδε καὶ τῆσιν ἐχαλκείσαντ' ἀλιήτας
Αὐλὸν ἐπ' ἀγκιστρῶν δολιχῶτερον ἄλωρος ὀδόντων.*

Quos etiam noster hic auctor sequitur; et ita sane rem se habere certo certius tenendum est. Error autem Æliani, Plutarchi et aliorum inde videtur fluxisse. Nam cum in textu Aristotelis, a quo acceperunt sua, ipsi legissent vulpem marinam, eodem modo ac centipedem hamum effugere, τῶν δ' ἰχθύων αἰ ὀνομαζόμεναι ἀλώπεκες, ὅταν ἀσθωνται, ὅτι τὸ ἀγκιστρον καταπετώκασιν, βοηθοῦσι πρὸς τοῦτο, ὡσπερ καὶ ἡ σκολόπενδρα, hisce verbis contenti, reliqua verba Aristotelis neglexerunt, in quibus discrimen explicat, ideoque quod erat tribuendum centipedibus vel scolopendris, vulpi marinæ dederunt, et inverterunt historiam; vel saltem primum memoria lapsum affirmabimus, cæteros verbis illius delusos. Huc videtur allusisse Horatius, 2, *Serm. sat.*

— *Si vafer unus et alter*

Insidiatorem præroso fugerit hamum.

Theodorus Gaza in Aristotelicis vertendis, Aristotelis sententiam non expressit, de suoque nonnulla addidit' quæ in Aristotele non habentur. Antliæ quoque funem, vel lineam abrumpunt, non ore sed spinis tergi dissectam. Ovidius in fragmento *Haliut.*, et Oppianus, lib. iii. Phile in *Iumbis* similia tradit de trocta, et dicit hanc rem nomen pisci dedisse. Aristoteles glanidem ἀγκιστροφάγον vocat, et Plinius. De mugile hoc tradit Plutarchus d. loco.

Ibid., lin. 15. Ὁ δὲ κροκόδειλος. Plinius, libr. vi, capit. 20, hos humani corporis avidissimos vocat. Joannes Leo in *Descriptione Africæ*, libr. ix, refert eos circa littora reconditos magno astu homines vel propinqua animalia observare, quos subito cauda involutos in aquam pertrahere, ac devorare. Idque probi senis successu comprobatur, qui longa crocodili cauda cinctus ex ipsa navi momento temporis detractus fuit.

A Ibid., lin. 24. *Περὶ γὰρ τὴν γαστέρα.* Plinius lib. viii, cap. 15: *Et unguibus hic armatus est, contra omnes ictus cute invicta; et inferius: In ventre mollis est tenuisque cutis crocodilo.* Consule Solinum, et alios qui de crocodilo scribunt. Ideoque delphini immeantes Nilo, quorum dorso tanquam ad hunc usum cultellata inest pinna, subeuntes, crocodilorum alvum illa secant spina. Solinus, lib. xxxv: *Est et delphinum genus in Nilo, quorum dorsa serratas habent cristas. Hi delphines crocodilos studio eliciunt ad natandum, demersique astu fraudulento tenera ventrum subternatantes secant et interimunt.* Hi capita hominum, quos vorarunt, deflent, et mortuorum reliquias deplorant, ut tradit Asterius Amasæ episcopus, non facti pœnitentia adducti, sed dolentes quod ipsum caput carne careat, quam ipsi devorent: homilia de jejunio: *Τί σοι βούλεται ἡ νηστεία, ἢ τοὺς Νειλώους κροκοδείλους μιμεῖσθαι; οὓς φασι ταῖς κεφαλαῖς ἐπιβρηνεῖν τῶν ἀνθρώπων, ὧν ἐφαγον, καὶ δακρύειν ἐπὶ τοῖς λειψάνοις τῶν φόνων, οὐ μετάνοιαν τῶν γεγενημένων λαμβάνοντας, ἀλλὰ τὸ ἀσαρκον τῆς κεφαλῆς, ἐμοὶ δοκεῖν, ὀδυρομένους, ὡς εἰς βρῶσιν οὐκ ἐπιτήθειον.*

Ibid., lin. 30. *Ἐδωκε δὲ αὐτοῖς.* Basilium, hom. 8: *Διὰ τί ἐξ ὕδάτων καὶ τοῖς πτηνοῖς τὴν γένεσιν ἔδωκεν;* "Ὅτι ὡσπερ συγγενεῖά τις ἐστὶ τοῖς πετομένοις πρὸς τὰ νηκτά. Καὶ γὰρ ὡσπερ οἱ ἰχθύες τὸ ὕδωρ τέμνουσι, τῇ μὲν κινήσει τῶν πτερυγῶν εἰς τὸ πρόσω χωροῦντες, τῇ δὲ τοῦ οὐραίου μεταβολῇ τὰς τε περιστροφὰς καὶ τὰς εὐθείας ὁρμὰς ἑαυτοῖς οἰακίζοντες· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν πτηνῶν ἐστὶν ἰδεῖν διανηχομένων τὸν ἀέρα τοῖς πτεροῖς κατὰ τὸν ὁμοιον τρόπον· ὥστε ἐπειδὴ ἐν ἰδίωμα ἐν ἑκατέροις τὸ νήχεσθαι, μία τις αὐτοῖς ἡ συγγένεια ἐκ τῆς τῶν ὕδάτων γενέσεως παρεσχέθη. Præter hanc rationem optime Aristoteles, *De hist. anim.*, lib. vi, cap. 10, explicat piscium generationi ex ovo quid diversum, quidque commune cum avium procreatione; et lib. *De anim. incessu*, cap. 17: *Aves autem quodammodo, et pisces similiter se habent. Avibus namque alæ in superiori sunt parte, illis vero pinnae duæ parte prona, et avibus quidem in supina corporis parte sunt pedes, illis vero in supinis juxta pronas pinnae sunt pluribus, et aves præterea uropygium habent, illi vero caudam.* Aves autem ex aquis fuisse productas probabilior videtur sententia, cum nulla de aere in avium productione fiat mentio. Et gravissimi doctores id censuerunt, Hieronymus, Augustinus, Rupertus, Ambrosius, lib. v *Hexaem.* cap. 14; Cyrillus in primum *Genesisos*; Theodoretus, lib. v *Divinorum decret.*; Marius Victor, lib. i in *Genes.*; Damascenus, lib. ii *Fid. Orthodoxæ*, cap. 9; Hugo, Richardus, et alii. Non conveniunt tamen inter se, quæ sint hæ aquæ ex quibus divina eloquia aves esse productas affirmant. Non defuerunt uti Cajetanus, Catharinus et alii, qui non ex aquis aves, sed ex ipsa terra fuisse factas contendunt verbis sacræ Scripturæ in dialecto Hebraico et paraphrasi Chaldæa nixi.

Ibid., lin. 34. *Ἐστὶ δὲ αὐτῶν τὰ μέγ.* Basilium.

hom. 8 : "Άλλο μὲν οὖν γένος τὸ τῶν σαρχοφάγων, καὶ ἄλλη κατασκευὴ πρέπουσα τῷ τρόπῳ τῆς διαίτης αὐτῶν, ὀνύχων ἀκμαί, καὶ χεῖλος ἀγκύλον, καὶ πτερὸν ὀξύ, ὥστε καὶ συλληφθῆναι βραδίως τὸ θήραμα, καὶ διασπαραγὲν τροφὴν τῷ ἐλόντι γενέσθαι· ἄλλη τῶν σπερμολόγων κατασκευὴ, ἄλλη τῶν ἐκ παντὸς τρεφομένων τοῦ συντυχόντος, καὶ ἐν τούτοις πλεῖστα διαφοραί. De avium generibus, ingeniis, facultatibus, cæterisque ad eas spectantibus plura, et Aristoteles, et Plinius, et Ælianus, et Albertus Magnus et alii, quos si libet adi. Unum tantum Aristotelis locum in medium afferam ex lib. III *De partibus anim.*, capit. 11, qui omnia hæc quæ a nostro auctore strictis et paucissimis verbis attinguntur, exponit, quæque commentarii loco deservire possunt: *Avibus os, quod rostrum vocatur, hoc enim pro labris et dentibus habent, sed varie pro usu et auxilio; quæ enim aduncis unguibus sunt, quoniam carne vivunt, et nullo fructu vescuntur, rostrum omnia habent aduncum. Tale enim tum ad retinendum, tum vero ad vim inferendam commodius atque aptius est; vis autem in hoc, et in unguibus sita est. Unde fit, ut ungues etiam habeant adunciores. Cæterarum avium rostrum utile ad victum cujusque est, verbi gratia roborei generis, et corvini robustum, atque prædurum os est: minuti generis latum ad terræ fructus colligendos, et ad bestiolas capiendas idoneum. Quæ autem herbis vivunt, quæque apud paludes vicitant, ut nantes, et palmipedes partim alio quodam modo rostri commoditatem obtinent, partim latitudine rostri sibi sufficiunt: quippe quæ rostro ejusmodi infodere possint, quale inter quadrupes etiam suis est; nam is quod radicum appetens est. Quin etiam aves, quæ lato sunt rostro radicesque esitant, et reliquarum victus similis nonnullæ serratum rostri extremum habent: ita enim herbarum carptis quo vivunt facilius agitur. Nec tantum ad necessaria comparanda ita nata sunt animalia, sed ut instrumenta habeant, quibus se ab inimicorum insidiis, sive ii homines sint, sive belluæ defendant, quæ omnia optime norunt, et dum occasio fuerit scientes utuntur. Theophrastus Simocatus in *Quæst. naturalibus*, quæst. 5: "Ἔστιν ἀσθησις καὶ τοῖς ἀλόγοις ζώοις, Πολύκρατες, καθ' ἣν τῆς οικείας σωτηρίας ἀπειλήφασιν τὴν διάγνωσιν. Οἶδεν ἡ σπηλία τῆς οικείας ἀχλύος τὸ σόφισμα καὶ ποῦ θηραταῖς ἀορασίαν ἄγρας ἐνέθηκεν. Οἶδε τὰ γαμψόνυχα τὴν διὰ τῶν ὀνύχων ἀλκὴν. Οἶδεν ὁ λαγῶς διὰ τοῦ δρόμου καὶ τῆς τῶν ποδῶν ὀξύτητος κυνηγέτου ἐπιβουλὰς ἀποπέμπεσθαι. Οἶδεν ἡ ἔλαφος ἀποχειραμένη τὰ κέρατα ἀσθενεστέρα τὴν φύσιν ἀμύνεσθαι τοὺς λυπησάντας, etc. Cicero, *De finibus* lib. v, qui laudatur a Nonio Marcello: *Serpere anguiculus, natate anaticulas, volare merulas, cornibus uti videamus boves* (ego legerem *cornibus nisi*), *nepas aculeis, suam denique cuique naturam esse ad vivendum ducem*; et mellitissimus Anacreon:*

Φύσις κέρατα ταύροις,
Ὅπλις δ' ἔδωκεν ἱπποῖς,
Ποδωκλήν λαγωῖς,

Λέουσι χάσμ' ὀδόντων,
Τοῖς ληθῦσι τὸ ρηκτόν,
Τοῖς ὀρνέοις πέτασθαι,
Τοῖς ἀνδράσι φρόνημα.
Γυναιξίν οὐκέτ' εἶχεν.
Τί οὖν δίδωσι; Κάλλος,
Ἄντ' ἀσιπιδῶν ἀπασῶν.
Ἄντ' ἐγγέων ἀπάντων
Νικᾷ δὲ καὶ σιδήρον,
Καὶ πῦρ καλὴ τις οὖσα.

Et Phocylides:

"Ὅπλον ἐκάστω ρῆϊς θεὸς φύσιν ἠερόφοιτον
Ὅρρισι μὲν πολλὴν ταχύτητ', ἀλκὴν δὲ λέουσι,
Ταύροις δ' αὐτοχότοις κέρασσι, κέντρα μελλισσῆσι,
Ἐμφυτον ἄλλαρ ἔδωκεν.

Plinius, lib. x, cap. 24, hirundinem solam avem ex iis, quæ aduncos ungues non habent, carnibus vesci notat.

Ibid., lin. 40. *Καὶ τὰ μὲν ἔστιν ἀναρχα*. Basilius, hom. 8: Πάλιν ἐν τούτοις τὰ μὲν ἀναρχά ἐστι, καὶ ὅσον αὐτὸ βνομα, τὰ δὲ ὑφ' ἡγεμόνι τετάχθαι καταδεχόμενα, ὡς αἱ γέρανοι. Ἡδὴ δὲ τις καὶ ἑτέρα ἐν τούτοις ἐστὶ διαφορὰ, καθ' ἣν τὰ μὲν ἐπιδημητικὰ τε ἐστὶ καὶ ἐγγύρσια, τὰ δὲ ἀπαίρειν πέφυκε πορβρωτάτω, καὶ χειμῶνος ἐγγιζόντος ἐκτοπίζειν ὡς τὰ πολλά.

Ibid., lin. 44. *Γαῦρον δ' ἀλεκτρῶν*. Basilius, hom. 8: Γαῦρον ὁ ἀλεκτρῶν, φιλόκαλον ὁ ταῶς, λάγνοι αἱ περιστεραὶ καὶ αἱ κατοικίδιοι ὄρνεις, ἐπὶ παντὸς καιροῦ τὸ συνουσιαστικὸν ἔχουσαι. Lucillius:

*Gallinaceus, cum victor se gallus honeste
Sustulit, in digitos primoresque erigit ungues.*

Ibid. Ὁ δὲ ἱεράξ ἐνορούστατος. Aristoteles, lib. ix *De histor. anim.*, cap. 36: Ἐν δὲ θράκη τῇ καλουμένη ποτὲ Κεδροπόλει ἐν τῷ ἔλει θηρεύουσιν οἱ ἀνθρωποὶ τὰ ὀρνίθια κοινῇ μετὰ τῶν ἱεράκων. Οἱ μὲν γὰρ ἔχοντες ξύλα σοδοῦσι τὸν κάλαμον καὶ τὴν ὕλην, ἵνα πέτῶνται τὰ ὀρνίθια· οἱ δὲ ἱεράκες ἀνωθεν ὑπερφαινόμενοι καταδιώκουσι· ταῦτα δὲ φοβοῦμενα κάτω πέτεται πάλιν πρὸς τὴν γῆν· οἱ δὲ ἀνθρωποὶ τύπτοντες τοῖς ξύλοις λαμβάνουσι, καὶ τῆς θήρας μεταδίδασιν αὐτοῖς, ῥίπτουσι γὰρ τῶν ὀρνίθων, οἱ δὲ ὑπολαμβάνουσι. Eadem repetit libello *Περὶ θανμάτων ἀκουσμάτων*, ubi tamen Ἀμφίπολιν pro Cedropoli nominat, quæ ita vertebat Plin. lib. x, c. 8: *In Thraciæ parte super Amphipolim homines atque accipitres societate quadam aucupantur. Hi ex silvis, et arundinetis excitant aves: illi supervolantes deprimunt. Rursus captas aucupes dividunt cum iis. Traditum est missas in sublime sibi excipere eos: et cum tempus sit capturæ clangore ac volatus genere invitare ad occasionem*. Similia habet Ælianus, *De hist. anim.*, lib. 11, cap. 42, qui ait homines explicatis retibus quiescere, accipitres supervolantes aves, metu incusso, in retia compellere. Thraces captas aves cum illis partiri, ut flos socios ad aucupium habeant. Sin accipitres ab illis distracti dissociantur. Quæ repetit etiam Antigonus Carystius cap. 34; Joannes Meursius in not., cum Cedropo leos nullus veterum mentionem habuerit, suspicatur esse mendum in Aristotele non bodie aut heri

natum, sed jam ante Antigoni tempora, qui ita inventum expressit, restituitque Κεχροπίδι quæ Stephano Thraciæ regio est; conciliatque secum Aristotelem, dum Amphipolim urbem in Thracia sitam in Cecropide regione ponit.

Col. 729, lin. 5. Φιλότεκνον ὁ πελεκάν. Cff. Physiologus Epiphanii, et Petrus Damianus, lib. II, epist. 18; Hieronymus, sive auctor epistolæ ad Præsidium, pelecatorum filios a serpentibus occidi, et parentum sanguine vivificari auctor est. Isidorus lib. XII, c. 7: *Pelicanus avis Ægyptia habitans in solitudine Nili fluminis, unde et nomen sumpsit. Nam Canopus Ægyptus dicitur. Fertur si verum est, eam occidere natos suos, eosque per triduum lugere, deinde seipsam vulnerare, et aspersione sui sanguinis vivificare filios.* Idem habet Augustinus in *psalm.* CI, et Gregorius *super v psalm. penitent.*; Albertus Magnus cum nostro Eustathio convenit, qui ait parentes a filiis provocatos; eos interficere. Consule Michaellem Glycam, *Annal.* libr. I; Horum libr. I, capit. 54. Aliam φιλοτεκνίας causam habes apud Ælianum, *De histor. animalium*, lib. III, capit. 24. Hunc Plinius plateam, plateam, Cicero, Hieronymus, et Eucherius onocrotalum vocarunt. Consalus Pontius notis in *Physiologum* Epiphanii, quæ de pelecato narratur, nullo aut experimento, aut veteri probato testimonio affirmari posse contendit. Quare putat pro pictorum arbitrio hominibus exhibitam, nec ullam hujusce naturæ avem usquam esse, comprobatque Hebræorum sententia, qui fatentur nescire se quæ avis sit pelecanus. Quidquid tamen sit, avis hæc fuit insigne Julii Antonii Sanctorii cardinalis, post Gregorium decimum tertium pontificem optimum, collegii Græcorum primum patrem, primi propugnatoris ac defensoris, qui, ut Græcorum filii ex impia illa Turcarum tyrannide et ignorantie tenebris elapsi, et bonis artibus, et lectissimis moribus instruerentur, adversus malesanos nebulones, qui tantum opus evertere conabantur, propriis officiis opibusque bona a Gregorio legata, alumnorum educationi, diu jam corruentia, immunia, sanaque sustinuit, et confirmavit nutantia, suis commodis Græcorum eruditionem anteponebat, et quos jam charitatis studio uti filios complexus fuerat, etiam si opus fuisset, sui sanguinis fovens effusione, o vere pelecantum, vere aureum, vere φιλότεκνον. Ne felicem te Græciam, felices tuos adolescentulos, tanti patroni præsidio in maxima necessitate vere defensos. Gaude, gaude, tanti viri exemplo præstantissimi quinque præsules tuos filios, et alunt, et moribus scientiisque informant, quorum læudes nunc non tam prætermittimus, quam ad majorem scribendi diligentiam reservamus.

Ibid., lin. 11. Οὗτοι δὲ οἱ πελεκᾶνες. Idem narrat Aristoteles lib. *Περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων*, et lib. IX *De hist. anim.*, cap. 10: Οἱ δὲ πελεκᾶνες οἱ ἐν τοῖς ποταμοῖς γινόμενοι καταπίνουσι τὰς μεγάλας λέγους καὶ λέιας· ὅταν δ' ἐν τῷ πρὸ τῆς κοιλίας τόπω

Ἀπέψωσιν, ἐξεμοῦσιν, ἴνα χασκουσῶν τὰ κρέα ἐξαπορῶντες ἐσθίωσι. Cicero, lib. II, *De natur. deorum*: *Legi etiam scriptum esse avem quamdam, quæ platealea nominaretur, eam sibi cibum quærere advolantem ad eas aves, quæ se in mari mergerent, quæ cum emerissent, piscemque capissent, usque eo premere earum capita mordicus dum captum illæ amitterent, id quod ipsa invaderet. Eademque hæc avis scribitur conchis se solere complere, easque cum stomachi calore concoxerit, evomere, atque ita eligere ex iis quæ sunt esculenta.* Plinius, lib. X, cap. 40: *Platea cum devoratis se implevit conchis, calore ventris coctas evomit, atque ita ex iis esculenta legit testas excerpens.* Et Ælianus, *De hist. anim.* lib. III, cap. 20: Οἱ πελεκᾶνες ἐν τοῖς ποταμοῖς κόγχας περιχαίνοντες, εἶτα καταπίνουσι. Ἐνδον δὲ καὶ ἐν मुखῷ τῆς γαστρὸς ὑποθάψαντες ἀνεμοῦσι. Καὶ τὰ μὲν ὀστράκια ἐκ τῆς ἄλλας διέστη ὡσπεροῦν τῶν ἐφθῶν· οἱ δὲ ἐξαορττοῦσι τὰ κρέα, καὶ ἔχουσι δειπνον. Quæ carmine iambico ita reddidit Phile:

Κόγχην δὲ πελεκᾶν ἐμβαλὼν τοῖς ἐγκάτοις,
Κἀνάπαλιν αὐτὴν ἐξεγεγκῶν, ὀστράκοις
Τὸ σαρκίον βέβρωκε ληφθὲν εὐστόχως.
Τοῦ γὰρ τόπου θλάσασα τὰς κλειῖς ἢ ἕσις,
Ἐλυσετ ἄς ἐσφιξετ ἢ κόγχην πύχας.

Ibid., lin. 26. Φιλόκαλον ὁ ταῶς. Hujus descriptionem iisdem pene verbis habes apud Achillem Tatium, lib. I: Ταῦτη νῦν οὗτος τὸ κάλλος ἐπιδεικνυται λειμῶνα πτερῶν. Ὁ δὲ τοῦ ταῶ λειμῶν εὐανθέστερος. Πεφύτευται γὰρ οὐτῷ καὶ χρυσοῦς ἐν τοῖς πτεροῖς· κύκλω δὲ τὸ ἀλουργεῖ τὸν χρυσοῦν περιτέλει τὸν ἴσον κύκλον, καὶ ἐστὶν ὀφθαλμὸς ἐν τῷ πτερῷ. Aristoteles, lib. I *De hist. anim.*, eum φθονερὸν καὶ φιλόκαλον vocat; ejus ostentationem, superbiam ac fastum explicat Ælianus lib. V *De histor. anim.*, cap. 21; Oppianus, *De venatione*, lib. II, et lib. III, qui ait nil jucundius ac pulchrius pavone in rebus a natura profectum; Phile, in *Iambis*; Georgius Pisida, *De mundi opific.*; Philostratus Junior *Heroic.* 2, in *Alexandro*; Gregorius Nazianzenus *Κατὰ γυναικῶν καλλωπιζομένων*; Athenæus, libr. IX, *Deipnosophist.*; Cicero, III *De finibus*; Columella, lib. VIII, capit. 11; Lucianus, *De domo*; Gellius, lib. VII, cap. 17; Dio Chrysostomus, oratione Olympica; Theophylactus Simocatus, epist. 31; Epiphanius in *Physiologo*; Ovidius, et alii. Plinius, lib. X, cap. 20: *Gemmantes laudatus expandit colores, adverso maxime sole, quia sic fulgentius radiant. Simul umbræ quosdam repercussus cæteris, in opaco clarius micant, conchata quærit cauda: omnesque in acervum contrahit pennarum, quos spectari gaudet oculos.* Tertullianus, lib. *De pallio*: *Pavo pluma vestis, et quidem de cataclitidis, imo omni conchylio depressior, qua colla florent, et omni patagio inaurator, qua terga fulgent; et omni syrmate solutior, qua caudæ jacent, multicolor, et discolor, et versicolor, nunquam ipsa semper alia, etsi semper ipsa quando alia; toties denique mutanda quoties movenda.* Vide præterea Joannem Passeratium, et Ulyssem Aldrovan-

dumf. Scaliger exercit. 238, in *Cardanum*, quod non infrequens est apud scriptores, pavonem scilicet, conspectis pedibus, quod turpes sint vociferari, anicularum fabulam vocat. Vide Pierium, lib. xxiv.

Ibid., lin. 35. 'Ο δὲ φοῖνιξ μέγεθος μέρ. Plinius, lib. x, cap. 2 : *Aquilæ narratur magnitudine, auri fulgore circa colla, cætera purpureus, cæruleam roseis caudam pennis distinguentibus, cristis faciem, caputque plumeo apice cohonestante.* Achilles Tatius, lib. III : Φοῖνιξ μὲν ὁ θρνις δυομα· τὸ δὲ γένος Αἰθιοφ, μέγεθος κατὰ ταῦνα· τὴν χροιάν ταῶς ἐν κάλλει δευτέρως. Κεκέρασται μὲν περὰ χρυσοῦ καὶ πορφύρα, αὐχεῖ δὲ τὸν ἥλιον δεσπότην, καὶ ἡ κεφαλὴ μαρτυρεῖ· ἔστεφάνωσε γὰρ αὐτὴν κύκλος εὐφυῆς, ἡλίου δὲ ἐστὶν ὁ τοῦ κύκλου στέφανος εἰκὼν. Κυανὸς ἐστὶ, καὶ εἰσιν αὐταὶ περῶν ἀνατολαί. Μερίζονται δὲ αὐτοῦ Αἰθίοπες μὲν τὴν ζωὴν, Αἰγύπτιοι δὲ τὴν τελευτήν. Phœnicem deposito senio repullulare ac reviviscere vetus eadem et nova, tradunt Aristides oratione de Smyrna reædificata ; Claudianus, auctor carminis de phœnice apud Lactantium ; Joannes Xiphilinus, in *Tiberio* ; Herodotus, lib. II ; Horus, lib. I, cap. 35 ; Solinus, cap. 35 ; Pomponius Mela, lib. III, cap. 9 ; Clemens Romanus lib. V *Constitutionum*, cap. 6, quem laudat Cyrillus Hierosolymitanus, *Cateches.* 18, De resurrectione ; Tertullianus lib. *De resurrect.*, cap. 13 ; Ambrosius, lib. VI, in *Hexaem*, cap. 23, et lib. *De fide resurrectionis* ; Nazianzenus, *Carm. ad virgines* ; Epiphanius, in *Anchorato* ; Cyprianus et Rufinus, in *Symbolo*. Ejus meminit Eusebius Cæsariensis, lib. IV *De vit. Constant.* De historia hujus avis hæsit Nazianzenus, et in dubium vocat, hom. de Spiritu sancto : Εἰ δὲ τῶ πιστὸς ὁ λόγος, καὶ ἄλλος ἐστὶ τρόπος γεννήσεως, αὐτὸ τι ὑφ' αὐτοῦ δαπανώμενον, καὶ τιχτόμενον. Et Plinius, lib. x, cap. 2 : *Æthiopes, atque Indi discolores maxime et inenarrabiles ferunt aves, et ante omnes nobilem Arabia Phœnicem : haud scio an fabulose, unum in toto orbe, nec visum magnopere.* Hieronymus Cardanus, lib. x, *De subtilitate* : Phœnicem prædicarunt multi, avem, inquit, fabulæ quam veritati propiorem ; et Maximus Martyr, I. ad Petrum illustrem contra Severi dogmata : Εἰ γὰρ ἐστὶν θρνις ὁ φοῖνιξ, καὶ ζῶον πάντως ἐστίν. Εἰ δὲ ζῶον, πρῶτον μὲν οὐ πάντη μοναδικόν, καθὼ ζῶον, οὐ γὰρ μόνον ζῶον· ἔπειτα δὲ εἴπερ ζῶον, καὶ σῶμα ἐμφυχὸν αἰσθητικόν. Εἰ δὲ σῶμα ἐμφυχὸν αἰσθητικόν ἐστὶν ὁ φοῖνιξ, καὶ ὑπὸ γένεσιν ἐστὶ δηλονότι καὶ φθοράν· αὐτοὺς ἐρωτήσωμεν τοὺς σοφοὺς τῶν θντων θεάμονας, εἰ δυνατόν ἐστὶ τι τῶν ὑπὸ γένεσιν καὶ φθορὰν ἐμφυχῶν καὶ αἰσθητικῶν σωμάτων, μοναδικῆς ὑπάρχειν καθ' ὑπόστασιν φύσεως, ὧν ἡ ἐξ ἀλλήλων κατ' εἶδος διαδοχὴ ἀρίθμηλος χαρακτηριστὴρ τοῦ εἶναι καὶ ὅρος ἐστὶ, καθάπερ καὶ ἡ θεία μαρτυρεῖ Γραφῆ τῆ βέβαιον δι' αὐτῆς τοῦ λόγου παρεχομένη τῷ δικαίῳ Νῶε, *Εἰσελθε σὺ καὶ πᾶς*, etc., οἷς εἴπερ ὡς πτηνὸν ζῶον ὁ φοῖνιξ ἐστὶν ἐναριθμῶς, μοναδικῆς καὶ ὑπόστασιν φύσεως οὐκ ἐστὶ κατὰ τὴν θείαν

A ἀπόφασιν. Referunt tamen quidam in interiore India avem esse nomine semendam, quæ rostrum habet triplici ordine, atque ut in ellychiniis undequaque perforatum, quæ moritura dulce canat cygnorum more. Inde collectis sarmentis motu alarum accendat ea, uraturque, ex ejus cinere vermīs, tum ex verme avis denuo renascatur. Scaliger, exercitatione contra Cardanum 233 : *Phœnicem, inquit, non esse penitus fabulosam legimus in Commentariis navigationum in mediterraneis Indiæ reperiri. Semenda vocatur ab incolis. Cæterum hujus historiæ fidem levat additum mendacium. Aiunt enim ei rostrum trifistulare, ut musicum edat sonum. Cujus ad imitationem pastores instrumentum composuerint haud insuave.*

B Ibid., lin. 41 : 'Ὡς ἱστορηῆσαι καὶ ἄλλους. Carmina sunt Ezechielis tragœdiarum scriptoris, quæ item Eusebius lib. IX *De præparatione evangelica* retulit. Sic debent distingui .

Ἐτερον δὲ πρὸς τοῖσδ' εἰδομεν ζῶον ἕτερον, θαυμαστόν, ὅλον οὐδέπω ὤρακ' εἰς. Διπλοῦν γὰρ ἦν τὸ μήκος αἰετοῦ σχεδόν, Πτεροῖσι ποικιλοῖσιν, ἠδὲ χρώμασιν. Στήθος μὲν αὐτοῦ πορφυροῦν ἐφαίνετο· Σκέλη δὲ μιλτόχρωσα, καὶ κατ' αὐχένου Κροκωτῖνοις μαλλοῖσιν εὐτραπίζετο· Κάρα δὲ κόλτης ἡμέροις παρεμφορέε· Καὶ μηλῆν μὲν τῇ κόρῃ προσέβλεπε Κύκλω, κόρῃ δὲ κόκκος ὡς ἐφαίνετο. Φωρὴν δὲ πάντων εἶχεν ἐκπρεπεστάτην. Βασίλειος δὲ πάντων ὀρνέων ἐφαίνετο, 'Ὡς ἦν νοῆσαι. Πάντα γὰρ τὰ πτήρ' ὁμοῦ Ὅπισθεν αὐτοῦ δειλιῶντ' ἐπέσυστο, Αὐτὸς δὲ πρόσθε, ταίριος ὡς γαιρούμενος, Ἐθαίνε κραιπνὸν βῆμα βαστάζων ποδός.

C Ibid., lin. 58. *Τυτὸ φασὶ μονογενές.* Michael Glycas, lib. I *Annal.* : 'Ο φοῖνιξ ὁ Ἀραβικὸς ὀρνέων λέγεται εἶναι μονογενὲς ἄζυγον ἐν τῇ δημιουργίᾳ· κατὰ ἔτη φ' τοῦτο πάσχει· δ καὶ φαιδρὰν παριστᾷ τὴν ἀνάστασιν. Et hoc fuit præcipuum argumentum Maximi martyris. Animal ergo non singulare ; animatum quid, et sensu præditum, ergo non singulare, cum nullum animal solum, nullum animatum, ac sensu præditum, dum generationi, et corruptioni obnoxium est, solum esse possit.

Col. 732, lin. 1 : *Καὶ ἔτη ζῆν πεντακόσια.* Nec in explicando phœnicis vitæ periodo auctores conveniunt. Plinius sexcentos sexaginta annos vivere ait, Solinus quingentos quadraginta, Philostratus sexcentos, Nonnus, *Dionysiac.* lib. XI, mille, quidam, referente Tacito, mille quadringentos sexaginta unum, Joannes Tzetzes ex Chæremone *Ægyptio sacrarum litterarum scriba*, sex et septem millibus annis vivere illum constanter affirmat ; Noster Eustathius, Herodotus, Tacitus, Horus, Aurelius Victor, Glycas et alii quingentis. Sic etiam Epiphanius in *Physiologo*, cap. 41.

Ibid., lin. 2. *Καὶ ἐν καιρῷ τοῦ μέλλειν.* Michael Glycas, *Annal.* tom. I : Αὐτοὶ γὰρ καὶ οἱ Ἕλληνας περὶ αὐτοῦ διηγούνται, ὅτι προηνοῦς τὸ τέλος αὐτοῦ ἔρχεται περὶ τὴν Αἴγυπτον, καὶ ἀντικρὺ τοῦ ἡλίου ἴσταται, εἶτα τεφροῦται, καὶ ἀπὸ τοῦ χόδου αὐτοῦ σκώ-

ληξ γενῶται, καὶ αὐτὸς αὖθις εἰς πτηνὸν μεταβάλλεται τὸν φοῖνικα. Nonnus, d. loco :

Καὶ ἔβλα κηῶντα φέρων γαμφύλονυχι τασσῶ
Χιλιετής σφῶρος ὄρνις ἐπ' εὐδύμῳ σέο βωμῷ
Φοῖνιξ τέρατα βλοιο φέρων αὐτόσπορον ἀρχήν
Τίττεται ἰσοτύποιο χρόνου παλινάγρετος εἰκῶν,
Αὐσας δ' ἐν πυρὶ γῆρας, ἀμείβεται ἐκ πυρός ἤδηρ.

Alcimus Avitus :

*Hic quæ donari mentitur fama Sabæis
Cynnamâ nascuntur, vivax quæ colligit ales,
Natali cum sine perit, nidoque perusto
Succedens sibimet quæsita morte resurgit ;
Nec contenta suo tantum semel ordine nasci,
Longa veterinosi renovatur corporis ætas,
Insensamque levant incendia crebra senectam.*

Aliter tamen narrant ejus mortem Horus, lib. II, cap. 57; Origenes, lib. IV *contra Celsum*; Achilles Tatius, lib. III, in fine. Epiphanius in *Physiologo* ait : Postquam in cinerem tota consumpta est, sequenti die alis renatis inveniri, tertio integram sacerdotem salutare, restauratamque abire. Albertus, ignis vi in cinerem verti, die altero vermem in cinere nasci, qui alis die tertia assumptis intra paucos dies in avem pristinae figuræ commutatur, et avolat. Artemidorus, *Onerocrit.* lib., cap. 49, locum ex quo phoenix evolet in Ægyptum, et ad quem mox revertatur, ait ignorari. Artemidorum transcripsit Suidas verbo φοῖνιξ. De phoenixe et ejus rogo vide Petrum Damianum, lib. II, epist. 18.

Ibid., lin. 10. Ὁ δὲ ἀετός περὶ τὴν ἀνατροφὴν. Basilius, hom. 8 : Ἀδικώτατος περὶ τὴν τῶν ἐκγόνων ἐτροφὴν ὁ ἀετός. Αὐὸ γὰρ ἐξαγαγὼν νεοσσούς, τὸν ἕτερον αὐτῶν εἰς γῆν καταρρήγνυσι, ταῖς πληγαῖς τῶν πετρῶν ὑπωθούμενος. Τὸν δ' ἕτερον μόνον ἀναλαθὼν οἰκείουται, διὰ τὸ τῆς τροφῆς ἐπίπονον ἀποποιοούμενος ὃν ἐγέννησεν. Ἄλλ' οὐκ ἐξ τοῦτον, ὡς φασί, διαφθαρῆναι ἡ φήνη, ἀλλ' ὑπολαβοῦσα αὐτὸν τοῖς οἰκείοις καυτῆς νεοσσοῖς συνεχτρέφει. Quare aquila suos pullos ejiciat aliam affert causam Aristoteles, lib. IX *De hist. an.*, cap. 34 : *Mittit namque suos aquila antequam tempus sit, adhuc parentis operam desiderantes, nec volandi adeptos facultatem : quod per invidiam id facere creditur : natura enim invida et famelica est, nec copiosa venatione : magnum tamen quid nanciscitur cum venatur. Invidet ergo suis filiis jam masculis, atque edaciusculis, et ob eam rem unguibus secat. Pulli etiam inter se pugnare incipiunt de sede et pastu ; itaque a parente ejiciuntur, et pulsantur, dejecti vociferantur, periclitanturque ;* et lib. VI, cap. 6, tædio etiam nutriendi illos expellere fatetur, eo enim tempore degenerare, et hebescere dicitur, unguis inverti, pennas albescere, quare ut ad rapinam ineptæ, pullos quos educare nequeunt, odio quodam tædioque mittunt. Plinius, lib. X, cap. 3 : *Nidificant in petris et arboribus : pariunt ova terna, excludunt pullos binos : visi sunt et tres aliquando, alterum expellunt tædio nutriendi. Quippe eo tempore ipsis cibum negavit natura prospiciens, ne omnium ferarum fetus raperentur. Ungues quoque earum invertuntur diebus XV ; albescunt inedia pennæ, ut merito partus suos oderint.*

A Versus Musæi de numero ovorum aquilarum is est quem refert Aristoteles dicto loco, et Plutarchus in *Mario* :

Ὅς τρία μὲν τίττει, δύο δ' ἐκλέπει, ἕν δ' ἀλεγιζει.
Hoc ultimo Dalecampius legit, ἕν δ' ἀλιθάζει, et sententiam eam esse vult, aquilam unum ovum corrumpere, perdere, duo excludere, tria parere, animadvertitque in interpretem qui illud ἕν ad pullum, non ad ovum retulerit; nec ipse tamen Musæi sententiam assecutus est, quam ex aquilarum historia claram, nescio quomodo pervertit, ea enim est : Aquilam tria ova generare, duo excludere, unum scilicet pullum, cum jam ova non sunt, educare, alereque ejus curam gerendo. Quare postea Aristoteles subdit : *Quantis magna ex parte id fiat, videlicet, unum educere, tamen aliquando et tres visi sunt pulli.* Nec Aristotelis sententiam integram expressit Plinius : *Pariunt ova trina : excludunt pullos binos : visi sunt et tres aliquando;* omisit enim illud quod erat summe necessarium, *unum alit.* Sic enim sententiæ absolutæ exceptio illa, et quasi ex iis quæ raro contingunt notatiunculæ, *Visi sunt et tres aliquando,* corresponderet. Nec dubito exscriptorum id incuriæ potius, quam Plinii oscitantiae tribuendum; qui optima quæque ab aliis dictata, vel scripta, perversissime excipiunt, pervertuntque.

Ibid., lin. 13. Ἡ δὲ φήνη τὸν ἀποποι. Aristoteles, lib. VI *De histor. anim.*, cap. 6, Τὸν δὲ ἐκβληθέντα δέχεται, καὶ τρέφει ἡ φήνη, et lib. IX, cap. 34, Οἱ δὲ ἐκβαλλόμενοι βοῶσι, καὶ οὕτως ὑπολαμβάνει αὐτοὺς ἡ φήνη. Plinius, lib. X, cap. 3 : *Sed ejectos ab his cognatum genus ossifragæ excipiunt, et educant cum suis.* Hanc ossifragam non multum oculis valere tradit Aristoteles. De aquila hoc idem habet Petrus Damianus, lib. II, epist. 18. Obiter tamen notandum hic est illum asfirmare pullum aquilæ dejectum non ab aquila, quæ ossifraga dicitur, suscipi et enutriri, sed a plebeia quadam avi, fulica videlicet: secundum vult fulicam φήνην Græce nuncupari. Falsum utrumque et præter historiæ veritatem. Nec enim pullus ille a plebeia avi suscipitur; et aliud est fulica, aliud φήνη.

Ibid., lin. 15. Θρέψας δὲ τὸν νεοσσόν. Eadem habet Aristoteles loco d., et Plinius : *Halæetus tantum implumes etiamnum pullos suos percutiens subinde cogit adversos intueri solis radios, et si conniventem, humectantemque animadvertit, præcipitat e nido velut adulterinum atque degenerem : illum cujus acies firma contra steterit, educat.* Apud Aristotelem est aquila ἀετός, non halæetos, quamvis de halæeto intelligendum esse nemini dubium, cum aquilam hanc per mare et littora, unde nomen accepit, vagari tradat Phile in *Iambis*

Ὅς τοὺς νεοσσοὺς δρτας ἀπτήρας τέως
Ἐπὶ ξένην βάσανον ὡς νόθους ἄγων,
Ποιεῖ δικαστὴν πρακτικὸν τὸν φωσφόρον.
Ὁ μὲν γὰρ αὐτοῦ ταῖς βολαῖς ἀντιβλέπων,
Τῶν φιλέτων τίς ἐστὶ, καὶ τῶν ἐκκρίτων,
Ὅφθελς γε καθαρὸς δυσσηνοῦς ὑποψίας.

Ὁ δ' αὖ, πρὸς αὐτὸν σκαρδαμύξας, εὐθὺς
Ἄλλοτριον τόκος θ' εὐρέθη σπέρματος,
Καὶ τῆς καλιᾶς δυστυχῶς ἀπεκρίθη.

Huc allasise videtur Cassiodorus, *Variarum* l. viii, epist. 21 : Sic fetus tui more aquilæ se probantes, regales oculos ab ipsis pene cunabulis pertulerunt.

Ibid., lin. 21. Φασὶ γὰρ γηράσαντα. Plinius, lib. x, cap. 3 : Oportet non senio, nec ægritudine, sed fame, in tantum superiore accrescente rostro, ut aduncitas aperiri non queat. Similia habet Horus, lib. ii, cap. 96. Aristoteles, lib. ix, *De histor. anim.*, cap. 32; Epiphanius in *Physiologo*, et alii.

Ibid., lin. 22. Καὶ εἰς πηγὴν ἀνακνεῖσθαι. Hanc aquilæ renovationem alii aliter narrant. Epiphanius ait in altum sese attollere, et in præruptam se projicere rupem, ad quam rostrum allidit; et cum se frigidis immerserit radios, ad solares radios sese opponere, tuncque ex oculis cadere lippitudines, et ita juvenescere. Petrus Damianus, lib. ii, epist. 18 : Aquila, ait, cum senuerit, et gravari cœperint alæ ejus, atque oculi caligare, tunc quærit fontem aquæ contra quem posita volat usque ad circulum solis, illicque in puriori ætheris vastitate librata ad vaporem solis et alas incendit et caliginem oculorum prorsus exurit, moxque descendens tribus in fontem vicibus mergitur, et sic alarum vigor, et oculorum acies multo melius quam juvenus attulerat, renovatur. Multa in hanc sententiam ex Hieronymo, Augustino, rabbi David, Vincentio, colligit Pontius in dictum locum Epiphani, quem consule. Theodorus tamen Heracleensis, *Comment. in psal. cii*, negat aquilam renovari : Οὐ τοῦτο βούλεται εἰπεῖν, ὅτι ἀνακαινίζεται ὁ ἀετός· οὐ γὰρ ἀνακαινίζεται, εἰ μὴ μόνον, ὡς φασιν, ὁ φοῖνιξ τὸ ὄρνεον· ἀλλ' ἐπειδὴ ὁ ἀετός δοκεῖ βασιλεύειν τῶν πετεινῶν ἀπάντων, βούλεται εἰπεῖν, ὅτι ἡ παλαιότερη ἡμῶν ἢ ἐν Βαβυλῶνι ἀνακαινισθήσεται εἰς βασιλείαν αἰῶνι, ὡς περ ἡμῶν ποτε. Διὰ γὰρ τοῦ ὄρνιθος τοῦ ἀετοῦ τὴν βασιλείαν ἀνιίττεται. Consule item Cælium Rodigium, l. xiii, cap. 20.

Ibid., lin. 29. Ὁ δὲ γῆψ ὑπηρέμιον. Petrus Damianus, lib. ii, epist. 18 : Perhibentur vultures cæterarum avium more, concubitu nullatenus indulgere : sed absque ulla prorsus masculini sexus admistione concipere. Quomodo autem id fiat pluribus narrat Horus lib. i, cap. 11; Plutarchus, *Romanarum quæstion.* 93 : Θῆλυ πᾶν τὸ γένος ἐστὶ καὶ κωσχοῦνται δεχόμενα τὸν ἀπηλιώτην, ὡς περ τὰ δένδρα τὸν ζέφυρον. Ælianus, lib. ii, cap. 46 : Γῦπα δὲ ἀρρένα οὐ φασὶ γενέσθαι ποτὲ, ἀλλὰ θηλείας ἀπάσας. Ὅπερ ἐπιστάμενα τὰ ζῶα, καὶ ἐρημίαν τέκνων δεδιότα, εἰς ἐπιγονὴν τέκνων τοιαῦτα δρᾷ. Ἀντίπρωροι τῷ νότῳ πέτονται, εἰ δὲ μὴ εἴη νότος, τῷ εὐρω κελήνασι, καὶ τὸ πνεῦμα εἰσρέον πληροὶ αὐτάς, καὶ κούουσι τριῶν ἐτῶν. Quæ carmine reddidit in *Iambis* Phile. Adrianus Turnebus, lib. xxvi, capit. 2, et lib. xxiii, capit. 5, et Dalecampius scribunt vultures magnas aves a Plauto in *Rudente* nuncupatas in illis versibus :

A Nam herile ego te barba continuo arripiam et in
[ignem conjiciam,
Teque ambustulatum objiciam magnis avibus pabulum.

Vide præterea Theophylactum Simocatum, in *Quæstionibus naturalibus*, quæst. 8, qui sua ex Æliano mutuatus est, et Gasparum Bauchinum, *De hermaphroditorum monstrosorumque partium natura*, lib. ii, cap. ultimo.

Ibid., lin. 31. Ἀύλλεται. Aristoteles, lib. vi *De histor. anim.*, cap. 5, scribit vultures nidificare in excelsissimis rupibus, unde fit ut raro nidus et pulli vulturis cernantur. Quocirca Herodotus Brysonis rhetoris pater vultures ex diverso orbe nobis incognito advolare credebat. Eadem repetit et lib. ix, cap. 11, affirmatque, quamvis id sit difficile, visum tamen aliquando ejus nidum. Plinius, lib. x, cap. 6 : Vulturum prævalent nigri. Nidos nemo attigit. Ideo etiam fuere qui putarent illos ex adverso orbe advolare. Falso : nidificant enim in excelsissimis rupibus. Juvenalis, satyr. 13, credidit in arboribus nidos facere :

Vultur, jumento et canibus crucibusque relictis,
Ad fetus properat partemque cadaveris affert,
Hic est ergo cibus magni quoque vulturis, et se
Pascentis, propria cum jam facit arbore nidos.

Ibid., lin. 33. Καὶ λαβῶν τὸν εὐτόκιον. Eutocium lapidem ætitem esse, nemini dubium esse debet, cum quæ de eutocio Eustathius refert, de ætite alii dicant. Plinius, lib. x, capit. iv : Tribus primis, et quinto aquilarum generi inædificatur nido lapis ætites, quem aliqui dixere gagatem, ad multa remedia utilis, nihil igne deperdens. Est autem lapis iste prægnans, intus cum quatiis, aliæ velut in utero sonante, sed vis illa medica non nisi nido direptis. Οὐκ Plinius non satis distinguit, dum gagatem cum ætite confundit. Consule ipsum lib. xxxvi, capit. 21 et capit. 19, Galenum et Dioscoridem. Lapidem hunc *Harpocratio* Alexandrinus ocytocion vocat, distinguitque ab ætite : Ἀκυτόκιος λίθος ἐστὶν ἔοικώς τῷ ἀετίνῃ, μικρότερος δὲ ἐκείνου, πλὴν ἀπηχῶν, ὡς ἐκείνος, ἐν τῷ κινεῖσθαι παρὰ τὸ οὖς. Ἔστι δὲ καὶ λεῖος τῆ θέφα.

Ibid., lib. 35. Καὶ ἀποτλῆται. Plinius, lib. x, cap. 6 : Fetus quidem cernuntur fere bini. *Umbricius aruspicum* in nostro ævo peritissimus parere tradit ova tria : uno ex iis reliqua ova nidumque lustrare, mox abjicere. Idem habet Aristot. *De hist. anim.*, cap. 6. Tamen, lib. ix, cap. 11, scribit : Edit non plus quam unum ovum, aut duo complurimum. Quæ si naturam avium recte consideres, quis ita iniquus ut negare audeat vulturem avem ova gignere? At fuere qui dicerent eos ova non excludere, sed pullos parere, eosque statim a partu volatiles esse. Ælianus, lib. ii, cap. 46 : Γῦπας δὲ μὴ ὡς τίκτειν πέπεισμαι, νεοττοὺς δὲ ὠδίνειν. Καὶ ὡς ἀπὸ γενεᾶς κατὰπτροὶ εἰσι, καὶ τοῦτο ἤκουσα. Et Theophylactus Simocatus, in *Quæst. natur.*, quæst. 8, de vulturibus : Καὶ τίκτους ζῶα, οὐκ ὡς ὑπηνέμια. Διὸ πλείστου χρόνου δεῖται ἡ φύσις πρὸς ζῶου τελεσιουργίαν, Πο-

λύκρατες. Χαλεπὸν γὰρ καὶ λαν ἐργώδες τῇ φύσει, A etc., et Phile, in *Iambis* :

Θήλυς δὲ πᾶς γῆψ, καὶ σπερᾶς ἀνευ κύνει.
Χαίτων γὰρ ἀντιπρωρός ὑψοῦ πρὸς νότον,
Συλλαμβάνει τὸ πνεῦμα, καὶ τρίτου χρόνου
Στρουθούς περωτούς ἀπ' ἀπὸ μίτρας ἐξάγει.
Οἱ ὥσιν εὐθὺς ἐξ ὀνύγων ἀρπάζων
Πιήτους κυλιῶν εὐρεθεῖντες κρείττορες.

Ibid., lin. 38. Φασὶ δὲ τὸν γῦπα. Plinius vultures odore fugari, lib. ii, cap. 43, scribit. Idem Ælianus, lib. iii, cap. 7, et lib. iv, cap. 18; Aristoteles, lib. *Περὶ θανυσίων ἀκουσμάτων*. Theophrastus, lib. *De odoribus* : Πονεῖν δὲ ἕνια φαίνεται ταῖς ὀσμαῖς καὶ ταῖς εὐωδίασι, εἰ ἀληθὲς τὸ ἐπὶ τῶν γυπῶν καὶ κανθάρων. Et collector *Geoponicor.* lib. xiv : Ἀριστοτέλης φησὶ γῦπας μύρου ὀσμῇ ἀπόλλυσθαι· κανθάρους δὲ τῇ ὀσμῇ τῶν ῥόδων. Εἶναι γὰρ τούτοις σωτήριον τὴν δυσωδίαν.

Ibid., lin. 41. Ἦρῖκα δὲ φασὶν ἄνδρες. Basilus, hom. 8 : Τίς τοῖς γυψὶ προπαγγέλλων τῶν ἀνθρώπων τὸν θάνατον, ὅταν κατ' ἄλλῃλων ἐπιστρατεύσων; Ἴδοις γὰρ ἂν μυριάς ἀγέλας γυπῶν τοῖς στρατοπέδοις παρεπομένους, ἐκ τῆς τῶν ὄπλων παρασκευῆς τεκμαιρομένων τὴν ἐκδασιν. Idem habet Ælianus, lib. ii, capit. 46; Plinius, lib. x, capit. 6 : *Triduo autem ante, aut biduo volare eos, ubi cadavera futura sunt.* Et Plautus in *Truculento* :

Illud est : vide ut jam quasi volturii, triduo Prius prædivinant quo die esuri sient.

Olim etiam Iberis vultures fuere sepulcri loco. C Silius :

Tellure, ut perhibent, is mos antiquus Ibera Exanima obscenus consumit corpora vultur.

Ibid., lin. 44. Οἱ δὲ πελαργοί. Basilus, hom. 8 : Τὸ δὲ τῶν πελαργῶν οὐδὲ πόβρω ἐστὶ συνέσεως λογικῆς, οὕτω μὲν κατὰ τὸν ἕνα καιρὸν πάντας ἐπιδημεῖν τοῖς τῆδε χωρίοις, οὕτω δὲ ὅψ' ἐνὶ συνθήματι πάντας ἀπαρτεῖν. Δορυφοροῦσι δὲ αὐτοὺς αἱ παρ' ἡμῖν κορώναι καὶ παραπέμπουσιν, ἐμοὶ δοκεῖν, καὶ συμμαχίαν τινα παρεχόμεναι πρὸς ὄρνιθας πολέμιους. Σημεῖον δὲ πρῶτον μὲν τὸ μὴ φαίνεσθαι ὑπὸ τὸν καιρὸν ἐκείνον κορώνην παντάπασιν· ἔπειθ' ὅτι μετὰ τραυμάτων ἐπανερχόμεναι ἐναργῆ τοῦ συνασπισμοῦ καὶ τῆς ἐπιμαχίας τὰ σημεῖα κομίζουσι. Plinius, lib. x, cap. 31 : *Ciconiæ quoniam e loco veniant, aut quo se conferant incognitum adhuc est. E longinquo venire non dubium, eodem quo grues modo : illas hiemis, has æstatis advenas. Abituræ congregantur in loco certo, comitatæque sic, ut nulla sui geheris relinquatur, nisi captiva et serva, ceu lege prædicta die recedunt. Nemo vidit agmen discedentium cum discessurum appareat : nec venire, sed venisse cernimus ; utrumque nocturnis fit temporibus. Et quamvis ultra citrate pervolent, nunquam tamen advenisse usquam nisi noctu existimantur. Pithonos comen vocant in Asia patentibus campis, ubi congregatæ inter se commurmurant, eamque quæ novissima advenit lacerant, atque ita abeunt.* Petronius Arbiter hiæ epithetis ita eam honestat :

Ciconia etiam grata, peregrina, hospita, Pietatis cultrix, gracilipes, gloriostria Avis exsul hiemis, etc.

Consule *Adriani Junii Animadver.* lib. vi, cap. 15.

Ibid., lin. 47. *Τετραυματισμέναι γάρ.* Qua ratione sibi medeantur ciconiæ cum vulnus acceperint, Ælianus, lib. v, cap. 46; et Aristoteles.

Ibid., lin. 48. Ἐὰν δὲ γηράσῃ. Basilus, hom. 8 : Ἐκείνοι τὸν πατέρα, ὑπὸ τοῦ γήριος πετροβόησαντα, περιστάντες ἐν κύκλῳ, τοῖς οικείοις πτερεῖς διαθάλλουσι, καὶ τὰς τροφὰς ἀφθόνως παρασκευάζοντες, τὴν δυνατὴν καὶ ἐν τῇ πτῆσει παρέχονται βοήθειαν, ἡρέμα τῷ πτερῷ κουφίζοντες ἐκατέρωθεν. Καὶ οὕτω τούτο παρὰ πᾶσι διαθεβόηται, ὥστε ἤδη τινὲς τὴν τῶν εὐεργετημάτων ἀντίδοσιν, ἀντιπελάργωσιν ὀνομάζουσι. Aristophanes, in *Avibus* :

Ἄλλ' ἔστιν ἡμῖν τοῖσιν ὄρνισιν νόμος Παλαιός, ἐν τοῖς τῶν πελαργῶν κύρθεσιν· Ἐπὴρ ὁ πατὴρ ὁ πελαργὸς ἐκπετησίμους Πάντας ποιῆσῃ τοὺς πελαργιδεῖς τρέφων, Ἀεὶ τοὺς νεοττοὺς τὸν πατέρα πάλιν τρέφειν.

Ciconias juvenes jam senescentibus parentibus opem ferre eosque educare tradit Plato, *Alcibiade primo* κατὰ τὸ τέλος· Aristoteles *De histor. animal.* lib. ix, cap. 13; Ælianus, lib. iii, cap. 23, et lib. x, cap. 16; Artemidorus, *Onerocrit.* lib. ii, cap. 20; Plinius, lib. x, cap. 23; Horus, lib. ii, cap. 51; Philo, in *Expositione Decalogi*; Origenes, *contra Celsum*, lib. iv; Philostratus, *De vit. Apollonii Tyanei*, pag. 19; Basilus Magnus, orat. de honore quo sunt afficiendi parentes; Epiphanius, in *Physiologo*, cap. 25. Hinc natum proverbium ἀντιπελαργεῖν, mutuam officii vicem rependere. Zenobius, Erasmus, Aristænetus, lib. i, epist. 25, τί δὲ οὐκ ἐμελλον ζῆλην ἐμοὶ καθορῶσα τὴν ἐμὴν ἀδελφῆν, ἣν ταῖς ἐμαῖς ἀνέτρεφον ἀγκάλαις; Τοιαῦτά μοι παρ' αὐτῆς τὰ τροφεῖα, οὕτω με νῦν ἀντιπελαργοῦσα δικαίαν ἀποδίδωσι χάριν. Et Crates cynicus scribens Hipparchiæ uxorὶ de filio nato, pollicetur sibi curæ futurum, ut illum matri ciconiam pro cane remittat in senecta. Horus ciconiam solam ex animantibus ratione carentibus educatam a parentibus iisdem parem referre gratiam dicit. Aristoteles, Plinius, lib. x, c. 30; Ælianus, ix *De histor. anim.*, cap. 30; Meropas idem facere scribunt. Scaliger, *Exercitat. contra Cardanum*, 23, 4, refert Africanum vulturem tandiu in Libya et Atlante monte ubi eum Sner vocant, vivere, quoad nudus pennis a suis alatur pullis. Hinc lepidissime jocatur in Græcos, quasi ex hac, quam ipse vocat novam historiam nec contemnendam, fingendum sit iis aliud nomen, quam ἀντιπελαργεῖν, nempe ἀντοιωνεῖν. Hæc tamen tantus homo, Græcæ linguæ Latinæque corrector et propagator ἀποβροιβδεῖ, καὶ τοίους ἐκ τρίποδος βδέει λιθανωτοῦς, et sibi bene olere videtur. Nomen Græcis effingendum a vulture desumi debet, cujus natura ingeniumque exprimentum, non ab avibus, quorum plerique in parentes impii esse deprehenduntur. Cum enim sententiam hanc præ se ferre debeat, vices videlicet beneficii rependere, quod aliti-

bus omnibus non convenit, non ab illis, sed a re, de qua id quod per nomen explicatur dicitur, at de vulture id tantum verum esse; quomodo ergo ἀντοωνεῖν id explicaret. Sed Scaligero sicut sonant omnia, ita et hoc; et Scaliger ita effingit. Græcus non item, qui, si a vulture id vellet formare, utique nec incongrue diceret ἀντιγυπίζειν, ut naturam hanc vulturis exprimeret, sicut ad ciconiæ naturam exprimentam ἀντιπελαργεῖν vocabulo usus fuerat. En Græculos sciolos, quos tu male contra fas omne laceras iniquus, utut sunt, tuas tamen cognoscunt, et inscitias, et nugamenta: aliis funum vendita; illi lucem possident.

Ægre fert calamus ciconiarum in Byzantios beneficium non comminisci, quarum ope civitas illa noxam serpentum depulit. Dinæo namque Byzantium duce plurimi dracones illam infestabant, et perniciem civibus afferebant; eos inducturam ciconiarum ope sustulerunt. Postea cum ciconiæ noxiæ essent civibus multisque mortem afferrent, quod serpentes in puteos injicerent, sicque aquas infestarent, vel quod in cives in triviis insperato projicerent, populo metu anxio, et concilii inopi opem tulit Tyaneus Apollonius tribus ciconiis e lapide inter se obversis erectis, quæ deinceps aliis ciconiis ne urbem ascenderent erant impedimento. Hujus historiæ auctor est Hesychius Milesius libello *De rebus patriis Constantinopolitanis*. Verba ejus sunt: Μικρὸν μὲν ὕστερον διαβάς, Dinæus nempe, ἐν τῇ πόλει, καὶ τοὺς βαρβάρους ἀπωσάμενος, αὐτὸς ἐστρατήγησε τοῦ δήμου τῶν Βυζαντιῶν. Καθ' οὗς δὴ χρόνους καὶ δρακόντων πλείστα γένη ἐπεφοίτησε τῇ πόλει, ὡς τοὺς οἰκοῦντας αὐτὴν διαφθείρεσθαι· οὗς δὴ τῇ τῶν καλουμένων πελαργῶν ὀρνίθων ἐπιφορᾷ διεχρήσαντο, Ποσειδῶνος, ὡς φασί, συνεργήσαντος. Οὐ μετὰ πολὺ δὲ καὶ τῶν ὀρνίθων αὐτοῖς ἐναντία φρονούντων, καὶ θανάτων αἰτίαν ἐπαγόντων, τοὺς τε ἀλίσκομένους αὐτοῖς ὄφεις πρὸς τὰς τῶν ὑδάτων δεξιμένας ἀκοντίζόντων, καὶ τοῖς γε πολιταῖς ἀφανῶς ἐπιβαλλόντων, ἐν ἀφασί διέτελλον. Ἄνηρ δὲ τις τῶν ἐκ Τυάνων, τοῦνομα Ἀπολλώνιος, ἐκ λίθου ξηστοῦ τρεῖς ἀνεστήσατο πελαργούς ἀντιπροσώπως ἀλλήλοις ὀρώντας, οἳ καὶ μέχρι τῶν νῦν διαμένουσι τῶν χρόνων, οὐ συγχωροῦντες ἐπιφοιτῆσαι τῇ πόλει τὸ τῶν πελαργῶν γένος. Quæ perperam aliter Latine interpretata sunt, cum sententiæ auctoris Græcæ Latina non respondeant. Non enim ciconiæ ex aquis extrahant serpentes, quos in plateas publicas projicerent; sed ciconiæ sublatis serpentes, partim in puteos, sive cisternas demittebant, quorum veneno aquæ inficiebantur, ideoque civibus bibentibus noxiæ, vel saltem suspectæ reddebantur, partim super ipsos cives aliud agentes, vel rebus aliis in triviis et plateis publicis incumbentes præter spem, et absque eo quod ipsi id odorarentur, conjiciebant. Quare cives et metu periculi, et remedii ignari, maximis urgebantur angustiis. Simili errore, et pari sententiæ ignorance in similibus verbis et eadem materia, quamvis in auctore diverso inter-

pretatus est verba Græca Georgius Dousa in Georgii Codini libello *De rebus patriis Constantinopoleos*, cum ita scripserit: *Non longe post, cum aves inimicum animum induissent, mortem insuper inferrent, et serpentes in aqua captos in viam publicam projicerent, cives stupore percussis erant.*

Ibid., lin. 54. *Αἱ δὲ γέρανοι ὁμοῦ πᾶσαι.* Basiliius, hom. 8: Πῶς μὲν αἱ γέρανοι τὰς ἐν τῇ νυκτὶ φυλακὰς ἐκ περιτροπῆς ὑποδέχονται; καὶ αἱ μὲν καθύδουσι, αἱ δὲ κύκλω περιῶσαι πᾶσαν αὐταῖς ἐν τῷ ὑπνῷ παρέχονται τὴν ἀσφάλειαν. Εἶτα τοῦ καιροῦ τῆς φυλακῆς πληρουμένου, ἡ μὲν βοήσασα πρὸς ὑπνον ἐτρέπετο, ἡ δὲ τὴν διαδοχὴν ὑποδεξαμένη, ἤς εὐτυχὲς ἀσφαλείας ἀντέδωκεν ἐν τῷ μέρει. Ταύτην καὶ ἐν τῇ πτῆσει τὴν εὐταξίαν κατόφει. Ἄλλοτε γὰρ ἄλλη τὴν ὁδηγίαν ἐκδέχεται, καὶ τακτὸν τινα χρόνον προκαθηγησάμενη τῆς πτῆσεως, εἰς τὸ κατόπιν περιελθοῦσα τῇ μεθ' αὐτὴν τὴν ἡγεμονίαν τῆς ὁδοῦ παραδίδωσιν. Similia scribit Aristoteles, lib. ix *De hist. anim.*, cap. 10; Plinius, lib. x, cap. 23; Phile, in *Jambis*; Ælianus, lib. ii *De hist. anim.*, cap. 1.

Col. 753, lin. 1. *Ἐν δὲ τῷ καθύδουσι.* Plinius, lib. x, cap. 23; Plutarchus, *De solert. animal.*; Horus, lib. ii, cap. 94; Aristoteles, lib. ix, *De hist. animal.*, cap. 10; Gregorius Nazianzenus, orat. 2, de Theologia; Ælianus, lib. iii, *De hist. anim.*, cap. 13; Maximus Tyrius, orat. 40; Cicero, ii *De natura deorum*; Solinus, Andreas Alciatus, lib. i *Parergon.*, cap. 20, qui tum de gruum excubiis, tum volatu tractant. Et Cassiodorus, lib. ix, epist. 2: *Grues moralem noverunt exercere concordiam: inter quas nullus primatus quaeritur; quia iniquitatis ambitus non habetur. Vigilant vicissim, communi se cautela custodiunt, ipse pastus alternus est. Sic honor nullis admittitur, dum omnia sub communione servantur. His etiam volatus vicaria aequalitate disponitur, ultima fit prima, et quæ primatum tenuit esse posterior non recusat. Sic quadam communione sociatæ sibi sine regibus obsequuntur, sine dominatu parent, sine terrore famulantur. Voluntariæ serviendo liberæ sunt, et invicem se diligendo muniuntur. Quarum rerum scriptores, rerum naturalium contuentes, politiam quodammodo inter ipsos esse commemorant, quas civico affectu vivere cognoverunt. Quod autem multi narrant de lapide, quo grues tanquam fulcimento utuntur, dum volant, falsum esse dicit Aristoteles, lib. viii, *De hist. anim.*, cap. 12: *Sed avium grues, ut dictum est, ex ultimis in ultima abeunt, volant flatu secundo. Quod de lapide narrant, falsum est, lapidem enim eas tenere fulcimento, quem ubi deciderit, accipi utilem ad auri probationem aiunt.* Neque silentio prætereundum quod Julius Scaliger in *Poeticis* in Græcos animadvertit. Fabulam esse græculam, quæ Homerus refert de gruum cum pygmaeis pugna. Quod cum esset Homericum, ab Homero dictum, nihil mirum si non arridet Scaligero. Illud mirum quomodo illi non arriserit, idem affirmante Aristotele. Hic namque, lib. viii *De hist. anim.*, cap. 12 vel*

15, ut vult Scaliger, ita scribit, "Ἔστι δὲ ὁ τόπος αὐτός περὶ ὃν οἱ Πυγμαῖοι κατοικοῦσιν. Οὐ γὰρ ἐστὶ τοῦτο μῦθος, ἀλλ' ἐστὶ κατὰ τὴν ἀλήθειαν, γένος μικρὸν μὲν ὥσπερ λέγεται, καὶ αὐτοὶ καὶ οἱ ἵπποι, τραυλοῦνται δ' εἰς τὸν βίον. Quorum ea est sententia, *Is locus est, quem pygmæi habitant: neque enim hoc fabula est, sed est secundum veritatem, genus pusillum, ut traditur et ipsi, et equi, et ut troglodytæ reliqui vitam degunt.* Quibus verbis quid manifestius? negat esse fabulam, confirmat secundum veritatem ita se habere, quod vulgo circumfertur, pygmæos, eorumque equos pusillos esse. Quomodo ergo fabula? Ait, philosophum semper moderatum, et prudentem illud addidisse ὥσπερ λέγεται. Certe nec Aristotelis mentem nec sententiam assecutus est. Namque illud ὥσπερ λέγεται, et una mecum Aristotelis verba, lector, considera, non refertur ad fabulam, quasi velit Aristoteles pygmæorum famam non esse fabulam ὥσπερ λέγεται, sed ad pygmæos ipsos, qui ut dicuntur, pusillo sunt genere, cum eos Aristoteles non viderit. Sed vide pessimam hominis audaciam, atque temeritatem, in sua interpretatione Latina omisit quæ contra se militare existimabat, et reddidit, *Ea loca sunt quæ pygmæi incolunt: pusillum genus, ut aiunt ipsi, atque etiam equi: cavernasque habitant.* Hæcne est, Scaliger, vera, fida, et quam in aliis non reprehenderes, interpretatio? Omittere quæ contra tuam opinionem faciunt? verba illa οὐ γὰρ ἐστὶ τοῦτο μῦθος, ἀλλ' ἐστὶ κατὰ τὴν ἀλήθειαν, Sorex quispiam, ut puto, ex tuo exemplari erosit, cui ne ingratus vices rependeres, hæc tua qualia qualia sunt potius erodenda committere debuisti. Sed ea manent pejora fata. Itē nunc quibus tantus homo deus est, et ejus interpretationibus, ac sententiis mentem inflatē. Sed de his latius agemus in nostro Homero a calumniis vindicato.

Ibid., lin. 6. *Τὸ δὲ γηγῶν γένος.* Basilius, hom. 8, Πῶς ἄγρυπνον τὸ τῶν γηγῶν γένος, καὶ πρὸς τὴν τῶν λανθανόντων αἴσθησιν δέξυτατον. Οὐ γέ ποτε καὶ τὴν βασιλῖδα πόλιν περιεσῶσαντο, πολεμίουσιν τινὰς ἀφανεῖς, δ' ὑπονόμων ἀφανῶν ἦδη μέλλοντας τὴν ἀκραν τῆς ῥώμης καταλαμβάνειν καταμηνύσαντες. Et Plinius, lib. x, cap. 22, *Est et anseri vigil cura;* et Isidorus, lib. xii, cap. 7, *Iste vigilias noctis assiduitate clangoris testatur.*

Ibid., lin. 8. *Ὄντω γοῦν πολεμίων.* Isidorus, loco dicto: *Nullum autem animal ita odorem hominis sentit ut anser: unde et clangore ejus Gallorum ascensus in Capitolio deprehensus est.* Meminit hujus historię Plinius, lib. x, cap. 22, et lib. xxix, cap. 3, necnon etiam honoris, quem meruere, quomodo autem id acciderit narrat Ælianus, *De histor. animal.* lib. xii, capit. 33. Consule Livium et alios Romanę historię scriptores. Nec dissimili ratione canes servarunt juniore Romam, tunc Byzantium. Dum enim Philippus, copiis adductis aliisque instrumentis bellicis, mœnibus immineret et tantum non cepisset, in tanto periculo, nocte illumi,

PATROL. GR. XVIII.

pluvia divino quodam numine canes latratibus civēs jam somno sopitos excitarunt; quibus cum lampades, seu nubes accensæ periculum jam imminens ostendissent alacri animo hostem ab illa urbis obsidione repulerunt. Hesichius Milesius, lib. *De rebus patriis Constantinopolitanis*: 'Ἐφ' οὐπὲρ Φίλιππος ὁ τῶν Μακεδόνων βασιλεὺς, ὁ Ἀμύντου παῖς γεγονώς, πολλὴν ἐπαγόμενος δύναμιν ἐπολιόρκει τὴν πόλιν, διώρῳζέ τε καὶ παντοίοις πολεμικοῖς μηχανήμασι τοῖς ταίχεσι προσπελάζων. Καὶ δὴ ἂν ταύτην ἐξεῖλε νυκτὸς ἐπιλαθόμενος ἀσελήνου, καὶ δμβροῦ καταβράγέντος ἐξαισίου, εἰ μὴ τις αὐτοῖς τοῦ θεοῦ γέγονε συμμαχία τοὺς κατὰ τὴν πόλιν κύνας πρὸς ὕλακὴν ἀναστήσαντος, καὶ νεφέλας πυρὸς τοῖς ἀρκτύοις ἐπαγαγόντος μέρεσιν· ἐξ οὐπὲρ εἰ δῆμοι διεγερόντες, καὶ θερμῶς τοῖς πολεμίοις συνενεχθέντες, ἦδη τὴν πόλιν ὑπὸ τῷ Φίλιππῳ γενομένην ἐρύσαντο.

Ibid., lin. 9. *Καὶ κινούμενα κλησιν*. Multa hic possent afferri de ratione motus animalium, quæ facultas requiratur, et quid tandem concurrat ad motum hunc exsequendum, sed ea subtilioribus philosophis relinquo. Adducam tamen unum vel alterum ad hujus loci explicationem. Noster enim Eustathius cum in verbis superioribus videretur nescio quomodo, animum brutis pecudibusque denegasse, et tantum sensum illis attribuisse, in his se explicat, de quonam animo loquebatur; ait enim, animalia hæc, quæ sensum una cum hominibus communem habent, non tamen ejusdem perfectionis animum, vivere et moveri non motu quo moventur homines; tunc enim et æqualem animum participarent. Cum homo non intelligatur unquam moveri, nisi ratione et sine primo ab intellectu per discursum sibi metipsi proposito, quod animalibus cæteris omnino non convenit: ipsa enim appetitu tantum, et imaginatione moventur. Quod nobis auctor inquit, dum dicit: Hæc animalia homine minus perfectiora, naturæ vi quadam, sanguine atque aere impellente agi. De causa motus animalium Aristoteles, lib. III, *De anima*, text. 48, et sequent. Refellit itaque his verbis eorum opinionem, qui brutis rationis vim et discursum attribuerunt. Porphyrius, lib. III, *De abstinentia ab esu carniæ*, statuit, naturam omnibus animantibus, quibus sensum et memoriam dedit, rationem quoque, imo et orationem, tam internam quam externam tribuisse, idque pluribus argumentis, et Empedoclis, Platonis et Aristotelis etiam testimoniis conatur ostendere. Plutarchus, lib. V *De placitis*, cap. 20, Anaxagoram, et Pythagoram idem sensisse testatur, quibus ipse suffragatur in Dialogo quem inscripsit, *Quod brutis ratio insit*. Quo quid absurdius? quid insulsius? Plurimis rationibus hanc sententiam refellunt philosophi apud Aristotelem, quos, si libet, consule. Nobis vel hujusce rei meminisse satis sit.

Ibid., lin. 11. *Ἔστι δὲ καὶ ἐν αὐτοῖς*. Sane pulcherrima est hæc digressio in qua, ex omnibus rebus a Deo creatis in hoc mundo, æternam ejusdem Dei in hæc inferiora providentiam validissimis rationibus confirmat; et quæ alii longis ac divulsis verborum structuris, pie tamen pertractarunt, ipse compendiosa quadam argumentorum et demonstrationum enumeratione, succincte ac breviter explicat. Elegantissime hoc argumentum pertractavit Theodoretus decem sermonibus. Quare superfluum mihi videtur hic aliorum testimonia ad hanc nostri auctoris sententiam probandam inserere. A Jungam tamen hic corollarii loco verba Lactantii Firmiani, *De falsa religione*, cap. 2: *Nemo est enim tam rudis, tam feris moribus, quin oculos suos in cælum tollens, tametsi nesciat cujus Dei providentia regatur hoc omne, quod cernitur, aliquam tamen esse intelligat ex ipsa rerum magnitudine, motu, dispositione,*

A constantia, utilitate, pulchritudine, temperatione, nec posse fieri quin id quod mirabili ratione constat, consilio majori aliquo sit instructum.

Ibid., lin. 28. *Ποῦ λόγος ἐρεῖ*. Rationem hanc fuse, disertissimeque prosequitur Methodius Patrensis, lib. *De libero arbitrio*, contra Valentianus, quem vide, et Cicero in *De nat. deorum*. Quod Aristotelem negasse refert Atticus apud Eusebium, *Ἀριστοτέλης μέχρι σελήνης στήσας τὸ Θεῖον, τὰ λοιπὰ τοῦ κόσμου περιγράφει τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας*.

Ibid., lin. 40. *Φιλεῖ γὰρ τὰ πρὸς τίνας*. Aristoteles, sive alius quispiam de mundo ad Alexandrum, exemplo animæ, quæ in homine non videtur, et tamen necesse est fateri omnia, quæ per hominem fiunt ab illa provenire probat, Deum, vel potius ad Dei cognitionem nos ex illius operibus posse pervenire, qui etsi nostri aspectus aciem fugit, ut tamen ipsis operibus perspicuus et manifestus: et hoc nullo modo obesse aut illi ad agendum, aut nobis ad fidem hisce rebus accommodandam, *Καὶ γὰρ ἡ ψυχὴ, δι' ἣν ζῶμεν τε καὶ πόλεις καὶ οἴκους ἐχομεν, ἀόρατος οὕσα τοῖς ἔργοις αὐτοῖς ὄραται. Πᾶς γὰρ ὁ τοῦ βίος διακόσμος ὑπὸ ταύτης εὐρηται, καὶ διατέτακται, καὶ συνέχεται. Et inferius, Ταῦτα χρὴ καὶ περὶ Θεοῦ διανοεῖσθαι, δυνάμει μὲν ὄντος ἰσχυροτάτου, κάλλει δὲ εὐπρεπεστάτου, ζωῆ δὲ ἀθανάτου, ἀρετῆ δὲ κρατίστου. Διὸ πᾶση θνητῇ φύσει γενόμενος ἀθεώρητος ἀπ' αὐτῶν τῶν ἔργων θεωρεῖται. Τὰ γὰρ πάθη, καὶ τὰ δι' ἀέρος ἅπαντα, καὶ τὰ ἐπὶ γῆς, καὶ τὰ ἐν ὕδατι Θεοῦ λέγοιτο ἂν ὄντως ἔργα εἶναι, τοῦ τὸν κόσμον ἐπέχοντος, ἐξ οὗ, κατὰ τὸν φυσικὸν Ἐμπεδοκλέα,*

Πάνθ' ὄσα τ' ἦν, ὄσα τ' ἐστὶν ἰδ' ὄσα τε ἔσται [ἐπίσω, *Ἄενδρεά τ' ἐβλάστησε, καὶ ἀνέρες ἠδὲ γυναῖκες, Θῆρες τ' οἰωνοὶ τε, καὶ ὕδατοθρέμμοις ἰχθύς.*

Vide etiam quæ sequuntur.

Ibid., lin. 47. *Συγγενῆται μὲν γὰρ*. Basilus, hom. 9, *Συναπεγεννήθη ὁ θυμὸς τῷ λέοντι, τὸ μοναστικὸν αὐτοῦ τῆς ζωῆς, τὸ ἀκοινώνητον πρὸς τὸ ὁμόφυλον*. Οἶον γὰρ τις τύραννος τῶν ἀλόγων διὰ τὴν ἐκ φύσεως ὑπεροψίαν, τὴν πρὸς τοὺς πολλοὺς ὁμοτιμίαν οὐ καταδέχεται: ὄσγε οὐδὲ χθιζὴν τροφὴν προσέεται, οὐδ' ἂν τὰ λείψανα τῆς ἑαυτοῦ θήρας ἐπέλοι: ἢ καὶ τηλικαῦτα τῆς φωνῆς τὰ ὄργανα ἢ φύσις ἐνέθηκεν, ὥστε πολλὰ τῶν ζῶων, ὑπερβάλλοντα τῇ ταχύτητι, μόνῳ πηλάκις ἀλισκεσθαι τῷ βρυχήματι. Similia leguntur apud Eliam Cretensem episcopum, et Glycam lib. I *Annal.*, θυμὸς apud Græcos vox est πολύσημος, ideoque variis interpretationibus subiecta, maxime in hac re de qua agitur, omnes enim leoni aptari posse videntur. Quare quidam *furorem*, alii *animum*, *iram*, *furorem*, quidam etiam, *animum generosum*. Ego potius iracundiam, cum generositate conjunxi, ut vim Græcæ vocis, et leonis naturam clarius explicarem. Horus, lib. II, cap. 17, θυμὸν βουλόμενοι δηλώσαι λέοντα ζωγραφουσιν. Sed difficile est causam generositatis potissimum explicare. Martialis, lib. XII, epigram. de Ligurra:

*In tauros Libyci ruunt leones,
Non sunt papilionibus molesti.*

Matthæus Raderus, quem semper eruditionis, doctrinæ, elegantissimæ ergo admiratus sum, quoque monachii familiarissime usus sum, dum bibliothecam Palatinam Heidelbergæ, spoliis factam, et tropæum missam Gregorio decimo quinto a Maximiliano utriusque Bavaricæ duce (cujus eximias laudes et virtutes, pietatem in Deum, animum in religionem catholicam ardentem, in subditos liberalem, in alios generosum, austum in semetipsum silentio hic prætereo, aliis σαλπικταῖς τε καὶ κήρυξι pondus hoc et laborem relinquens), Romam transvehendam curarem, quam tandem Dei munere, et tanti principis gloria, ope, ac beneficiis sanam incolumentemque transvexi, inquam, Raderus ibidem ait: *Leo γενναϊότατον θηρίον non sedit in bestiolas, et minores feras, hinnulos, lepores, cuniculos, multo minus papiliones, sed in tauros, ingentesque belluas, cujus ingenii, et indolis fuisse leguntur et canes apud Plinium, lib. viii, cap. 40, missi Alexandro Macedonum, etc.* Ælianus tamen ita ex hac generositate delabi refert, ut assuescant mansuefacti a venatoribus, veluti canes ad vendos hinnulos, apros, cervos et alia, lib. xvii, cap. 26, et hunc Æliani locum in suis *Comment. in Martialem*; lib. i, epig. 9, ipse Raderus retulit, *Εἰ δὲ ἄλωνα δυσηθείην, πρᾶϋνονταί γε, ἀλλ' οὐχ οἱ μέγιστοι, καὶ ἡμεροῦνταί γε, καὶ γίνονται γε βᾶστα τιθασσοί, ὡς ἄγειν τε ὑπὸ ρυτίηρος, καὶ κατὰ κυναγωγούς ἐπὶ θήραν κεμάδων, καὶ ἐλάφων, καὶ συῶν, καὶ ταύρων, καὶ ἀγρίων θῶν· εἰσὶ γὰρ καὶ βίηλατῆσαι, ὡς ἀκούω, δεινοί.* Et Marcus Pauli Venetus, lib. ii *De moribus et consuet. Orient. regionum et Tartarorum*, de magno Kam verba faciens, *Habet*, scribit, *rex pro suæ venationis solatio leopardos multos domesticos, qui cum hominibus ad venationem assueti sunt, et pro hujus venatione optimi, multasque bestias capiunt. Similiter linceos habet ad vendandum industrios. Habet etiam leones maximos et pulcherrimos, majores illis qui in Babylonia sunt, qui in pilo pellium ungulas habent per longum coloris varii, nigri et rubri. Qui etiam docti sunt cum hominibus venari, et apros, ursos, cervos, capras, onagros, bovesque silvestres cum venatoribus capere. Quando regis venatores leones volunt secum ad venationem ducere, duos ex eis in calvea ducunt, quorum quilibet comites habet aquilas multas domesticas, quæ adeo feroces sunt, ut lepores, capras, damulas, vulpes capiant: inter quas tantæ audaciæ plurimæ sunt, ut magno impetu in upos insiliant, nec ab eis se possint lupi defendere, donec capiantur.* Leonum itaque generositatis causam ad aliud caput videtur referre idem Ælianus, lib. iv, cap. 23. Quod non simul leo, et læna, sed seorsim ad venationem et potum abeant, quod suis uterque viribus confisus, alterius opem non desideret. Λύκω συννόμω, καὶ ἵππῳ, λέοντέ γε μὴ οὐκ ἐστὼν. Λέαινα γὰρ καὶ λέων οὕτε τὴν αὐτὴν ἴασιν, οὕτε ἐπὶ θήρας, οὕτε πιόμενοι. Τὸ δὲ αἴτιον τῆ τοῦ

Α σώματος βίωμη θαρρῶντος ἀμφω, εἴτα οὐ δέεται θατέρου ὀξέτερος, ὡς φασιν οἱ πρεσβύτεροι. Plinius, lib. viii, cap. 16, alias hujus rei causas affert: *Generositas in periculis maxime deprehenditur: non in illo tantummodo, quod spernens tela diu se terrore solo tuetur, ac velut cogi testatur: cooriturque non tanquam periculo coactus, sed tanquam amentię iratus. Illa nobilitas animi significatio, quamlibet magna canum et venantium urgente vi, contempnim, restitansque cedit in campis et ubi spectari potest. Idem ubi virgulta silvasque penetravit, acerrimo cursu fertur, velut abscondente turpitudinem loco. Noster auctor quasdam ex his attingit, alias adjunxit, dum illi solitudinem et recessum amica, et cibos externos dedignando novos capessere affirmat.*

B Ibid., lin. 49. *Οὐδὲ χθιζήν τροφήν.* Ælianus *De hist. animal.*, lib. v, cap. 39, hujus rei causam et modum narrat, nec in omnibus verum esse vult. "Όταν δὲ εἰς κόρον ἐμπλησθῆ, βούλεται μὲν ταμειῦσασθαι καὶ εἰσαυθις αἰδῶς δὲ ἴσχει αὐτὸν φρουρεῖν παραμένοντα, ὡς τροφῆς γήτη λιμὸν δεδιότα. Οὐκοῦν περιγανῶν ἐμπνεῖ μὲν τοῦ καθ' αὐτὸν ἀσθματος, καὶ τοῦτω τὴν φυλακὴν ἐπιτρέπει, ἀπαλλάττεται γε μὴν αὐτός. Τὰ δὲ ἄλλα ζῶα ἴκοντα, καὶ αἰσθόμενα οὐποὺ λείψανον ἐστὶ τὸ κείμενον, οὐ τολμῶσι προσάψασθαι, ἀλλ' ἀπαλλάττεται δεδιότα δοκεῖν συλῆν, καὶ περικόπτειν τι τοῦ σφετέρου βασιλέως. Τὸν δὲ ἄρα, εἰ μὲν εὐθηρία γένοιτο καὶ ἑτέρου, καὶ εὐεργεία, λήθη τοῦ πρώτου λαμβάνει, καὶ ὡς ἔωλον ἀτιμάσας, ἀπαλλάττεται, εἰ δὲ μὴ ὡς ἐπ' οἰκειὸν θησαύρισμα παραγένηται. Eadem habet Phile in Iambis, quomodo autem vescatur carnibus et cibo utatur immodico, inediamque patitur, scribit Aristoteles, *De historia anim.*, lib. viii, cap. 5.

Ibid. lin. 30. *Ὁξείαν δ' ἔχει τὴν αἰσθησιν.* Ælianus, lib. xvii, cap. 26, *Εἰσὶ γὰρ ὡς ἀκούω καὶ βίηλατῆσαι δεινοί.*

Ibid., lin. 52. *Τὰ ἰχθυήν σόβη.* Ælianus, *De histor. animal.*, lib. ix, cap. 30, λέων δὲ ὅταν βαδίξῃ οὐκ εὐθύωρον πρόεσιν, οὐδὲ ἐξ τῶν ἰχθυῶν ἑαυτοῦ ἀπλᾶ εἶναι καὶ τὰ ἰνδάλματα, ἀλλὰ πῆ μὲν πρόεσι, πῆ δὲ ἐπάνεσι, καὶ αὐτὸ πάλιν τοῦ πρόσω ἔχεται, καὶ μέντοι καὶ ἵεται τοῦ μπαλιν. Εἴτα προχωρεῖ τὴν ὄδον, καὶ ἀφανίζει τοῖς θηραταῖς ἵνα κατὰ στίβον, τὴν ἑαυτοῦ, καὶ βᾶδίως τὴν κοίτην ἔνθα ἀναπαύεται, καὶ οἰκεῖ σὺν τοῖς σκύμοις εὐρίσκειν. Et Petrus Damianus, lib. ii, epist. 18, *Leo cum a venatoribus quaritur, eorum protinus odore concepto ut persequentium se deludat indaginem, versutæ struit fraudulentię novitatem. Caudam quippe per terram trahens vestigia sua dum graditur operit, sicque venantium laqueos ne capiatur evadit.*

Ibid., lin. 54. *Πηρὸς δὲ αὐτοῦ δ. Leonem nasci oculis apertis Democritus aiebat, tanquam statim a partu iracundum.* Ælianus, lib. v, cap. 39: λέγει Δημόκριτος τῶν ζῶων μόνον τὸν λέοντα ἐκπεπρωμένους τίκτεσθαι τοῖς ὀφθαλμοῖς, ἤδη τρόπον τινὰ τεθυμωμένον, καὶ ἐξ ὠδίων δρασεῖν ὡς τι μανικόν. Ipse tamen, cap. 24. *Οἱ δὲ σκύμοι ἀρτιγενεῖς μ-*

χοι τέ εστι καὶ τυφλοί, et Phile, in iambis

*Δυσὶν δὲ μνηῶν τὰ βροφῆ προέρχεται,
Σκύλαξι τυφλοῖς ἐμφερῆ, καὶ μετρίως,
Καὶ λευκὸν ἐμπύπτοντα μαστεύει γάλα.*

Et ridiculus sane censeri deberet, si quis pro Democrito, diceret eum non ideo leonum liberos cæcos non esse affirmare quod apertis oculis nasci dixisset. Videmus enim quædam animalia, quæ etsi patentes habent oculos, tamen non vident, ut lepus dum dormit, et nos etiam infra de leone dicemus. Pari itaque ratione possemus dicere, leones dum nascuntur, quamvis apertis et hiantibus sint oculis, cæcos esse, neque cernere. Namque Aristoteles, cui in hoc sicut et in aliis potior fides, lib. *De gener. anim.* c. 4, ait, circa medium, *Quadrupedum quæ multifida sunt, ut canis, leo, lupus, vulpes, lupus cervarius, omnia cæcos generant, post palpebræ dehiscunt;* et lib. iv, cap. 6, *Quædam enim ex iis catulos inarticulatos propemodum pariunt, ut vulpes, ursæ, leena, et alia nonnulla, sed omnia fere cæcos, ut ea quæ modo dixi atque etiam canis, lupus, lupus cervarius.* Et inter hos tantum excipit sueni, quæ sola parit perfectos. Ex quibus clarum est, læxnam oculis oclusis filios gignere. Vana ergo erit ac futilis illa pro Democrito responsio. Democriti opinionem secutus est etiam Plutarchus.

Ibid., lin. 55. *Καὶ τρεῖς ἡμέρας.* Eriphanus in *Physiologo*, cap. 2, "Ὅταν τέξῃται τὸν αὐτῆς σκύμον ἡ λείαινα, ἀπνουν τε καὶ τυφλὸν τυγχανόντα, ἐμβλέπουσα προκαθέζεται προσέχουσα αὐτῷ τριήμερον. Μετὰ δὲ τὸ συμπληρωθῆναι τὰς τρεῖς τῶν ἡμερῶν προσπελάζων ἀρῆν ἰών, καὶ ἐμφυσήσας αὐτῷ, καὶ εὐθύς βλέπει, καὶ ζῆ. Locum *Physiologi* laudat Origenes, hom. 17 in cap. XLIX, *Genes.* : *Physiologus de catulo leonum hæc scribit, quod, cum fuerit natus, tribus diebus et tribus noctibus dormiat. Tunc deinde patris genitu, vel rugitu, tanquam tremefactus cubilis locus suscitatur catulum dormientem.* Isidorus eandem sententiam ex Origene exscripsit. Et Rufinus, lib. *De benedict. patriarch.* refert tradi a physiologis hanc esse catuli leonis naturam, cum natus est triduum dormire, tertio autem die fremitu patris tremefacto cubili excitari.

Col. 740, lin. 1. *Ἦνίκα δ' ἀνθρώπῳ.* Lucanus lib. II,

Mox ubi se sævæ stimulavit verberare caudæ.

Ælianus, lib. VI, cap. 1, *Καὶ μέντοι καὶ ὁ λέων τῇ ἀλκαίᾳ ἑαυτὸν ἐπεγείρει μαστιζῶν, καὶ βλακεύειν, καὶ ἐλινύειν οὐκ ἐπιτρέπων. Καὶ τοῦτο δὲ ὁ ποιητῆς εἰδὼς ἄδει περὶ τοῦ λέοντος.* Et lib. XIII, cap. 14. Plinius, lib. VIII, cap. 16, *Leonum animi index cauda, sicut et ipsorum aures. Namque et has notas generosissimo cuique natura tribuit. Immota ergo, placidus, clemens, blandientique similis, quod rarum est: crebrior enim iracundia ejus in principio terra verberatur, incremento terga, ceu quodam incitamento flagellantur.* Theocritus, *Idyl.* 23, *Μακρὴν δὲ παρ' ἰγνύσιν ἔλιξεν Κέρκον, ἄφαρ δὲ μύχης ἐμνήσατο* Consule Cælium Rodiginum, lib.

A XIII, cap. 8. Nicolaus Leonicensus in quæstionibus naturalibus duas hujuscæ proprietatis causas reddit. *Cur leones iracundi terga sua cauda flagellant? An quia leonum animi index est cauda? et reliqua Plinii verba. An quod iracundia, accenso circa præcordia calore, provenire dicitur? calidi enim est movere cum omnia, tum ea magis et crebrius, quæ mobilia existunt, qualis sane in animantibus omnibus est cauda.* Hinc cauda ἀλκαία dicta, quod illa se ad fortitudinem excitet. Interpres Apollonii lib. IV, *Ἀλκαίη λέγεται κυρίως ἡ τοῦ λέοντος οὐρά, ἀπὸ δ' αὐτῆς εἰς ἀλκήν τρέπεσθαι.*

Ibid., lin. 7. *Γηράσας δὲ καὶ εἰς.* Origenes, cat. in *Jerem.* cap. V, §. 6, *Ὁ δὲ λέων, ὡς ἱστορεῖται, γηράσας, περὶ τὰς πόλεις νέμεται, θηρεύειν θέλων ἀνθρώπους.* Ælianus, *De histor. animal.* lib. IV, cap. 34, *Τοῦ γήρωσ δὲ ἐπαρχόμενος, καὶ ὑπὸ τὰ αὐλία ἐρχεται, καὶ ἐπὶ τὰς καλύδας, καὶ ἐπὶ τὰς οἰκῆσας τὰς τῶν νομιῶν τὰς ὑπάντους. Ταῖς γὰρ ὀρεῖς ἐπιθήρας ἐπιβαρῆειν ἀδύνατός ἐστιν.* Quæ ita carmine expressit Phile in iambis.

*Ὅταν δὲ γηρῶ, καὶ τροφῆς χρεῖαν ἔχει,
Ἐπεὶ τὸ θάρρειν εἰς τὸ θηρῶν οὐκ ἔχει,
Φοιτῶ πρὸς ἀγροῦς καὶ νομαῖς ἐναυλλοῖς.*

Et horum primus Aristoteles lib. IX, cap. 44, *Adeunt urbes, et injuriam hominibus inferunt, potissimum tempore suæ senectutis: tunc enim per corporis imbecillitatem, et dentium defectionem venari nequeunt.*

C Ibid., lin. 8. *Ἔστι δὲ αὐτοῦ τὸ στόμα.* Chrysostomus, in cap. VI *Jobi*, *Δυσώδης γὰρ τοῦτο τὸ θηρίον μεθ' ὑπερβολῆς. Ἐπειδὴ γὰρ ἔχει τὴν ἀπὸ τῆς φύσεως πλεονεξίαν, ἐτέρως αὐτὸν τῶν ἄλλων φανώτερον ἐποίησεν ὁ θεός.* De ejus δυσωδίᾳ plura Aristoteles, et alii.

Ibid. lin. 9. *Καθεύδων δὲ ἀνά.* Horus, lib. I, e. 19, *Ἐπειδὴ ὁ λέων ἐν τῷ ἐγρηγορῆναι μέμικε τοὺς ὀφθαλμούς, κοιμώμενος δὲ ἀνεωγῆτας τούτους ἔχει.* Plutarchus, IV *Sympos.*, quæst. 5, *oculos leonis dormientis ait, suffulgere, dormire autem momento temporis.* Phile, in iambis, etiam caudam ipsam in quiete movere, ait. Vide de hoc Ælianus, lib. V, cap. 39, Plinius et alios. De eorum somno ita cecinit Oppianus *Κυνηγετ.* 3.

D *Οὐδ' ὑπὸν μυχάτοισιν ἔχει παρὰ τέρμασι πέτρης,
Ἀμφαδὸν ὑπὸ κνήμῃ δὲ θρασύτροπα θυμὸν ἔλισσων.
Εὐδαί δ' ἐνθα κίχησιν ὑπείροχος ἐσπερὶν ῥύξ.*

Ibid. *Ἡ δὲ λείαινα μόλις ἐνός.* Ita existimavit Basilius, hom. 9, *Ὅθεν λέοντος ἐνός μόλις ἡ λείαινα μήτηρ γίνεται. Ταῖς γὰρ ἀκμαῖς τῶν ὀνύχων διασπαράζας τὴν μήτραν, οὕτω πρόεισιν, ὡς φασιν. Hujus esse sententiæ videtur Æsopus in fabulis; ibi enim læna vulpi, glorianti multos se fetus edere, unum respondit se tantum parere, sed leonem. Herodotus, lib. III, *Ἡ δὲ δὴ λείαινα, ἐδὸν ἰσχυρότατον καὶ θρασύτατον, ἀπαξ ἐν τῷ βίῳ τίχεται ἐν. Τικτούσα γὰρ συνεχδάλλει τῷ τέκνῳ τὰς μήτρας. Εἰ Ἄγυπτῳ, ut est apud Horum, mulierem, quæ semel tantum**

peperit significare volentes, læenam pingunt. Hæc enim bis non gerit uterum. Homerus aliter sentit : *Ἐιστήκει ὡς τίς τε λέων περι οἴσι τέκεσσιν, ὅ ρά τε γῆπι ἄγοντι συναρτήσουται ἐν ὕλῃ ἄνδρες ἐπακτῆρες.*

Et alio in loco :

Πυχρά μάλα στενάχωρ, ὥσπερ λῆς ἠδ' ἡτέριος ὅ ρά θ' ὑπὸ σκύμνους ἐλαφθόλος ἄρπασιν ἀρήγ' ὕλης ἐκ πυκνῆς.

Et Aristoteles, *De histor. animal.*, lib. vi, cap. 31, læenam vulvam cum partu emittere, deliram fabulam ait, factamque ex eo, quod rarum genus animalis est, nec rationem cur ita esset comperire auctor ille fabulæ poterat. Et tradit læenam primo fetu parere quinque catulos, ac per annos singulos uno minus ab uno sterilescente. Et lib. iii, *De generat. anim.*, cap. 4, hoc idem tradit, et ejus causam subdit, *Hyperinæ enim, id est, effætæ, et aves et plantæ sunt; quod vitium nimia excrementi secessio est, ut exhaustæ, effætæque dicantur, quæ ita afficiuntur. Hæc eadem affectio causæ lænæ etiam est, ut sterilescat. Primum enim quinque aut sex parit catulos, tum anno secundo quatuor, mox tres, deinde pari modo per annos singulos minus uno, postremo nullum, cum et excrementum omne consumptum jam sit et etate desinente semen una defecerit.* Hunc sequitur Plinius, lib. viii, cap. 16; Ælianus, lib. iv, cap. 34; Phile, in Iambis. Oppianus *Κυρηγ.* 3, v. 57 :

Πεντάκι θηλυτέρη δὲ τόκων ἀπελύσατο ζώνη, Βδέξας ἄρ' ἀτρεκέως ἀνεμώλιος, ὡς ἕνα τικτεῖ, Πέντε φέρει πρότον· ἀτὰρ πῖστυρας μετέπειτα ὄδῳ τὴν σκύμνους, κατὰ θ' ἐξείης ὑπὲρ κερθὸν Νηδύος ἐκ τριτύτης τρεῖς ἐκθορον· ἐκ δὲ τε- [τάρτης] Ἀμφιδυμοὶ παῖδες. Πύματορ δ' ἕνα γέινατο μήτηρ, Γαστρός ἀριστόκοιο κλυτὸν βυσίληα λέοντα.

Apud Philostratum ingens læna octo catulos in utero gestare comperta. Idem auctor scribit læenam sex mensibus uterum ferre, parere ter, primum tres, post duos, ac unum postremo. Hic quædam addam observatione non indigna. Philostratus læenam sex mensibus, Ælianus duobus uterum ferre tradit. Aristoteles, *De gener. anim.*, lib. v, cap. 6, leonem inter unicolora ponit, unicolora autem appellat quorum genus totum unum colorem habet, quomodo leones fulvi sunt semper. Plinius, lib. viii, cap. 17, scribit, *Leonem tantum in Syria niger.* Oppianus, lib. iii, *Κυρηγ.* In eodem genere quosdam fulvos, quosdam nigros, quos μελανοχρόους vocat, ut sunt Æthiopicæ, et Ælianus Indos nigri esse coloris affirmat lib. xvii, cap. 26, *Δέρη ἐκείνων λεόντων μελαινά τε ἰδεῖν, καὶ φρίξασα ὀρθῆ ἐπανίσταται.* Aristoteles problem. sect. 10, num. 44, scribit leones nunquam domesticos fieri, et pluribus hoc rationibus, argumentisque probat. Id tamen aliter usu venisse habemus ex Plinio; nam ipse, lib. viii, cap. 16, narrat primum hominum leonem manu tractare ausum, et ostendisse mansuefactum, ideoque damnatum illo argumento, quod nihil non persuasurus vir tam artificis ingenii videbatur. Et male credi libertas ei, cui in tantum cessisset etiam feritas. Et

Plutarchus ἐν τοῖς *Πολιτικοῖς παραγγέλμασιν*, tradit eum leonem habuisse in castris σκευοφόρον, quare solum vertere coactum, quod ad tyrannidem aspirare id argumento foret. Et Ælianus, lib. v, cap. 39, de hoc idem scribit, et alio leone Beroniceo, *Ἡμερωθείς γε μὲν ἐξ ἑτι νεαροῦ, πραότατόν ἐστι, καὶ ἐντυχεῖν ἠδύς, καὶ ἐστι φιλόπαις, καὶ πᾶν ὀτιοῦν ὑπερέμει προάωνος τῷ τροφῆι χαριζόμενος.* Ἄνων γοῦν λέοντα εἶχε σκευαγωγόν, καὶ Βερενίκη λέων πρῶος συνῆν, τῶν κομώντων διαφέρων οὐδέν· ἐπαίδρυνε γοῦν τῆ γλώττη τὸ πρόσωπον αὐτῆς, καὶ τὰς ῥυτίδας ἐλέαινε, καὶ ἦν ὁμογράφεος, πρῶος τε καὶ εὐτάκτως ἐσθίων, καὶ ἀνθρωπικῶς. Ὑνόμαρχος δὲ ὁ Κατάνης τύραννος, καὶ ὁ Κλεομένους υἱὸς συστάτους εἶχον λέοντας, et lib. xii, cap. 23, in *Elymasæ* regione Adonidis templum esse, et in eo mansuetos leones, qui homines templum ingredienti adulando exciperent. Eos si ad cibum advoces, tanquam invitatos convivias adesse, et quidquid porrexeris, postquam acceperint, modeste et decenter abire; et lib. xvii, cap. 26, de leonibus Indis sermonem habens, eos adeo assuefieri, ut et venatoribus ad alias feras venandas suam opem præstent, quem locum supra retulimus. Illud item addam. Quemadmodum Aristoteles, lococitato, opinionem illorum de uno tantum fetu lænæ, ita et lib. vi, *Hist. anim.*, refutat eorum opinionem, qui putabant lupam semel tantum in vita parere, et quidem duodecim anni diebus. Item quæ supra ex Herodoto, et aliis de lænarum μονοτοκίᾳ ascripsimus, de trigide tradit Isidorus, lib. xii, cap. 2.

Ibid., lin. 13. *Ῥαγδαῖον ἢ πάρδαλις.* Basilius, hom. 9, *Ῥαγδαῖον ἢ πάρδαλις καὶ δεῦρροπον ταῖς ὀρμαῖς.* Ἐπιτήθειον αὐτῆ τὸ σῶμα συνέξουκαται τῆ ὑγρότητι καὶ τῷ κόψῳ τοῖς τῆς ψυχῆς κινήμασι συνεπόμενον. Quidam pardalem, pardum et pantheram unum et idem esse opinati sunt. Alii distinxerunt, ita ut inter pantheras pardus sit mas, pardalis femina. Nos tamen pardalim sive pardum, a panthera maxime differre una cum nostro Eustathio existimamus, qui harum, veluti duorum specie distinctorum mentionem facit. Habent enim et formam diversam, et colores et multa alia, in quibus, si idem essent, non differrent. Pardalim Oppianus in duo genera distinxit, et depinxit, *Κυρηγ.* lib. i, quem consule : nos etiam infra nonnulla dicemus.

Ibid., lin. 14. *Καὶ τῶν ἄλλων διαφέρων.* Oppianus, dicto libro :

Ὀκῦτατον θεῖσι. καὶ τ' ἄλκιμον ἰθὺς ὀρούσι Φαίης, ὀππὸ' Ἰδοιο διηερῆην φορέεσθαι.

Vide item Philostratum.

Ibid., lin. 16. *Νωθρὰ ἢ φύσις.* Basilius, hom. 9, *Νωθρὰ ἢ φύσις τῆς ἀρκου, ἰδιότροπον, καὶ τὸ ἦθος ὑπουλον, βαθὺ ἐνδεδυχός· ὁμοιον ἡμίφεισται καὶ τὸ σῶμα, βαρὺ, συμπεπηγός, ἀδιάρθρωτον, πρέπον τῷ ὄντι φωλάδι κατεψυγμένην.*

Ibid. Καὶ τὸ ἦθος ὄπουλος. Plinius, lib. viii, A cap. 36, *Nec alteri animalium in maleficio stultitia solentior.*

Ibid., lin. 17. Πολλάκις οὖν βαθυτ. Basilium, hom. 9. Ἄρκος πολλάκις, βαθυτάταις κατατρωθεῖσα πληγαῖς, ἐαυτὴν ἰατρῆει πάσαις μηχαναῖς τῷ φλόμῳ τοῦτῳ ξηρὴν τὴν φύσιν ἔχοντι τὰς ὠτειλάς παραδύουσα. Petrus Damianus, lib. ii, epist. 18, *Ursa si quando ictibus gravissimæ cordis afficitur, vel etiam jaculis perfossa sauciatur, herbæ cui Græce nomen φλόμος est vulnera subjicit : et sic solo tactu omnes ulcerum dolores excludit, et ad incolumitatem pristinam convalescit.*

Ibid., lin. 22. Ὁ ταῦρος τοῖς κέρασι. Plinius, lib. viii, cap. 45, *Tauris in aspectu generositas, torva fronte, auribus setosis, cornibus in procinctu dimicationem poscentibus. Sed tota comminatio prioribus in pedibus stat, ira gliscente alternos replicans, spargensque in altum arenam, et solus animalium eo stimulo ardescens.*

Ibid., lin. 27. Σὺς δὲ ὄταν ἰδῆ. Ælianus, lib. v, cap. 45, *Τὸν σὺν τὸν ἄγριόν φασι μὴ πρότερον ἐπὶ τινα φέρεσθαι πρὶν ἢ τοὺς χαυλιδόντας ὑποθῆξαι. Μαρτυρεῖ δὲ ἄρα καὶ Ὅμηρος τοῦτο, λέγων*

Θήξας λευκὸν ὀδόντα μετὰ γναμπῆσι γένεσσι.

Et lib. vi, cap. 1, Ὁ γοῦν σὺς, μέλλων εἰς μάχην εἶναι (lego λέναι), πρὸς ταῖς λείαις πέτραις τοὺς ὀδόντας ὑποθῆγει. Τοῦτό τοι καὶ Ὅμηρος τῷ ζῶῳ μαρτυρῶν δῆλός ἐστιν. Advertendum hic eximium naturæ miraculum de igneo dente irati capri, cui admoti pili, perinde ut ab igne contorquentur, et uruntur; testatur id Oppianus, lib. iii *Κυνηγ.*

Ἔστι δὲ τις κάπριο φάτις πέρι, λευκὸν ὀδόντα Λάβριον ἐντός ἔμεν μαλερὴν πυρρόσσαν ἐνιπῆρ. Σῆμα δ' ἐφιμερλοισιν ἀριφροδὲς ἐφρίζωται. Ἰππόδε γάρ πολὺς δῆλος ἐπήτριμος ἀγρευτήρων Σὺν κυσὶν εὐτόλμοισι ποτὶ χθόνα θῆρα βάλλονται, Αἰχμησὶν δολιχῆσιν ἐπασσύτερον δαμάσαντες, Δὴ τότε αὐθένος εἰ τις ἀειράμενος τρ χα λειπὴν θηρὸς ἐτ' ἀσθμαίνοντος ἐρηγρὶμύθειον ὀδόντι, Αἰψά μάλα σφαιρηδὸν ἀνέδραμεν αἰδομένη θορῆ Κιὰ δ' αὐτοῖσι κύνεσσι ἐπὶ πλευρῆς ἐκάτερθεν, Ἔρθα σὺς γένυων πλάσαι αἰθῶνες ὀδόντες, Ἰγχεα πυρσευθέντα διὰ βίροιο τέτανται.

De eodem consule Xenophontem, in *Cynegetico*; Pol-lucem, lib. v *Onomast.*, cap. 12; Plinium, lib. viii; Apuleium, lib. viii, *Asini aurei*. Sic Ovidius, lib. D vii *Metamorphos.* :

Fulmen habent acres in aduncis dentibus apri.

Et de eo plura colligit Conradus Rithershusius in locum dictum Oppiani.

Ibid., lin. 30. Ἔστι δὲ ζῶον ἀρθόλοψ. Hæc ita verterat Petrus Damianus, *Epist.* lib. ii, epist. 18, *ad Desiderium abbatem et cardinales : Anthalopum quoque acerrimum nimis, et violentum est animal; adeo ut nec illi venator accedere, nec persecutor quisquam audeat propinquare. Habet autem longa cornua in serræ similitudine figurata : quibus nimirum prægrandia valeat arbusta secare, terræque deprensere. Cum vero sitierit veniens ad Euphratem bibit. Propter quem videlicet fluvium frutex quidam nascitur,*

*A qui gervinæ vocabulo nuncupatur, habens virgulta subtilia, atque proluxa. Veniens autem anthalopus ad gervinam dum ludere lascivius tentat, cornua sua virgultis crebrescentibus obligat. Cum vero diutius pugnans sese nullatenus valet educere magnis incipit vocibus exclamare. His excitatus clamoribus venator accurrit, eumque dum propriis nexibus arclatur, occidit. In his tamen nonnulla animadvertenda sunt, quæ non auctoris incuria, absit hoc a tanto viro, sed ex scriptoris inscitia, in textum irrepisse comperimus. De corruptione nominis in anthalopum nihil est quod dicam, talium enim corrumpendorum nullus est modus, sicut et de venatorum recta scribendi ratione. Illud tantum non dissimulabo quomodo erica, sive ervina quod idem est, frutex nemini non notus, in gervinam abierit. De qua Plinius, Dioscorides, Theophrastus et alii, animal hoc varie a variis appellatur, ita ut Alberto Magno calopus sit, ex quo Conradus Gesnerus de quadrupedibus lib. 1, in *Calopede, Calopus animal est acutis, longis et serratis cornibus, quibus etiam arbores licet magnas et altas secare fertur : sæpius autem dum rami et virgulta cornibus uadactis cedunt, eis involvitur, retineturque, unde fit, ut voce, et clamore se prodat venatoribus. In Syria juxta Euphratem invenitur, cujus aquæ potu propter frigiditatem gaudet, astutum et mira velocitate, ut venatores facile effugiat. De hoc eodem intelligendus videtur Alexander Magnus, epist. De mirabilibus Indiæ ad Aristot. : Euri venti status secuti incidimus in malignas feras, de quarum caputibus velut gladii a vertice, acuta, serrataque, eminebant ossa : et hæc arietino more, adversus homines currebant : tum invictæ plurimorum militum clypeos cornu suo transverberabant : quarum occisis admodum octo millibus quadringentis quinquaginta, sic inde ad Porum exercitus meus cum summo tandem labore, ac periculo meo pertenuit. Ex quibus manifestum est ad hoc animal pertinere, quæ de uro tradit Epiphanius in *Physiologo*, cap. 3, Ὁ οὔρος μέγιστόν ἐστι ζῶον, πολὺ ὑπερβάλλον τὰ ἕτερα, βοῖ παραπλήσιος, δύο κέρατα ἐν ἐαυτῷ πρόνι ὁμοια ἔχων. Αὐστηρὸς τῇ θεωρίᾳ παρὰ πάντα τὰ ζῶα ὥστε τὰ μέγιστα δένδρα διανηθόμενος τοῖς κέρασι διαπρίειν, καὶ κλωνοκοπᾶν, καὶ οὐδὲν τῶν ζῶων δύνασθαι ὑπ' ἐαυτῷ ποιήσασθαι. Νέμεται δὲ ὁ αὐτὸς οὔρος πλησίον τοῦ ὠκεανοῦ, καὶ εὐθέως μεθύσκειται, καὶ παλαίει πρὸς γῆν τοῖς κέρασιν ὡσπερ βοῦς. Ἔστι δὲ ἐκεῖ δένδρον ἢ ὀνομαζομένη τάνυς, κλίματος μόρφωσιν ἔχουσα λευκοκλήνου, καὶ τοῖς ἔρνεσι κληθόμενος ὁ αὐτὸς οὔρος τὴν κεφαλὴν πρὸς τὰ ἔρνη τῆς τάνυος, τὸ κέρασ αὐτοῦ δέδεται ὑπ' αὐτῆς. Παραγενομένου ταιγαροῦν τοῦ κυνηγοῦ, καὶ εὐρίσκοντος ἐμπεπεδημένον τῶν κεράτων, κρατεῖ αὐτοῦ. Nunquam tamen urum, et antholopem unum esse crediderim.**

Ibid., lin. 39. Ἔστι δὲ ἐν Σαύθαις. De tarando et ejus figura, et forma, et ut rerum, quæ attigerit, colores exhibet, Phile, in iambis, Ælianus, *De hist. anim.*, lib. ii, cap. 16; Plinius, lib. viii, cap. 34.

Aristoteles, *Περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων*; Theophrastus, fragmento *Περὶ τῶν μεταβαλλόντων τὰς χροῶς*. Ὁ δὲ τάρβανος τὸ μὲν μέγεθος ἐστὶ κατὰ βῶν, τὸ πρόσωπον δὲ ὁμοίος ἐλάφω, πλὴν πλατύτερος, ὡσαυτὲρ ἐκ δύο συγκεῖμενος ἐλαρείων προσώπων. Διχῆλον δὲ ἐστὶ καὶ κερατοφόρον. Ἐχει δὲ τὸ κέρασ ἀποφυάδας, ὡσαυτὲρ τὸ ἐλάφου, καὶ τριχῶτόν ἐστι δι' ὄλου· περὶ γὰρ τὸ ὄστουν δέρματός ἐστιν ἐπίτασις, ὅθεν ἡ ἐκφυσις. Τὸ δὲ δέρμα τῷ πάχει δακτυλιαῖόν ἐστιν, ἰσχυρόν δὲ σφόδρα. Διδὸ καὶ τοῦ θώρακος ἐξασάζοντες αὐτὸ ἰῶναι. Σπάνιον δὲ τὸ ζῶν καὶ ὀλιγάκις φαινόμενον. Θαυμαστὴ δὲ ἡ μεταβολή, καὶ ἐγγὺς ἀπιστίας. Τοῖς μὲν γὰρ ἄλλοις ἐν τῷ δέρματι γίνεται ἡ μεταβολή, ἀλλοιουμένης τῆς ἐντὸς ὑγρότητος, εἴτε αἰματώδους, εἴ καὶ τινος ἄλλης τοιαύτης οὐσης· ὥστε φανεράν εἶναι τὴν συμπάθειαν· ἡ δὲ τριχῶν μεταβολὴ ξηρῶν τε ὄντων, καὶ ἀπρηττημένων, καὶ ἀθρόον οὐ πεφυκότων ἀλλοιοῦσθαι, παράδοξος ἀληθῶς, καὶ ἀπίθανός μάλιστα πρὸς πολλὰ ποιικιλλομένη. Eadem Solinus, cap. 33, *Mittit et tarandum boum magnitudine, bisulco vestigio, ramosis cornibus, capite cervino, ursino colore, et pariter villo profundo. Hunc tarandum affirmant habitum metu vertere; et cum delitescit fieri assimilem cuicunque rei proximaverit, sive illa saxo alba sit, seu fructeto virens, sive quem alium modum præferat. Faciunt hoc idem in mari polypi, in terra chamæleontes, sed et polypus et chamæleon glabra sunt, et pronius est cutis levitate proximitiam æmulari. In hoc novum est, et singulare, hirsutiam pili colorum vices sutere.* Verum ὡς ἐν προσθήκῃς μέρει non ingratum fore lectoribus existimo. Si quæ hujus colorum mutationis causa sit investigemus. Superius enim quod in præsentī de tarando, de polypode dictum est, et inferius de chamæleonte dicetur quam mutationem præter tantorum hominum auctoritatem veram esse, et ipsa experientia compertum est. Et primum de polypo Plutarchus, lib. *De causis naturalibus*, cap. 19, ait, polypum carnem foraminibus, meatibusque compluribus distinctam habere, ideoque defluxu atomorum a marinis saxis ad se attracto receptoque, iis corpusculis vestiri et eorum colore circumquaque perfundi. Et cum quidam dicerent, ac rejicerent mutationem hanc in genuinam quamdam animalis ignaviam et pavorem, quod de chamæleonte etiam assererat Aristoteles, lib. iv, *De part. animal.*, capit. 11. Præ nimio namque metu multiformis efficitur. Idem Plutarchus ait, polypum non trepidatione, sed ex industria id facere, et hac mutatione ac veste, veluti dolo et stratagemate, non caventibus insidias struere, lib. quo disserit plusne rationis insit aquatilibus bestiis, quam terrenis. De chamæleonte idem Plutarchus ibidem, illum ait, ex metu colores sibi proximos representare. D. Augustinus, lib. xi, *De Trinitate*, cap. 2, eam colorum mutationem in chamæleonte ex imaginatione nasci auctor est. *Voluntas, inquit, circa imaginem sensui impressam tantam vim habet, ut si admodum violenta sit, ubi*

non resistit, pigrior duriorque materies, visibilem speciem coloremque commutet, licet videre corpusculum chamæleontis ad colores quos videt facillima conversione variari. Alii dicunt polypum et chamæleontem, aliaque similis naturæ et ingenii animalia colores illos reddere, non quod iis reipsa imbuantur, sed quia cum habeant corpus rarum et transmeabile, per id tanquam per vitrum cernuntur rerum subjacentium colores, qui tamen allucinato aspectu in ipsis animantibus videntur insidere, quemadmodum et vitrum rebus coloratis impositum pingi videtur coloribus, qui per ipsum translucunt. Aristoteles, lib. ii, *De hist. anim.*, lib. xi, ait, chamæleontem colorem mutare inflatum; quod etiam de polypode dixit Theophrastus dicto loco, ut legit Henricus Stephanus, quam et meliorem lectionem esse existimo, namque potius polypo quæ Theophrastus refert quam chamæleonti conveniunt, quamvis idem Stephanus in melioris notæ codice suspicetur γαμυλίων fuisse scriptum. Quo deleto in ejus locum πολύπους repositum sit; lituræ enim quædam vestigia in illo videbantur superesse. Theophrastus itaque ait: Ὁ δὲ πολύπους δοκεῖ τῷ πνεύματι ποιεῖν τὰς μεταβολὰς. Πνευματικὸν γὰρ φύσει. Σημεῖον δὲ τὸ τοῦ πνεύματος (alii τοῦ πνεύματος) μέγεθος· σχεδὸν γὰρ δι' ὄλου τοῦ σώματος τέταται. Ἄμα δὲ καὶ ἐξαιρόμενος αὐτὸς καὶ φυσώμενος δῆλός ἐστιν. Et Aristoteles, *De part. anim.*, lib. iv, cap. 5, idem refert. Quid certi in hac restatuendum sit difficile quis posset excogitare, vel solum auctoritas, et si nulla esset ratio, tantorum virorum, tanquam certum statueret, quidquid dictum est. Ne quid itaque tantos viros, vel eorum sententias impugnare videamur, absit hoc, semper magni feci, semper admiratus sum magnorum virorum ingenia, dicamus omnes in hac re veras enarrasse, causasque certissimas, concludamusque ideo polypum et chamæleontem defluxu atomorum, hoc est, spirituum, quos unaquæque res præ se fert, metu sive dolo, sive alio quopiam naturæ motu, per imaginationem sensui impressam, in corpore quasi aereo, et translucido, et transmeabili, ideoque aptissimo ad quamlibet mutationem suscipiendam, omnes colores admittere. Non subito multas adhuc et difficultates, et dubia superesse, sed quæ facillimo negotio possint explicari, vel sola hac nostra conclusione, quæ, ne prolixiores simus, omittimus, sed sat id bene de chamæleonte, et polypo dicet quis; quid de tarando corpore crassiori quod et mirum, sed mirabilius et villo? dicam quod et Theophrastus dicto loci. Τοῖς μὲν γὰρ ἄλλοις ἐν τῷ δέρματι γίνεται ἡ μεταβολή, ἀλλοιουμένης τῆς ἐντὸς ὑγρότητος, εἴτε αἰματώδους, ἢ καὶ τινος ἄλλης τοιαύτης οὐσης· ὥστε φανεράν εἶναι τὴν συμπάθειαν· ἡ δὲ τριχῶν μεταβολή, ξηρῶν τε ὄντων καὶ ἀπρηττημένων, καὶ ἀθρόον οὐ πεφυκότων ἀλλοιοῦσθαι, παράδοξος ἀληθῶς, καὶ ἀπίθανός μάλιστα πρὸς πολλὰ ποιικιλλομένη. Quidni? Non vereor id fateri Deum aliquid posse præstare, cujus ego causas non assequar.

Ibid., lin. 46. Ὀμοίως δὲ καὶ ὁ χαμαιλέον. Chamæleontem Aristoteles, lib. II *De hist. anim.*, cap. 11, descripsit fuscæ, et Plinius, lib. VIII, c. 53: *Figura et magnitudo erat lacertæ nisi crura essent recta et excelstiora, latera ventri junguntur, ut piscibus, et spina simili modo; eminet rostrum, ut in parvo haud absimile scillo, cauda prælonga in tenuitate desinens, et implicans se viperinis orbibus; angues adunci; motus tardior, ut testudini; corpus asperum cæm crocodilo: oculi in recessu cavo tenui discrimine prægrandes, et corpori concolores; nunquam eos operit: nec pupillæ motu, sed totius oculi versione circumspicit. Ipse celsus hianti semper ore.* Mutare colorem refert Aristoteles loco d. et 2, et hic Plinius, Ælianus, Plutarchus in *Sympos.* et commentar. *De adulatione;* Gregorius Nazianz. I in *invectiva in Julianum;* Augustinus lib. II *De Trinitate*, cap. 2; Isidorus, lib. II, cap. 2; Tertullianus lib. *De pallio*, et Justinus martyr, *Epist. ad Zenam et Serenum.* Ὁ δὲ νῦν μὲν ὤχρρος, εἶτα ἐρυθρός. Τῷ δὲ συγκρίματι τοῦ σώματος ποικιλλόμενος, οὗτος ὡσπερ χαμαιλέον ἐν τῷ καίσῳ, καὶ τῇ ἐρημίᾳ περινοστέει, et Theodorus Tarsensis apud Photium in *Biblioth.* Χαμαιλέον τὸ ζῶον εἰς πολλὰ χρώματα τὸ σῶμα μεταβάλλει, καὶ τοιοῦτος φαίνεται οἷον τὸ πησιάζον καὶ παρακείμενον αὐτῷ κἂν ξύλον, κἂν λίθος, κἂν ὄ τι τοιοῦτον ἦ. Πρὸς γὰρ τὴν ἐκείνου χροῖαν ἀρμολογεῖ τὴν ἑαυτοῦ, et Antigonus Carysius, cap. 30, Γίνεται δὲ ταύτην καὶ περὶ τὸν χαμαιλέοντα. Καὶ γὰρ τοῖς στελέχεσι τῶν δένδρων, καὶ τοῖς φύλλοις, καὶ τῇ γῆ τὸν αὐτὸν τρόπον ἅπαντι τόπῳ συμμεταβάλλει τὴν χροῖαν. Aristoteles ait mutari colorem in toto corpore, nam et oculi concolores reliquo corpori redduntur, et cauda eundem colorem accipit. Plinius, et coloris natura mutabilior, mutat namque eum subinde, et oculis, et cauda, et toto corpore. Theophrastus, lib. *Περὶ τῶν μεταβαλλόντων τὴν χροῖαν* semper reddere quemcunque altigerit præter rubrum, candidumque, Μεταβάλλει δὲ ὁ χαμαιλέον εἰς πάντα τὰ χρώματα· πλὴν τὴν εἰς τὸ λευκὸν καὶ τὸ ἐρυθρὸν οὐ δέχεται μεταβολὴν. Καὶ οὐ πρὸς τὰ παρακείμενα μόνον χρώματα μεταβάλλει, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν, ἐάν τις μόνον ἄψεται αὐτοῦ, τὸ χρῶμα μεταβάλλει. Eadem habet Plinius, Plutarchus, lib. *De dignoscendo amico ab adulatore*, et Solinus, *Polyhist.* cap. 43, idem sentiunt. Phile in lambis concedit rubrum colorem, candidum negat:

*Χαμαιλέον, κράτιστε, τὸν γρῶτα τρέπει.
Σαῦρος γὰρ ὧν ἀντικρὺς οὐκ ἔχει τρίχας
Καὶ νῦν μὲν ὤχρρος, νῦν δὲ φαῖος γίνεται,
Εἶτα λευκός, εἶτα κίττος εἰς βάθος.
Καὶ νῦν ἐρυθρός, καὶ παραντίνα μέλας,
Καὶ στικτός ἂν γένοιτο δορκάδος δίκη.
Καὶ ξανθός ἂν φαίνοιθ' ὅδε, καθάπερ λέων.
Ὅτω δὲ σώματος τοῦδ' ἄλλοιούμενον,
Τὸ λευκὸν ἠγγόσηεν ἢ φύσις μόνον.*

Ælianus, lib. LXII, *De histor. animal.*, cap. 14, etiam candidi coloris mutationem in eo admittit. Χαμαιλέον τὸ ζῶον εἰς ἴδιαν μίαν χροῖαν οὐ πέφυκεν

οὔτε δρᾶσθαι, οὔτε γωριζέσθαι. Κλέπτει γὰρ ἑαυτὸν πλανῶν τε ἄμα καὶ παρατρέπων τὴν τῶν ὀρωμένων ἔψιν. Εἰ γὰρ παρατύχης μέλανι τὸ εἶδος, ὁ δὲ ἐξέτρεψε τὸ μόρφωμα εἰς χλωρότητα, ὡσπερ ἦν μεταμψεσάμενος. Εἶτα μέντοι ἄλλοιός ἐφάνη λευκότητι ὑποδύς, καθάπερ προσωπεῖον ἕτερον, ἢ στολὴν ὑποκριτῆς ἄλλην. Plinius solo aere nec alio cibo ali hoc animal tradidit. *Ipse celsus hianti semper ore, solus animalium nec cibo, nec potu alitur, nec alio quam aeris alimento.* Hoc tamen falsum esse ait Franciscus Sanctius *Commentar. in Emblem.* 53, Alciati, et venari muscas, scarabæos, locustas, formicas, et alia insecta quibus præcipue vescitur. Jacobus Dalecampius annot. in Plinii locum d., *Quamvis famem multos menses toleret, lingua tamen sesquipalmum longa exerta, ac vibrata, mucosque oblita, locustas, formicas, muscas scarabæos et alia insecta quibus vescitur, corripit, retinet, ad se adducit.* Brodæus cap. 21, lib. VI, Theophrasto auctore parum abest, quin pulmo totum corpus impleat, ideoque dum auram captat et consecatur avidius, ea vivere sola crediderunt multi: quod et Plinianæ opinionis origo. Joannes Landius in ultima Syria cum esset, ait, se vidisse unum e quinque quos emerat chamæleonibus linguæ repentino momentaneoque jaculatu muscam quæ in ejus esset pectori legisse. Propterea illius a se dissecti linguam narrabat inventam palmi longitudine, cavam, inanem, in summa tanquam acetabulum cum mucos quo prædam tolleret. Julius Scaliger exerc. 196 in *Cardanum*, n. 4, qui et multa alia quæ sequuntur de forma, colore ejusque mutatione, item a quibus vincatur coloribus, a quibus non, a Landio accipit. Mirum est quod de chamæleontis in serpentes odio narrat Scaliger dicto I. *Is ex illis unum quempiam speculatus in umbra captantem auras, aut in radiis apricantem, in eam scandit arborem, quæ illi imminet: unde ex ore filum demittit araneorum more, in cuius fili extremo guttula sit, margaritiæ splendore, ea tactum in vertice serpentem mori. Illud etiam admirabilius si ad perpendiculum nequeat filum demittere: quod minus adamussim respondeat ramus, in quo est inferiori loco ubi cubat serpens: ita filum corrigere pedibus anterioribus, atque ejus tractum temperare, ut ad lineam quasi catheton descendat.*

Ibid., lin. 49. Δειλὸν ἢ ἔλαφος. Aristot., lib. XI *De hist. anim.*, c. 1, cervos inter animalia ingeniosa et timida annumerat. Oopianus Κυνηγετ. lib. II, *De cervis*:

*Ἀβληχρὴ κραδίη, καὶ θυμὸς ἔσωθεν ἀναλκίς,
Καὶ κωφαὶ κεράτων ἀλγυαὶ τόσον ἀντέλλουσιν.
Ὀὔποτε γὰρ κεφαλῆσιν ἐναντία δηρῶσιντο.
Ὁὐ θηρσὶ κρατεροῖς, οὐκ ἀργυλλοῖσι κύπεσσιν,
Ὁὐδ' αὐτοῖς δειλοῖς λασιοκρήμοισι λαγωῖς.*

Quare et cervorum timiditas in proverbium vulgè abiit, ἐλάφειος ἀνήρ, ἐπὶ τοῦ δειλοῦ ἐκ μεταφοράς τοῦ ζώου· δειλὸν γὰρ ἢ ἔλαφος, Suidas et Zeno-bius. Unde, et Agamemnoni apud Homerum ex-

probratur *Κυνός θυματ' ἔχσιν, κραδίην δ' ἐλά-
γοιο*. Boetius *De consolatione philos.* l. iv, pro. 3 :
Pavidus ac fugax non metuenda formidat : cervi
similibus habeatur, ideoque ab Oppiano, l. iv *'Α-
λιευτ., ἀνακλειη ἐλάγοιο* vocatur. Hujus timiditatis
causa assignatur ab Arist. *De par. anim.* l. iii, c. 4,
cor magnum, et grandius, quoniam calorem pro-
portione cordis non habent, sed parum caloris in
magno conceptaculo exolescat ; itaque sanguis fri-
gidior est, et quod in ventriculis cordis, id etiam
in venis evenit. *Sunt enim frigidiores, et venæ am-
pliores, et ventriculi ampliores ; nam ut in parvo
et in magno domicilio, tantumdem ignis non æque
calefacit, sed minus in magno, sic et in iis calor
non pariter agit ; vas enim tam vena, quam ventricu-
lus est.* Aliam hujus causam habet l. ii, c. 4, quia
videlicet sanguis eorum dilutus, fibrasque non ha-
bet. *Quorum enim sanguis fibris admodum multis
crassisque refertus est, hæc terrena amplius constant
natura, et animosa iracundia, proindeque furibunda
sunt, ira enim calorifica est.* Verum si cervi libi-
dine flagrant, efferrant sicut et cætera animantia,
idque ex Aristotele *De hist. anim.* et Virgilio in
Georgicorum nonnulli tradiderunt.

Ibid., lin. 49. *Καὶ πρὸς τὰ ἔρπετά.* Odia et ini-
micitias inter serpentes et cervus, et quanam ra-
tione alius in alium invehitur elegantissimis versi-
bus cecinit Oppianus *Κυνηγ.* ii et *'Αλιευτ.* ii :

*'Ὀς δ' ὅτ' ἀνὰ ξυλόχους ὄφρων ὄδδον ἐξερσεύων
Βριθύκερως ἔλαφος ῥιηλάτορ Ἰχρὸς ἀνευρε,
Χεῖρ δ' εἰσαρπίανε, καὶ ἔρπετόν εἰρυσεν ἔξω,
Δάπτει δ' ἔμμενέως. Ὁ δ' ἐλλίσσεται ἀμφὶ τὴν
Δειρήν τε, στέρρον τε. Τὰ δ' ἡμίθρωτα κέχνηται
'Αψα· πολλὰ δ' ὀδόντες ὑπὸ στόμα θαιρεύου-
[σιν.*

Et Nicander in *Theriacis* :

*"Ἡ ὅποτε σκαρμῆμος ἐλάφωρ ἐχεῖσιν ἀλύξας
Ἄνδρὸς ἐνισκήψη χολέων θυμοφόδρον ἴν.
Ἐξοχα γὰρ δολιχοῖσι κινωπηστῆσι κοτέουσι
Νεβροτόκοι καὶ Ἰρκες. Ἀριχνεύουσι δὲ πάντα
Τρόχμαλά ὁ αἰμασιὰς τε, καὶ εἰλουὺς ἔρποντες
Σμερδαλέη μυκτῆρος ἐπισπέρχοντες ἀντμῆ.*

Theophrastus, lib. iv *De causis plant.*, cap. 10 : Οὐ
πᾶσι ταῦτα πρόσφορα κατὰ τὰς τροφὰς, ἀλλ' ἐκάστοις
κατὰ τὰς ἰδίας φύσεις· ὅπερ ἐν πολλοῖς μὲν φανε-
ρὸν, ἐκ πλείστης δ' ἀποφάσεως, ὡς εἰπεῖν, τῶν γε
γνωρίμων τὰ περὶ τοὺς ἐλάφους δῆλα· αἱ τοὺς θφεις
ἐσθίουσιν, ὑφ' ὧν τὰ ἄλλα θνήσκουσι πολὺ μείζω
καὶ ἰσχυρότερα τὴν φύσιν ὄντα. Lucretius, lib. vi,
qui verborum Theophrasti initium sic interpretatus
est :

*Et magis esse aliis alias animantibus aptas
Res ad vitæ rationem.*

Ælianus narrat hoc idem *De hist. anim.* lib. viii,
cap. 6, et libr. ii, cap. 9 ; Basilius Magnus in expo-
sitione psalm. xxviii ; Plinius libr. viii, capit. 32,
*Et iis est cum serpente pugna, vestigant cavernas,
nariumque spiritu extrahunt, remittentes ;* Nicander in
Theriacis ; Martialis epigram. lib. xii :

*Cervinus gelidum sorbet sic halitus anguem,
Casuras alle sic rapit irris aquas.*

PATROL. GR. XViii.

At Eustathius ἠὲν anhelitu sed attritu cornuum ad
petram eorumque ἀναθυμιάσει id facere cervum
scribit. Ideoque Plutarebus recte existimavit dictam
a Græcis ἔλαφον, non a cursu sed serpentes attra-
hendi facilitate : Οὐ παρὰ τὴν ἐλαφρότητα, ἀλλὰ
παρὰ τὴν ἔλξιν τοῦ θφews. Et Athanasius in quæ-
stionibus eandem etymologiam servat. Ita Epiphani-
us, in *Physiologo*, cap. 5 : Διὰ τοῦτο ἔλαφος ὀνο-
μάζεται, διὰ τὸ ἐλεῖν τοὺς θφεις ἐκ τοῦ βάθους. Sic
etiam in enarranda hac historia auctores non con-
veniunt. Eustathius namque prius cervum aquam
haurire, deinde serpentem de latebris ducere. Alii
eo pasto aquam expetere ; qua si se infra scriptum
spatium non explerit, emori.

Col. 741, lin. 4. *Et δὲ καὶ τῶν κεράτων.* Plinius,
lib. x, capit. 70 : *Cornu cervini odore serpentes su-
gantur, sed maxime styracis.* Et lib. xxviii, cap. 9 :
*Exitio serpentibus esse cervos nemo ignorat, ut si
quæ sunt extractas cavernis mandentes. Nec vero
ipsi spirantesque tantum adversantur, sed membra-
tim quoque fugari eas nidore cornus, si uratur, di-
ctum est : at e summo guttore ustis ossibus congre-
gari dicuntur,* etc. Et lib. viii, cap. 32 : *Ideo sin-
gulare abigendis serpentibus odor, adusto cervino
cornu.* Ea est hujus animantis in serpentes ἀντι-
πάθεια, ut et mortuum illis, et membratim sit exi-
tiosum. Ælianus, *De histor. anim.*, lib. ix, cap.
20 : Τὸ τοῦ ἐλάφου κέρασ θυμώμενον, ἔτι τοὺς
θφεις διώκει δῆλόν ἐστιν. Et lib. ii, cap. 9 : Ἡθῆ
μέντοι καὶ κέρασ ἐλάφου τις ξέσας, εἶτα τὸ ξέσμα εἰς
πῦρ ἐνέβαλε, καὶ ὁ καπνὸς ἀνίων διώκει τοὺς θφεις
πανταχόθεν μηδὲ τὴν ὄσμὴν ὑπομένοντας. Scholiastes
Apollonii lib. ii *Argonaut.*, scribit : *Cervinum cornu
adustum serpentes fugat, quemadmodum fumus
apes.* Theophrastus fragmento *Περὶ τῶν λεγομέ-
νων ζῶων φθορῶν.* Nicander in *Alexipharmacis.*
Orpheus in suo de lapidibus poemate, cervum,
cervi dotes, medicasque vires diligenter prosecutus
est.

Ibid., lin. 6. *Ἐπειδὴν δὲ ἀποβάλλη.* Cervorum
cornua quotannis abjici, et iterum germinare satis
notum in historia. Horus, Aristoteles, Plinius,
Ælianus et alii. Hujus causa ex Democrito habetur
apud Ælianum, lib. xii, cap. 18 : *Αἰτίαν δὲ αὐτῶς,
Democritus scilicet, λέγει τῆς τῶν κεράτων τοῖς
ἐλάφοις ἀναφύσεως ἐκείνην εἶναι.* Vide. Delapsa in
locis abditis et inaccessis terra obruunt. Aristot.,
De hist. anim., lib. ix, cap. 5 : *Cornua etiam locis
difficillimis amittit, et qua inventri nequeant, unde
illud proverbium ortum, Qua cervi amittunt cornua.*
Plinius, lib. viii, cap. 32 : *Cornua mares habent,
solique animalium omnibus annis stato veris tempore
amittunt. Ideo sub ipsa die quam maxime invia pe-
tunt.* Oppianus *Κυνηγ.* ii :

*"Ἐξοχα δ' ἐν θήρεσσιν ἐπ' ἀγλαῆ κομόσωιν.
Ἄρσενες εὐκέραοι, πολυδαίδαλον ἔρπος ἔχοντες,
Ἢ γὰρ ἐθυσχιδέων κερῶν ὤρησι κερσόντων
Βόθρον μὲν κατὰ γαίαν ὀρυξάμενοι κατέβαψαν,
Ὅφρα κὲ μήτις ἔλθωιν ἐπ' ἀβλακὸς ἀντιβολήσας.
An autem cervis feminis cornua sint infra dicitur.*

Ibid., lin. 9. Ὡς ἀποβαλοῦσθαι πρὸς. Amissis enim cornibus solitudinem petunt et loca inaccessa; quare id agant varii varie tradiderunt. Oppianus Κυνηγ. II ad pudorem refert :

Κεύθονται δ' αὐτοὶ πνύμασι λασίωσι τε θάμνοις
Αἰδόμενοι θήρῃσι καρῆατα τοῦ φανῆραι
Γυμνά, τὰ τοὶ προπάροιθε μετήγορον ἀείροτο.

Aristoteles tamen cum aliis eandem quam hic noster auctor causam affert, nimum quia muscarum morsum metuunt, quæ radices cornuum teneras facile perforarent, cum summo eorum dolore. Item quia non habeant, quo se ab aliis feris propugnando defendant, *De hist. anim.*, lib. IX, cap. 5 : *Quasi enim sua amiserit arma, cavet ne inermis reperiat.* Et inferius : *Amitunt singulis annis cornua mense Aprilis : quæ cum amiserint, occultant se interdium, ut superius dixi, idque operis faciunt locis, ut muscarum lædio vacent.* Et lib. *Περὶ θανυσίω ἀκουσμάτων*, de cervis Achaicis : Φασὶ τινες ἐν Ἀχαΐᾳ τῶν ἐλάφων, ὅταν ἀποβάλωσι τὰ κέρατα, εἰς τοῦτους τοὺς τόπους ἔρχεσθαι, ὥστε μὴ ῥαδίως εὐρεθῆναι. Τοῦτο δὲ ποιεῖν διὰ τὸ μὴ ἔχειν, ἢ ἀμύνονται, καὶ διὰ τὸ πονεῖν τοὺς τόπους, ὅθεν τὰ κέρατα ἀπέβαλον. Et Theophylactus Simocatus in *Quæst. natural.* 5 : Οἶδεν ἡ Ἐλαφος, ἀποχειραμένη τὰ κέρατα, ἀθενεσθέραν τὴν φύσιν ἀμύνεσθαι τοὺς λυπήσαντας. Ὀδοῦν ἀποκρύπτεται οἷα στρατιώτης τις ἀοπλος Ἰσδιῶς παρατάττεσθαι. Καὶ πῆρῳ που ἀπόμαχος εἶναι βουλόμενος, πρὸς ἐπὶ τούτοις ἀλγεῖ τὸ ζῶον τὴν κάρα δεϊνότερα. Plinius, lib. VIII, cap. 32 : *Latent amissis velut inermes. Sed et hi bono suo invidentes.* Ælianus, lib. VI *De histor. anim.*, cap. 5, eadem refert. Multi etiam causam quare cervi cornua latenter dimittant, vel terram fodientes occultent, investigarunt. Plinius ad invidiam retulit ; cui consentit Ælianus, lib. III, cap. 17 : Οἶδε δὲ καὶ Ἐλαφος τὸ δεξιὸν κέρασ ἔχων εἰς πολλὰ ἀγαθὸν, καὶ μέντοι κατορύττει αὐτὸ καὶ ἀποκρύπτει φθόνῳ, τοῦ μὴ τοσοῦτον (ita enim corrigo) τινὰ ἀπολαῦσαι. Theophrastus *Περὶ τῶν λεγομένων ζῶων φθορεῖν*, aperte id negat non tantum in cervis, sed et in aliis animalibus, quæ res aliis utiles vel abscondunt vel corumpunt. Tantum enim ait hoc existimatione hominum falsa accusari. Ea namque naturali quodam instinctu, sive etiam aliquando timore id agere, quorum tamen rationem nos nequimus reddere.

Ibid., lin. 13. Καὶ ρυκτός νέμεται. Ælianus, lib. VI, cap. 5 : Λέγονται δὲ καὶ φυλάττεσθαι, μήποτε ἔρα νεαρῶς οὖσιν αὐτῶν τοῖς ἔλασι, εἴτα προσπίπτουσα ἡ ἀκτίς πρὶν ἢ παγγῆναι, καὶ τοὺς καλουμένους χόνδρους λαβεῖν. Ἦδε τὴν σάρκα ὑποσήφη. Aristoteles, lib. IX *De hist. anim.*, cap. 5 : *Pascuntur per id tempus noctu donec recipiant cornua, quæ primum quasi cute vestita et hirtiuscula emittunt ; sed cum creverint soli exponunt, ut excoquantur et siccent.*

Ibid., lin. 15. Βουλομένη δὲ δοκιμάσαι. Aristoteles ibidem : Ὅταν δὲ μηκέτι πονῶσι πρὸς τὰ δένδρα κνώμενοι : αὐτὰ, τότε ἐκλείπεται τοὺς τόπους τοῦτους

A διὰ τὸ θαρρῆν ὡς ἔγοντες ἢ ἀμύνονται. Quæ ita Latine expressit Plinius : *Erumpunt autem renascentibus tuberibus primo aridæ cutis similia. Eadem teneris increscunt ferulis arundineas in particulas molli plumata lanugine. Quandiu carent iis, nocibus procedunt ad pabula, increscentia solis vapore durant, ad arbores subinde experientes, ubi placuit robur in aperta prodeunt.* Sed nefas est hic omittere in subjecta materia verbum Aristotelis, quod magnis viris negotium facessisse, ex eorum interpretationibus manifestum est. Ait Aristoteles : Ἦδη δὲ εἰληπται ἀχαΐτης Ἐλαφος ἐπὶ τῶν κεράτων ἔχον κίττον πῶν πεφυκῶτα χλωρῶν, ὡς ἀπαλῶν δυτῶν τῶν κεράτων ἐμφύοντα, ὡσπερ ἐν ξύλῳ χλωρῶ. Theodorus Gaza ita vertit : *Captus jam cervus est, hederam suis enatam cornibus gerens viridem,* etc. Et Plinius hoc idem vertens : *Captique jam sunt hederæ in cornibus viridante ex attritu arborum ut in aliquo ligno teneris, dum experiuntur innata.* Sat bene omnia, quidni? Mentem Aristotelis habeo, plana videntur esse omnia. Verum quid sit ἀχαΐτης illud cervo additum nondum video. Quod cum posuisset Aristoteles, interpretes sine inscitæ nota omittere minime debuerunt. Sed modestissimis hinc viris aliquid condonandum est. Quid oculatissimus Julius Scaliger, quem nihil præterit, et in quo, si concedas errores et lapsus, de ejus etiam divinitate tollere necesse est, nec dedignabitur etiam ipse quandoque semet hominem esse fateri. Scaliger itaque Aristotelem ita vertit : *Jam vero captus cervus est gerens in cornibus enatam hederam multam viridem, quasi quæ cum tenella essent, innata fuerit tanquam in arbore viridi.* Ne hilo quidem melius. Adhuc nomen ἀχαΐτης nescio qua ratione explosum. Quæ nescias prætermittere. Sed videamus, quid innuerit Aristoteles. Diu in ea fui sententia, loco illius restituendum esse Ἀχαϊκός, *Achaicus*, ex Achaia regione, nisi id idem retinendum esset nova quadam formatione Ἀχαΐτης, ex Achaia, Aristotelemque locutum de cervo capto videlicet in Achaia. Confrimabat meam sententiam idem Aristoteles, qui libello *Περὶ θανυσίω ἀκουσμάτων* in Achaia dicit cervos, amissis cornibus, solitudines petere. Φασὶ δὲ τινες ἐν Ἀχαΐᾳ τῶν ἐλάφων, quem locum superius exscripsimus, ibi enim subdit : Πολλὰς δὲ κισσὸν ἐπιπεφυκῶτα ἐν τῷ τῶν κεράτων τόπῳ ὄρασθαι. Hæc tamen nec dubio, nec hominum expectationi videbantur satis, cum adhuc esset incertum an de cervis Achaicis loqueretur, quorum nulla facta mentione, sed alio ducto principio dicit : Πολλὰς δὲ κισσὸν ἐπιπεφυκῶτα. Sed re melius inspecta considerataque, ita locum Aristotelis restituo : Ἦδη δὲ εἰληπται ἀχαΐνη Ἐλαφος, vel ἀχαΐνης, quod et melius. Libet enim cervum hunc ita appellare, quod Etymologo referente circa Achaïnam urbem, sive etiam regionem, sint genera cervorum magnorum, ideoque cervos ita vocatos : Ἀχαϊνέα ἢ Ἐλαφος, Ἀπολλώνιος... ἦν τ' ἀργῶται ἀχαϊνέτην καλέουσιν ἀπὸ Ἀχαϊνέας πόλεως, ἐν ἣ εἶδη εἰσὶν ἐλά-

φων μεγάλων. Et Aristoteles, lib. II *De histor. animal.*, cap. 15, Ἀχαιῖνας appellavit. Τῶν δὲ ἐλάφων αἱ ἀχαιῖναι καλούμεναι δοκοῦσιν ἔχειν ἐν τῇ κέρκῃ χολήν, quos Scaliger in IX vult vocatas ἀχαιῖνας. Quam recte aliorum esto iudicium. Ex Aristotele Antigonus Carystius in *Mirab.*: Τῶν δὲ ἐλάφων τοὺς ἀχαιῖνους καλουμένους δοκεῖν ἐν τῇ κέρκῃ τὴν χολήν ἔχειν. Dubium tamen omne solvit idem Antigonus, verba exscribens Aristotelis: Ἡδὴ δὲ διεληφθαι ἀχαιῖνην ἔλαφον κίττον ἔχουσαν ἐπὶ τῶν κεράτων, ὡς ἂν ἐνούργων ὄντων. Quare scribendum existimo, ἦδη δὲ ἐληπται ἀχαιῖνης ἔλαφος, et reddendum, *Jam vero captus est achæines cervus.*

Ibid., lin. 19. Πρὸς δὲ τὰ δῆγματα. Aristoteles eodem loco: *Cervi mors vel a phalangi vel a quovis generis ejusdem, cancos edunt. Quod idem etiam homini prodesse putatur; sed non caret fastidio.* Plutarchus, I. *Πότερα τῶν ζῴων*, Nicander in *The-riaciis*, Oppianus *Κυνηγ.* II:

Αὐτὰρ δ, γινώσκων θεοθεν τόπερ ἔλλαχε δῶρον,
Πάντη μαστεύει δροφερὸν ποταμοῖο βέθερον.
Κεῖθεν καρκινάδας δὲ φίλαις γέννεσσι δαμάσσας
Φάρμακον αὐτοδίδακτον ἔχει πολυπήμονος ἀτης.

Adnotanda videntur nonnulla de cervis, in quibus auctores dissident. Aristoteles lib. VIII *Histor. anim.*, cap. 28; Strabo, Plinius, Seneca, Lucanus, Antigonus, Herodotus Melpomene uno ore fatentur in Libya neque cervum neque aprum ullum esse. Oppianus Africæ tribuit, lib. II *Κυνηγ.* Commune id habuit cum Virgilio, qui lib. I et IV, *Æneam* in littorè Africæ cervos agitantes, et confligentes facit, et cum Philostrato Albericus gentilis, lib. *Virgil. lect.*, c. 8, existimat Virgilium cum cervos in Africa posuit, secutum esse Timæum historicum, ejus haud mediocris auctoritas est. Et Brodæus tradit, lib. *Miscellan.* VIII, cap. 13, Italos a se Galiosque qui fuissent in Africa barbarorum captivi, ea de re interrogatos esse, ac respondisse, in Africa cervos se vidisse permultos. Quidam etiam ex venatoribus ita Virgilium defendere visi sunt; nempe illum locutum fuisse per anticipationem, figuram poetis familiarem. Dicunt enim, eorum qui id negarunt ævo cervos nullos in Africa fuisse, Virgilii autem ætate jam aliunde advectos exstitisse, adeoque poetam ea uti voluisse figura, quæ Græce dicitur πρόληψις. Quod probabiliter dici videbitur Carpathios lepores, necnon et Siculos considerantibus, qui cum non essent importati, ad fastidium usque et noxam increverunt. Levis tamen est illa vindictio si verum fateri volumus. Cum Plinius, Seneca, Strabo, Lucanus, Antigonus, Virgiliano ævo pares, ut ita dicam, vel inferiores, id non animadvertent, qui omnes oscitantæ, ut unus Virgilius iudicetur, redarguendi sunt. Alia igitur vindictio petenda, Aristotel. lib. II, cap. 15, negat fel in cervo et dama, sicut et aliis quibusdam animalibus, et subdit: *Cervis Achæinis cognomine contineri in cauda creditur; et lib. IV, De part. animal., capit. 2, Quædam felle omnino carent, ut equus, mulus, asi-*

nus, cervus, dama, et paulo post: Quamobrem pulchre a veteribus dicitur illis, qui causum cur diutius vivatur, fellis vacuitatem esse aiunt, argumento ex solipedum cervorumque genere deducto: hæc enim et felle vacant, et diu vivunt. Plinius lib. XI, cap. 37, quod de Achæino solo Aristoteles: ipse de omnibus tradit: *Sunt qui equo non quidem in jecore esse, sed in alvo putent, et cervo in cauda aut intestinis.* Plinius ibidem, intestina cervorum tantam habere tradit amaritudinem, ut a canibus non attingantur. Aristoteles, *De hist. anim.* lib. II, cap. 15, ea scribit, a canibus non attingi, nisi cervus præpinguis sit. Falsum id esse experientia, et venatores docent, qui capto cervo in morem habent ejus visceribus, intestinis, et sanguine canes cibare.

B Aristoteles, *De hist. anim.* lib. IV, cap. ultimo, *Generis cervini femina cornuum inops, mutilaque est, et De part. anim.* lib. III, cap. 1, *Quapropter in cervorum genere, cum maribus cornua sint, feminis desunt; et hujus in eodem capite rationem subdit.* Pollux *Onomast.* lib. V, τῶν ἐλάφων ἕκπερος ἡ θείλεια· ὁ δ' ἄρρην κεραφόρος, ἢ κεράστης. Alii feminis cornua tribuerunt: Pindarus *Olymp. 3*, χρυσόκερων ἔλαφον θήλειαν. Callimachus hymn. in *Dianam* cum de cervis feminis loqueretur, κεράτων δ' ἀπελάμπετο χρυσός. Ubi Scholiastes hoc tanquam novum nolat, σημειῶσαι, inquit, ὅτι τὰς θηλαίας ἐλάφους κερατοφόρους εἶπε. Quid hic adnotare in tanta rerum inscitia? Solemne hoc fuit poetis contrariæ sententiæ assertoribus, quorum nonnullos aggregavit Ælianus, *De hist. anim.* lib. VII, cap. 39, Sophoclem scilicet in *Aloadis*; Euripidem in *Iphigenia* et *Temenidis*; Pindarum, Anacreontem; et Julius Scaliger, lib. III, *Poet.*, cap. 4, scribit sua ætate in Gallia captam fuisse cervam cornigeram et ejus etiam caput servari. Joannes Langius, *Epistol. medicinal.*, ep. 70, lib. I, referente Henrico Salmuthio, commentario in *Guidonis Pancirolis nova reperit.* tit. 10, de horologiis, scribunt in utero cervi cornigeri, quam Ottho Henricus, comes Palatinus prope Odewangh ceperat, repertum fuisse, dum evisceraretur hinnulum membranulis circumseptum, et quidem cervos quosdam sexus naturam variare, inde colligit, quod observatum sit cervas quandoque cornua, quæ virilia cervorum arma sunt, gestare. Quali marchio quidam Badensis capta ejus cornua regi Gallorum dono miserat, quæ Ambasi in regio horto prope januam interiori parieti affixa, subscriptis in tabella testibus, qui venationi interfuerant, etiamnum cerni. Quare Salmuthius colligit ex illa cornuum gestatione sexus mutationem satis non probari. Aristoteles, lib. IX, capit. ultimo, ait, cervis, si quidem nondum cornuti evirentur, non crescere cornua; sin autem jam cornuti exsecentur, manere illa semper ejusdem magnitudinis. *Cervi si cum per ætatem nondum cornua gerunt, castrantur, non edunt cornua: sed si cornigeri exciduntur non decidunt cornua, et magnitudine eadem servantur.* Plinius, *Non decidunt castratis cornua,*

nec nascuntur. Idem sentiunt Solinus et Porphyrius *Peri ἀπορίας ἐμφύγων*. Oppianus tamen *Κυνηγ.* II, contrarium cecinit :

Κεύθουσι λαγόνεσσι δ' ὅπ' αὐτὴν ἐνδοθι ρηδὸν
Ἀμφιδύμονος ὀλοῦς, τοὺς εἰ καὶ τις ἀμήσειεν,
Αὐτίκα θήλων ἔθηκε, πρόπαν δ' ἀπέρευσε καρή-
[ρω]
Ἵξόκομον κερῶν πολυδαίδαλον αἰόλον ἔργος.

Ibid., lin. 21. Ἡ δὲ αἰξ ἡ ἀργία. Aristoteles *Peri θαυμασίων ἀκουσμάτων* et lib. *De hist. anim.*, IX, cap. 6; Antigonus, Plinius, lib. XXV, cap. 8: *Dictamnum ostendere, ut indicavimus vulneratæ pastæ, statim decidentibus telis*. Theophrast. *De hist. plant.* lib. IX, cap. 16, Ἀληθές δὲ φασιν εἶναι καὶ τὸ περὶ τῶν βελῶν, ὅτι φαγούσας, ὅταν τοξευθῶσιν, ἐκβάλλειν. Virgilius, lib. XII *Æneid.*

Ibid., lin. 22. *Τὸ καλούμερον δίκταμον*. Δίκτον vocavit Nicander. Cretæ proprium est, nec alibi nascitur, et ibi non spatiose. Ad plura conducere tradit Theophrastus *De hist. plant.* lib. XXV, cap. 8, ejusque tres species inter se distinctas facit. Ex quo sua habuit Plinius; Theophrastus enim, Ἐρωγται δὲ τοῖς φύλλοις, οὐ τοῖς κλωσίν, οὐδὲ τῷ καρπῷ, id est, usus foliorum, non ramorum, nec fructus est. Plinius ita, *Foliis tantum utuntur. Flos nullus ei, aut semen, aut caulis*. Si dictamo non est neque caulis, neque semen, ergo vel inviti foliis uti debent. At utique et floret, et fructum affert ex hoc Theophrasti loco, et Dioscoridis tentata lectione, οὔτε ἄνθος, οὔτε καρπὸς συμφέρει, et Virgillii lib. XII *Æneid.*, vers. 412 :

*Dictamnium genitrix Cretæa carpit ab Ida
Purpureibus caulem foliis, et flore comantem
Purpureo, non illa feris incognita capris
Gramina, cum tergo volucres hæseret sagittæ.*

Ergo est et caulis, et flos, et semen, Plini, ἀλλ' οὐ συμφέρει, et ideo *Foliis tantum utuntur*, ut optime verteras.

Ibid., lin. 24. *Αἱ δὲ παρδάλις*. Superius eorum opiniones retulimus, qui unum et idem animal putarunt esse pardalim, et pantheram et quam ratione distinguant. In qua re sane facilius est quod alii dixerunt pugnare, quam quid certi in medium afferre, quod alii non impugnent. Etenim si Plinii, Theophrasti et Aristotelis vestigiis insistendum est, ejusdem generis animalia esse non inficiabimur. Theophrastus enim, *De causis plantar.* lib. VI, cap. 26, nullum animal ait esse odoratum, nisi quis dixerit pardalim animantibus bene olere. Ζῶον δὲ οὐδὲν, εἰ μὴ τὴν πάρδαλιν φασί, καθάπερ ἐλέχθη τοῖς θηρίοις. Aristot. *Problem.* sect. 13, 4, nullum animal suaviter olere excepta pardali quæ et ipsa nonnisi bestiis ita olere affirmat. Plinius etiam illa confundit lib. VIII, cap. 17, *Nunc parias et pardos, qui mares sunt, appellant in eo omni genere, creberimo in Asia Syriaque. Quidam ab iis pantheras candore solo discernunt: nec adhuc aliam differentiam invent.* Sed diversa esse hæc animalium genera docet hic noster, qui tanquam de duobus diversissimis sermonem instituit: etsi in quibusdam vi-

A deantur convenire. Sic etiam Xenophon in *Κυνηγ.* τικῶ, et Oppianus *Κυνηγ.* II, qui de his separatim agunt. Oppianus enim loco d. ad Musam suum convertens sermonem, ait se diu nolle morari circa parva, sed missas facere bestias imbelles, et infelices, uti pantheras, mustelas, glires; et postea lib. III, peracto sermone de leonibus, pardalium genus, uti et robore, et pulchritudine, et genere nobile subdit. Satis liquet ergo Oppianum aliud et aliud esse pardalim et pantheram existimasse, et horum duplex statuit genus. Quædam enim aspectu majores, et dorso ampliores sunt, aliæ minores, sed pari robore, simili forma, non inæqualibus maculis, nec corporis lineamentis, si caudam detraxeris, quæ minoribus major, et minor majoribus est.

*Παρδάλις δ' ὀλοαί, δίδυμον γένος, αἱ μὲν βασιρ
Μεῖζονές εἰσι δέειν, καὶ πάσσονες εἶρεα γῶτα.
Αἱ δ' ἔτ' ὀλιγότεραι μὲν, ἀτὰρ μένος οὐτι γε-
[ρεῖν].*

*Εἶθε δ' ἀμφοτέροισιν ὀμοῖα δαιδάλλονται,
Νόσφι μόνης οὐρῆς, τῆ τ' ἔμπαλιν εἰσοράται.
Μεῖοσι μὲν μείζων τελέθει, μεγίστησι δὲ μείων.*

Ibid. *Σαφῶς γὰρ εἰδυῖαι*. Cætera animalia pardalium odore, veluti illecebra trahi retulit Ælianus, lib. V *De hist. animal.*, cap. 40: *Εὐωδίας τινὸς θαυμαστῆς τὴν πάρδαλιν μετεπιληχέαι φησὶν ἡμῖν μὲν ἀπορρήτου· αὐτὴ δὲ οἶδε τὸ πλεονέκτημα τὸ εἰκοῖον, καὶ μέντοι καὶ τὰ ἄλλα ζῶα συνεπίσταται τοῦτο τῆ παρδάλει, καὶ ἀλίσκεται τοῦτον τὸν τρόπον. Ἐκείνη ἡ πάρδαλις, τροφῆς δεομένη, ἑαυτὴν ὑπαποκρύπτει ἢ λόχη πολλῇ ἢ φυλλάδι βαθεῖα, καὶ ἐντυχεῖν ἐστὶν ἀφανῆς, μόνον δὲ ἀναπνεῖ. Οὐκοῦν οἱ νεβροὶ, καὶ δορκάδες καὶ αἶγες αἱ ἀγριαί, καὶ τὰ τοιαῦτα τῶν ζῶων, ὡς ὑπὸ τινος λυγροῦ τῆς εὐωδίας ἔλκεται καὶ γίνεται πλησίον· ἡ δὲ ἐκπηδᾷ, καὶ ἔχει τὸ θήραμα.* Consule Plutarchum *De animalium solertia*; Aristotelem, *De histor. animal.* lib. IX, cap. 6; Theophrastum, *De causis plant.* lib. VI, cap. 5, qui talis odoris causam reddere conantur. Aristoteles graveolentiam ad cruditatem quamdam refert excrementi, quæ et vivis causa fœdi halitus est, et mortuis cum putrescit: et ideo pingue, os, pilus fœdum nunquam reddunt odorem, quia pingue concoctum est, ossa et pili humore vacant. Genus autem plantarum nullum intra se contrahit excrementum, et si quid inesset, calida siccaque natura illud expeditius concoquit, et ideo humor eorum non est fæculentus; idque confirmatur plagis terræ, quæ ut ferventiores, sic odoratiores sunt. Theophrastus in quibusdam convenit cum Aristotele, in quibusdam dissentit, ad quæ, ne diutius evagemur, remittimus lectorem. Neuter tamen ad primam quæstionem respondit, nec nodum dissolvit difficultatis. Nec enim dum de pardali, quam solam inter animalia odoratam esse concedebant, agebatur, satis erat causam propter quam arbores et plantæ odoratæ sunt, animalia non item assignare. Sed illud erat explicandum, quam ratione inter cætera animantia sola pardalis bene olet, et hujus animantis odo-

rati, et aliorum non odoratorum discrimen. Tunc enim optime quæstioni responderetur, Διὰ τῶν μὲν ζώων οὐδὲν εὐωδὲς ἐστὶν ἔξω τῆς παρδάλης, αὕτη δὲ καὶ αὐτοῖς τοῖς θηρίοις; etsi Theophrastus etiam in aliis et non in sola pardali odorem concedat. Tunc erat ulterius ab ipso explicandum, quare ergo ab animalibus odor hic non sentitur in aliis nisi in sola pardali? Verum dum Theophrastus et Aristoteles tanti viri proposita quæstione, alio se convertunt, et subterfugiunt, quis ita audax se id assequi confidet? Potest Deus multa moliri, et varia conficere, quæ intellectus humanus non capiet. Multa sibi Deus solli, eorumque cognitionem reservavit. In paucis, in minimis, in οὐτιδανοῖς felix, et ejus ope ita superbis et insolescis; si in secretioribus potior esses, quid faceres? Cave tuo ingenio, tuis viribus metiare Deum; nimis angustus es, o homuncio.

Ibid., lin. 29. Ὁ δὲ πάνθηρ φλλορ. De panthera similia habet Petrus Damianus, lib. 11, epist. 18; Plinius, lib. viii, cap. 17, *Panthera et tigris macularum varietate prope solæ bestiarum spectantur, cæteris unus, ac suus cujusque generis color est.* Inde tigrinæ et pantherinæ mensæ, et βάλιος πανθήρων δισκην.

Ibid., lin. 31. Καὶ ἕως μὲν οὐ χρή. Oppianus, lib. 11 *Κυρηγ.*, pantherarum et aliorum animalium somnum et inertiam cecinit, quem vide.

Ibid., lin. 35. Δι' ἧς τὰ ἄλλα. Quæ superius de pardali, ejus odore et solertia explicavimus, multi pantheræ ascribunt, vel eo solum quod animalia diversissima confundunt et miscent, ideo lectorem ad illa remittimus, ne iterum eadem repetendo molesti simus. Hic possemus etiam dubitare, quam ratione animalia odore pantherarum alliciantur, ut a multis auctoribus traditum est, cum Theophrastus, *De causis plantar.* lib. v, cap. 5, dicat, inter bruta omnino vel nullum, vel certe rarum modum esse quod odorem persequatur, neque gratia odoris sentire, neque dijudicare, quandoquidem, etsi quædam sentirent, eorum tamen naturæ adversari, et de insectorum genere dicitur, qui oleo infestantur, fugiunt enim vehementer ejus odorem, paucis hunc nodum expediam; haud constare hominibus, an odorem sentiant, ejusque gratia rem odoratam persequantur, an appetitus tantum feratur ad ipsum pabulum, ejusque causa sit. Et quamvis animantia olfactum ipsis hominibus obtineant exquisitiorem, non tamen certum est vel odorem sentire, vel ejus gratia duci.

Ibid., lin. 41. Ὁ δὲ ἐλέφας ἔγκνυμ. Plautus in *Sticho*:

*Audivi sæpe vulgo a multis dicier,
Solere elephantum gravidam perpetuos decem
Esse annos: ejus e semine hæc certo est fames.*

Ælianus, De hist. anim. l. 14, cap. 31: Κύειν δὲ πυνθάνομαι δύο ἐτῶν τὸν ἐλέφαντα. Οἱ δὲ οὐ τοσοῦτον χρόνον, ἀλλὰ ὀκτωκαίδεκα μηνῶν ὁμολογοῦσιν. Aristoteles, ex aliorum sententia, *De histor.*

animal. lib. vi, cap. 27: *Ferendi uteri tempus alii annum et sex menses, alii triennium statuunt; et hujus differentiæ et incertitudinis causam addit, quod non pateat coitus. Et lib. v, cap. 14: Uterum biennio gerit: parit singulos: uniparum namque est, et libr. iv De generat. animal., cap. ultimo, idem affirmat, et causam dat, exsuperantiam magnitudinis. Plinius, libr. viii, cap. 10, utrumque refert: Decem annis gestare in utero vulgus existimat, Aristoteles biennio, nec amplius quam semel gignere, pluresve quam singulos. Hoc tamen videlicet singulos et semel parere, non posse ex Aristotele Plinium profliteri Scaliger, exercit. 205, de subtilitate, ad Cardanum, asserit. Nec additum a librariis insinuat ex Solino, qui more suo ad verbum hoc idem fidelis reposuerat, et ratione id esse falsum palam ostendit: Nam si binis parentibus una succedit soboles, necesse est ad nihilum tandem. Non solum vero plus semel parit, verum et plures singulis, uti dicebamus. Dicebat enim superius, Neque singulos modo parere, quippe et ternos, et quaternos, tot enim comitari risæ sunt. Hæc ultima Scaligeri verba in doctrina Peripatetica non satis tuta esse videntur. Elephantos scilicet uno et eodem partu plures gignere; etsi non me fugit *Ælianus*, lib. viii, cap. 27, id quodammodo insinuasse, tamen ex aliorum sententia id scripsisse ipsis verbis clarissimum est. Τίκτεται ἐλέφας κατὰ τὴν κεφαλὴν ἐκπηδῶν. Τὸ δὲ μέγεθος ἐστὶ τοῦ τικτομένου κατὰ δέλφακα τὴν μεγίστην. Μιᾶ δὲ μητρὶ πλείω ἐλεφαντόσσια ἔπεται, φασίν. Et ratione validissima Scaligeri id affirmare saltem in elephanto Indico, vel iuvitus cogeretur, dum, lib. viii, cap. 17, ait, eos elephantos semel in vita coire. Ἄπαξ γοῦν ἐν τῷ βίῳ τῷ σφετέρῳ μνημονεύουσιν Ἀφροδίτης· ὅταν ἡ θήλεια ὑπομένη καὶ αὐτῆ. Εἶτα ἐμπλήσας ἕκαστος τὴν σύννομον, τὸ ἐντεῦθεν ἐπὶ τούτοις οὐκ εἶδεν αὐτὴν. Vel igitur genus hoc elephantorum plures singulis partibus generant, vel cum binis parentibus una succedet soboles, tandem ad nihilum esset deveniendum. Sed ulterius ita Plinius, lib. x, cap. 55, *Singulos gignunt, elephantii, cameli, equi; et inferius, Elephantii, ut diximus, pariunt singulos, magnitudine vituli trimestris.* Nec hæc sententia videtur ab Aristotele dissentire. Aristoteles namque, *De generat. animal.* lib. 17, cap. 4: Πρῶτα μὲν οὖν διὰ τὸ τὰ μὲν ἐστὶ πολυτόκα, τὰ δὲ μονοτόκα, τοῦτ' ἂν τις δόξειεν εὐλόγως θαυμάζειν. Τὰ γὰρ μέγιστα μονοτόκα τῶν ζώων ἐστὶν, ὄϊον ἐλέφας, κάμηλος, ἵππος, καὶ τὰ μώνυχα. Et quia probabilius id videbatur, majora animalia, cum plus seminis effere possent, plura etiam generare, cujus contrarium mirum est. Respondet huic argumento validissima ratione, maximeque idonea, magnitudinem scilicet eorum id facere ne multa pariant; cibus enim in iis absumentur in corporis incrementum; minoribus vero natura demendo de magnitudine, augere in excremento seminali exsuperantiam. Idque confirmat alia ratione, videlicet plus seminis*

genitalis esse, quod majoris est animalis, minus autem quod minoris necesse est. At multa effici parva in eodem possunt, multa magna effici difficile est; mediocribus vero magnitudinis melium a natura datum est. Quid igitur in doctrina Aristotelis clarius? quid certius? Elephantes propter sui corporis molem, ingentemque magnitudinem, plura eodem nixu parere, nec possunt, nec debent; si vim juraque naturæ violare non velimus. Contra hæc tamen ex ipso Aristotele, nescio quid dubium illa afferre possent: ait namque: Sunt alia unipara, alia paucipara, alia multipara, et magna ex parte unipara sunt, quæ solipeda; paucipara, quæ bisulca; multipara, quæ multilida, sed elephas sententia ipsiusmet Aristotelis multilidum est; et lib. II *De hist. anim.*, cap. 1, scribit, *Elephantum digitos numero quinque indivisos, leviterque discretos habere*, et lib. II *De part. anim.*, cap. 16, *Elephant non bisulcos, non solidos pedes habent, sed digitatos*. Necesse itaque est, eos non unum sed plures uno nixu parere. Nolo hic diutius immorari. Pete eorum solutionem ex ipsomet Aristotele loco d. *De gener. anim.* Magnitudo et moles corporis ad partum conducit, non pædum diversa genera, et nota verba illa, *Magna ex parte*; non enim sententia illa regulaque semper vera, etsi quandoque oppositum, vel Scaliger, vel alius nescio quis, vidit et observavit: habet tamen suum pondus et vim Aristotelica ratio, nec ideo falsam esse constituemus. Omnes enim semper dixerunt, mulierem uno partu, unum tantum parere; quis id negabit? vidimus nihilominus multoties, unam eodem partu plures filios genuisse, et alia animalia etsi solipeda sunt. Quid inde? quod in natura raro accidit, in uno, vel in quibusdam, non in omnibus et semper; affirmabimus. Gignuntur etiam quandoque monstra et ἀλλοειδῆ, non tamen id uti proprium ascribemus.

Ibid., lin. 43. *Όταν δ' ἐς βόθρον*. Plinius, lib. VIII, cap. 8, *Africa foveis capit, in quas deerrant aliquo protinus cæteri congerunt ramos, moles devolvunt, aggeres construunt, omnique vi conantur extrahere*. Alias capiendi domandique rationes vide apud eundem ibidem, et Strabonem, lib. XV. Nec invenustum est, nec ab ingenio elephantorum alienum, quod narrat Ælianus de his, lib. VIII *De hist. anim.*, cap. 15, dum fossas transilire non queunt. *Όταν υπερβῆναι τάφρον οἱ ἐλέφαντες μὴ δύνωνται, εἰς ὃ μέγιστος αὐτὸν ἐμβάλλει, καὶ πλάγιος ἴσταται, καὶ γεφυροῖ τὴ κενὸν, καὶ κατ' αὐτοῦ βαίνοντες εἰς τὸ ἀντιπέραν ἴασι, καὶ ἀποδιδράσκουσι πρότερον μέντοι ἐκείνον ἀνασώσαντες. Ό δὲ τῆς σωτηρίας τρόπος οὗτός ἐστιν. Ἀνωθὲν τις τὸν πόδα προτείνει, καὶ ἐκείνῳ παρέχει τὴν προβοσκίδα περιπλέξαι. Οἱ δὲ ἄλλοι φρυγὰνα ἐμβάλλουσιν ἐξ ὕλης ἕκαστα, ὧν ἐπιβαίνων εἰλημένους τοὺς πόδας, μάλᾳ ἐγκρατῶς τε καὶ εὐλαβῶς ἀνασπᾶται ῥῆστα.*

Ibid., lin. 47. *Ό δὲ δράκων ὁ κατὰ*. Plinius, lib. VIII, capit. 11, *Elephantis fert Africa, ultra Syr-*

ticas solitudines, et in Mauritania: ferunt Æthiopes et Troglodytæ, ut dictum est: sed maximos India, bellantesque cum iis perpetua discordia dracones tantæ magnitudinis, ut et ipsos circumflexu facili ambient, neque nodi præstringant. Commoritur ea dimicatio, victusque corruens complexum elidit pondere. De draconum et elephantorum nece et pugna elegantissime Philo *Περὶ ἀρθροσλας κόσμου*. Cujus verba hic non gravabor scribere: *Τὸ παραπλήσιον μέντοι καὶ τοὺς κατὰ τὴν Ἰνδικὴν δράκοντάς φασὶ πάσχειν. Ἀνέρποντας γὰρ ἐπὶ τὰ μέγιστα ζῶων ἐλέφαντας, περὶ τὰ νῦτα καὶ νηδὺν ἅπασαν εἰλεῖσθαι· φλέβα δ' ἦν ἂν τύχη διελόντας ἐμπνέειν τοῦ αἵματος, ἀπλήστως ἐπισπωμένους βίαιῳ πνεύματι καὶ συντόνῳ βολῆς. Μέχρι μὲν οὖν τινος ἐξαναλουμένης ἐκείνους ἀντέχειν ὑπ' ἀμηχανίας ἀνασκιρτῶντας, καὶ τῇ προνομίᾳ τὴν πλευρὰν τύπτοντας, ὡς καθιζομένους τῶν δρακόντων· εἶτα, αἰεὶ κενουμένου τοῦ ζωτικῆς, πηδᾶν μὲν μηκέτι δύνασθαι, κραδαινομένους δ' ἑστάναι. Μικρὸν δ' ὕστερον καὶ τῶν σκελῶν ἐξασθενησάντων, κατασεισθέντας ἀποψύχειν. Πιόντας δὲ τοὺς αἰτίους τοῦ θανάτου συναπολλύουσι τῷ πῦρι τοιῷδε. Μηκέτ' ἔχοντες τροφὴν οἱ δράκοντες, θν περιέθεσαν δεσμόν ἐπιχειροῦσιν ἐκλύειν, ἀπαλλαγῆναι ἤδη ποθοῦντες. Ὑπὸ δὲ τοῦ βάρους τῶν ἐλεφάντων θλιβόμενοι πιέζονται, καὶ πολὺ μᾶλλον ἐπειδὴν τύχη στέριφος, καὶ λιθῶδες ἔδαφος. Ὑλυσπώμενοι γὰρ καὶ πάντα ποιῶντες εἰς διάλυσιν ὑπὸ τῆς τοῦ πεισόντος βίας πεδθέντες ἑαυτοὺς πολυτρόπως ἐν ἀμηχανίᾳ καὶ ἀπόροις γυμνάσαντες ἐξασθενοῦσι, καθάπερ οἱ καταλευσθέντες, οἱ τείχους ἀλνιδιον ὑπενεχθέντος προκαταληφθέντες, οὐ δ' ὅσον ἀνακῦψαι δυνάμενοι πινυτῇ τελευτῶσιν. Aliam hujus pugnae rationem explicat Ælianus, lib. VI, cap. 21, quem vide. Attingam et hic nonnulla de elephanto more meo, breviter et succincte, in quibus gravissimi auctores non conveniunt. Plinius, lib. VIII, cap. 10, elephantos ait animalium maxime odisse inurem, ita ut pabulum in præsepio positum fastidiat, si a mure tactum compererit. Ælianus *De histor. animal.*, lib. VII, capit. 31, et lib. XVI, cap. 36, suem non murem odisse, scribit. Et Plutarchus, *Εἰκότως δὲ καὶ τῷ λέοντι πρὸς τὸν ἀλεκτρούνα, καὶ τῷ ἐλέφαντι πρὸς τὸν ὄν μῖσος ἰσχυρὸν γεγεννημένοι, καὶ τὸν φόβον*. Gregorius item*

D Pisides, *De mundi officio,*

*Καὶ τῶν ἐλεφάντων ἐκφοβοῦσι τὸ κράτος
Τὰ μικρὰ γρυλλίζοντά τῶν χοίρων βρέφη.*

Quidam Plinium deceptum fuisse affinitate vocum ὄς et μῦς asseverant. Cæterum Plinius, sub fine cap. 9, eisdem minimo suis stridori terreri dixit; Horus, lib. II, cap. 85 et 86, arietem et suem horrere; confirmat Ælianus, lib. I *De hist. anim.*, cap. 38. Sicque Romanos Pyrrhi Epirotarum regis elephantos in fugam vertisse, et victoriam retulisse, Ὀρβωδεὶ ὁ ἐλέφας κεράστην κριὸν, καὶ χοίρου βοήν. *Οὕτω τοῖνυν, φασί, καὶ Ῥωμαῖοι τοὺς σὺν Πύρρῳ τῷ Ἠπειρώτῃ ἐτρέψαντο ἐλέφαντας· καὶ ἡ νίκη σὺν τοῖς Ῥωμαῖοις λαμπρῶς ἐγένετο*. Idem Plinius, lib. VIII, cap. 5, *Pudore nunquam nisi in abdito coeunt, πᾶς*

quinquennis, femina decennis. Aristoteles, lib. vi **A** *De histor. anim.*, cap. 27, nonnisi vicesimo ætatis anno coire tradit. *Elephantus, tam mas quam femina, incipit coire anno ætatis vicesimo.* Mirum sane quanam ratione quidam in d. locum Plinii ex Aristotele adnotarunt, eum tradere, *elephantos non nisi post vicesimum annum coire, aut gignere.* Plinius de eorum appellatione in Italia, cap. 6, *Elephantos Italia primum vidit Pyrrhi regis bello, et boves Lucania appellavit, in Lucanis visos anno urbis quadringentesimo septuagesimo secundo.* Hinc et boves *Lucani* vocantur ab Isidoro, lib. ii, capit. 2; Varro, lib. vi, *De lingua Latina*, nec a Libya, nec a Lucania dictos putat, sed a luce, quod longe relucebant propter inauratos regios clypeos, quibus turres eorum ornatae fuerunt. Arma eorum, ut ex Plinio, cap. 3, habemus, Juba rex *cornua* appellavit. Varro quoque, lib. vi *De lingua Latina*, illa esse cornua putat, et Pausanias, lib. v, et Ælianus libr. xiv *De histor. anim.*, capit. v, et lib. iv, cap. 31; et Oppianus, libr. ii *Κυνηγ.*, reprehendit vulgarem opinionem de dente elephantis, et probat duobus argumentis, tum quod e capite oriatur, sive ex cranio, quod cornua proprium habent; tum quod se poliendum, secandum, fingendum, formandumque præbeat, quod nusquam dentes faciunt. Dentes tamen esse, et non cornua tuentur Herodotus; Aristoteles, lib. iii *De partib. animal.*, cap. 2, et libr. ii *Histor. animal.*, cap. 5; Dionysius Afer, *Περὶ ἡρώσει.* Plinius, libr. viii, cap. 3; Claudianus, lib. iii *De laudibus Stiliconis*; Horus, libr. ii, cap. 88. Hanc sententiam multum rationibus confirmat Philostratus, libr. ii *De Vita Apollonii.* Pausaniæ argumenta pro prima sententia quam sint infirma docet Joannes Bodinus. Juvenalis, Satyr. 11:

*Dentibus ex illis quos mittit porca syenes,
Et Mauri celeres, et Mauro obscurior Indus,
Et quos deposuit Nabatheo bellua saltu,
Jam nimios, capitique graves.*

Et tandem ut his controversiis enarrandis finem imponam, Cardanus negat ullum animal tandiu vivere, duce et magistro Aristotele, qui lib. *De longit. et brevitate vitæ* ait animalium elephantum esse et longissimæ vitæ: et varie causam longitudinis brevitatis vitæ prosequitur, et *De generat. animal.* lib. iv, cap. 10, hominem plus temporis quam quodvis animal vivere scribit, excepto elephanto. Julius Scaliger exercit. 204 contrarium vult. Ni majora me ab harum exercitationum studio distraherent, ostenderem tanto viro, quantum in Aristotelis doctrina varius: quantum ab ipso Aristoteles, et ejus argumentandi modo, perquirendæque veritatis ratione diversus aberret.

Col. 744, lin. 4. *Θερμὸς ὁ ἵππος.* Basiliius, hom. 9: Ἰδιώματι δὲ διαφόροις ἕκαστον τῶν ζώων κέκριται. Εὐσταθῆς μὲν γὰρ ὁ βοῦς, κωθῆς δὲ ὁ βοῦς, θερμὸς δὲ ὁ ἵππος πρὸς ἐπιθυμίαν τοῦ θήλεος, ἀτιθάσσευτος ὁ λύκος, δολερὸν ἢ ἀλώπηξ, δειλὸν ἢ ελαφος, ὁ μύρμηξ φιλόπονος, εὐχάριστον ὁ κύων, καὶ

πρὸς φίλων μνημονικόν. Aristoteles, *De histor. anim.*, lib. vi, cap. 22, *Salacissimum omnium, tum feminarum tum marium, equus est, homine excepto,* et equas libidine maxime incendi auctor est Ælianus, lib. iv *De histor. animal.*, cap. 11; quare et mulieres libidinosas ab eis qui convivium facere student vocari solere *equas.* Μόνας ἀκούω τῶν ζώων τὰς ἵππους καὶ κυούσας ὑπομένειν τὴν τῶν ἀβρένων μίξιν. Εἶναι γὰρ λαγνιστάτας διὰ ταῦτά τοι καὶ τῶν γυναικῶν τὰς ἀκολάστους, ὑπὸ τῶν σεμνοτέρως αὐτὰς εὐθονόντων καλεῖσθαι ἵππους. Et Aristoteles equam natura libidinosam vocavit, lib. iv *De gener. anim.*, cap. 5. *Sola enim animalium, ut idem inquit, mulier et equa gravida coitum patiuntur;* et libr. vii *De histor. animal.*, cap. 4, *Mulier et equa, omnium maxime animalium, gravidæ coitum patiuntur: cætera, ubi gravida fuerint, fugiunt mares, ea scilicet quorum natura superfetare more leporis recusat.* Plinius, lib. x, cap. 43, et suem conjungit. *Mirum ut quadrupedum prægnantes Venerem arcent, præter equam et suem.* Rationem hujus habes apud Aristotelem, lib. iv *De generatione animal.*, cap. 5. Et quia solida natura est: et solida sunt Veneris appetentiora, cum careant purgatione, quæ perinde est feminis, ut coitus maribus; et equa menstrua minime emittit. Et quod illi aliquid spatii in utero superest, amplius quam ut ab uno occupetur, arctius quam ut alterum perfecte possit superfetari; et lib. vii *De histor. animal.*, cap. 22, equorum tunc armentum perfectum esse, cum parentes suam ineunt prolem, vel pulli matres. Quidquid tamen sit, insignis legitur narratio de castitate equorum; ubi enim pullus, dolosis vaframentis, oleisque fragrantibus et odoribus deceptus, cum matre, et ipsa inscia, incestum admisisset; re post tale flagitium cognita, et pullus et mater præcipites se egerunt. Eam habes apud Ælianum, *De hist. animal.* lib. iv, cap. 7; Oppianum *Κυνηγ.* lib. ii; Aristotelem, lib. ix *De histor. animal.*, cap. 47; Plinium, lib. viii, cap. 42; Varro-nem, lib. ii *De re rustica*, cap. 7. Qui etsi non omnes in omnibus conveniunt, sed aliter alius commemoret, statum id est, firmumque, equosque illos suæ castimonie monumenta, morte propria posteris reliquisse. Similia quoque de camelis Aristoteles ibid. narrat, et repetit *Περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων*, et Ælianus lib. iii, cap. 47.

D Ibid. *Νωθὸς ὁ βοῦς καὶ.* Basiliius, hom. 8: Οἶδε τὴν συνθήην φωνὴν ὁ βοῦς, οἶδεν ὀδὸν ἣν πολλάκις ἐβάδιζε, καὶ που καὶ ὀδηγὸς ἐνλίτε ἀποσφαλέντι γίνεται τῷ ἄνω. Τὸ δὲ ἐξυτῆκον τοῦ ζώου, οὐδὲ ἄλλο τι ἔχειν λέγεται τῶν χειρῶν. Ælianus, lib. vii, cap. 19: Καὶ ταῦτα δὲ τὰ ἴδια τῶν ζώων εἰπεῖν οὐ χεῖρόν ἐστι. Νωθέστερόν πως δοκεῖ πρόβατον καὶ βοῦς.

Ibid., lin. 5. *Μνηστικακὸν κάμηλος.* Basiliius, hom. 8: Τὸ δὲ τῶν καμήλων μνηστικακὸν, καὶ βαρῦμηνι, καὶ διαρκὲς πρὸς ὄργην τι ἂν μιμήσασθαι τῶν θαλαττίων δύνατο; Πάλαι ποτὲ πληγεῖσα κάμηλος, μακρῷ χρόνῳ ταμειουσαμένη τὴν μῆνιν, ἐπειδὴν εἰκαρίας λάθεται, τὸ κακὸν ἀντιδίδωται. Confirmavit-

que exemplo ab Aristotele et Æliano allato: morsu enim defixo, postquam coitum absolvit camelarium interemit. Non tacebo Aristotelis in uteri ferendi tempore camelis statuendo πλάνην; ipse enim, lib. v, cap. 14, *De histor. anim.*, ait ferre ventrem duodecim menses, Κύει δὲ δώδεκα μῆνας· τίχτει δὲ ἔν. Ἔστι γὰρ μονοτόκον. Et lib. vi, cap. 26, ait menses decem, Ἡ δὲ κάμηλος κύει μὲν δέκα μῆνας, τίχτει δὲ αἰεὶ ἔν μόνον. Μονοτόκον γὰρ ἔστιν. Quis hoc in Aristotele non admiraretur, et erubesceret?

Ibid., lin. 6. Ἀνήμερος λύκος. Aristoteles, *De hist. anim.* lib. 1, cap. 1. Addo etiam alias esse cicures, alias feras; et alias perpetuo cicures ut hominem, et mulum, alias perpetuo feras ut pantheram, et lupum.

Ibid., lin. 7. Εὐχάριστος δ κύων. Plinius, lib. viii, capit. 40: *Ex his quoque animalibus quæ nobiscum degunt, multa sunt cogniti digna: fidelissimumque ante omnia homini canis, atque equus. Pugnasse adversus latrones canem pro domino, accepimus, confectumque plagis a corpore non recessisse, volucres et feras abigentem. Ab alio in Epiro agnitum in conventu percussorem domini laniatu et latratu coactum fatari scelus.* In eodem capite plura de amore et benevolentia erga dominos. De his plurima et memorabilia Rodiginus, lib. xvii, cap. 18; Alexander ab Alexandro, lib. 1, cap. 3; Ælianus, *De hist. anim.* lib. vii, cap. 29; lib. ii, cap. 40; lib. vii, cap. 38 et 40; lib. vi, cap. 25 et 62; lib. xii, cap. 35; lib. i, cap. 8; Aristoteles, Belisarius Aquivivus de venatione, et alii, quidquid dicat Julius Scaliger. De præstantia canum Britannicorum vide Gulielmum Camdenum in *Britannia*, pag. 193.

Ibid., lin. 12. Τὴν δὲ ὕμναν. Hanc hyænas naturam monstriformam nuncupavit Plinius, lib. xxviii, cap. 8, propter ea, quæ ipsa admiranda aggreditur, vel audit. Sermonem humanum inter pastorum stabula assimilat. Nomina addicit eorum, quos evocatos laceret. Vomitionem hominis imitatur, ad sollicitandos canes quos invadit. Sepulcra corporum inquisitionis ergo eruit. Huic utramque esse naturam, et quotannis mutari in marem et feminam prodidit Oppianus, lib. iii *Κυνηγ.*:

Θαῦμα δὲ καὶ τὸ δ' ἀκουσα περὶ στικτήσιν θάληης· Ἄρσενα καὶ θήλειαν ἀμειβεσθαι λυκάβαρτι· Καὶ ῥ' ὅτε μὲν τελέθειν δυσδερκέα νυμφευτήρα Νωλεμέσ ἡμειροῦτα γάμων, ποτὲ δ' ἀθθίς ἐράσθαι θηλυτέρην νύμφην, λοχίην, καὶ μητέρα κεδνήν.

Phile in *Iambis*. Ælianus, lib. 1, cap. 25: Τὴν θαιναν τήτες μὲν ἀρρένα εἰ θεάσοιο, τὴν αὐτὴν ἐς νέωτα θφει θήλειαν (ita enim corrigo), καὶ μετὰ ταῦτα ἀρρένα. Κοινωνοῦσι τε Ἀφροδίτης ἑκατέρας, καὶ γαμοῦσι τε καὶ γαμοῦνται ἀνά ἔτος πᾶν ἀμειβουσαι τὸ γένος. Horus, lib. ii, cap. 69: Αὕτη γὰρ ὅτε μὲν ἀρρήν γίνεταί, ὅτε δὲ θήλεια. Ovidius *Metamorph.* xv:

....quæ modo femina tergo
Passa marem est, nunc esse marem miremur hęcena.
Clemens Alexandrinus in *Pædag.* c. 18, Τὴν δὲ θαι-

ναν ἐναλλάξ ἀμειβεῖν τὸ ἀρρέν ἐς τὸ θήλυ παρ' ἑτε; ἑκαστον. Sic scribit Artemidorus *Oneirocrit.* lib. ii, cap. 12, et Plinius hujus opinionis meminit lib. viii, cap. 30. Hyænis utramque esse naturam, et alternis annis mares, alternis feminas fieri, parere sine mare vulgus credit. Similia habet et Petrus Damianus, lib. ii, epistol. 18; et Tertullianus, *Hyænam si observes, sexus annalis est, marem et feminam alternat.* Aristoteles negat: pro quo vide Bauchinum *De hermaphrod.* lib. ii, cap. 3.

Ibid., lin. 14. Ἐχει δὲ οὐχ οὕτως. Pro auctore nostro facit Aristoteles, qui stulte eos magnoque errore scribere, lib. iii *De gener. anim.*, ait, qui hyænam iniri et inire annis alternis affirmabant, et visam esse hyænam marem, et feminam sui discrimine genitalis; et lib. vi *De histor. animal.*, cap. 32, scribit: *Quod autem de ea fertur genitale simul et maris et feminæ eandem habere, commentitium est.*

Ibid., lin. 15. Πρὸ τοῦ πόρου ὑπὸ τῆν. Aristoteles loco dicto, Ἄλλ' ἔχει τὸ μὲν τοῦ ἀρρένος ὁμοιον τῶ τῶν λύκων καὶ τῶν κυνῶν· τὸ δὲ δοκοῦν θηλείας εἶναι ὑποκάτω μὲν ἔστι τῆς κέρκου, παραπλήσιον δ' ἔστι τῶ σχήματι τοῦ θήλεος. Οὐχ ἔχει μέντοι οὐδένα πόρον. Ὑποκάτω δ' ἔστιν αὐτοῦ ὁ τῆς περιττώσεως τόπος. Ἡ δὲ θήλεια θαινα ἔχει μέντοι ὁμοιον τῶ τῆς θηλείας λεγομένῳ αἰδοίῳ, ἔχει δ' ὡσπερ ὁ ἀρρήν αὐτὸ ὑποκάτω τῆς κέρκου· πόρον δὲ οὐδένα ἔχει. Μετὰ δὲ τοῦτο ὁ τῆς περιττώσεως ἔστι πόρος, ὑποκάτω δὲ τούτου ἀληθινὸν αἰδοῖον. Et *De general. animal.*, *Verum hyænam tam mares quam feminæ habent sub cauda lineam quamdam similem genitali femineo, quæ quidem nota quamvis communis sit, tamen in maribus potius cernitur, quia mares, quam feminæ magis capiuntur.*

Ibid., lin. 23. Ὅθεν σπαριώτατον. Aristoteles locis citatis, *Mares quam feminæ magis capiuntur, et, Sed raro hyæna femina capitur, jam inter undecim numero unam tantum cepisse venator retulit quidam.* Et Plinius, lib. viii, cap. 30, feminam raro capi auctor est.

Ibid., lin. 26. Ὁ δὲ λαγῶς πρόσ. Leporis libidinem, et petulcam salacitatem, itemque secunditatem cecinit Oppianus *Κυνηγ.* iii:

Νωλεμέσ ἡμειροῦσι γάμων δ' ἔτι ἐγγὺς ἐοῦσαι Οὐποτ' ἀναλνοῦνται πόσιος πολύβορον ἐρωήν, Οὐδ' ὅτε γαστρὶ φέρουσι πολύσπορον ὠλήν

Ἔξοχα γὰρ τόδδε φῦλλον, ὅσ' ἀπλετος ἐρεφεν αἶα, Πολύβορον τελέθει. Τὸ μὲν ἄρ' ποθὶ ρηθύος ἐκτός Ἐμβρυον ἐκθρῶσκει τετελεσμένον· ἄλλο δ' ἔσωθεν

Νόσφι τριχὺς φορέει, τὸ δ' ἄρ' ἡμτέλεστον ἀέξει· Ἄλλο δ' ἀναρθρον ἔχει θορόεν βρέφος ὠπήσασθαι.

Ἐξέτης τίχτει δὲ, καὶ οὐποτε θήλυς ἀναιδής Ἀθήετο μυχλοσύνης, τελέει δ' ὅσα θυμὸς ἀνάγει Οὐδ' αὐταῖς ὠδίσιν ἀναιρομένη Κυθήσαια.

Ælianus lib. ii, *De hist. anim.*, cap. 12, φέρει δὲ καὶ ἐν τῇ νηδί τὰ μὲν ἡμιτελῆ τὰ δὲ ὠδίνοι, τὰ δὲ ἕδη οἱ τέτεχται. Phile in *Iambis*; Plinius, lib. x, cap. 43, *Dasypodes omni mense pariunt, et superstant sicut lepores.* Aristoteles *De hist. anim.* lib. vi

cap. 33. *Singulis mensibus generant, sed fetus edunt non universos; interpositis enim diebus, quot res tulerit peragunt partionem.* Eorum fecunditatem retulerunt, Plinius, lib. viii, cap. 29 et 55; Strabo, lib. iii; Basilius, hom. 8 *Hexaem.*; Symeou Logotheta ex eodem Basilio, orat. v; Ambrosius lib. *De Tobia*, cap. 13, et causam præter Aristotelem *Problem.* sect. 107 et iv *De generat. animal.* cap. 5, reddit Herodotus in *Thalia*: Καὶ κως τοῦ θεοῦ ἢ προνοῆ ὡσπερ καὶ εἰκόσ ἐστιν τοῦσα σοφῆ· ὅσα μὲν γὰρ ψυχὴν τε δεῖλά, καὶ ἐδώδιμα, ταῦτα μὲν πάντα πολύγονα πεποίηκεν, ἵνα μὴ ἐπιλείπηται κατεσθίόμενα, ὅσα δὲ σκέτλια καὶ ἀνιερὰ ὀλιγόγονα, τοῦτο μὲν δεῖ λαγῶς, ὑπὸ παντὸς θηρεύεται θηρίου, καὶ ὄρνιθος, καὶ ἀνθρώπου. Οὕτω δὴ τοῖ τὸ πολύγονόν ἐστιν· ἐπικυτταται μόνον πάντων τῶν θηρίων· καὶ τὸ μὲν δασὺ τῶν τέκνων ἐν τῇ γαστρὶ, τὸ δὲ ψιλόν, τὸ δὲ ἄρτι ἐν τῇσι μήτρησι πλάσσεται, τὸ δὲ ἀναίρεται. Hic etiam illud animadvertendum in hoc genere animalium, non tantum feminas uterum ferre et dignere observatum esse, sed, quod est mirabile dictu, etiam mares ex sese parere et nutrire. Ælianus scribit probatque hominis auctoritate fide digni, lib. xiii *De hist. anim.*, cap. 12, Θηρατοῦ δὲ ἀνδρὸς καὶ τὰ ἕτερα ἀγαθοῦ, οἷου μὴ ἀνψεύσασθαι, λόγον ἤκουσα, καὶ αὐτῷ πεπιστευκα, lege experimentum, et narrationem non injucundam, quibus subdit: Μὴ πιστεύειν οὐν τῷ λόγῳ πεῖσαι ἐμαυτὸν οὐ δύναμαι, τὸ δὲ αἴτιον ἢ τοῦ ἀνδρὸς γλῶττα, οὔτε ψεῦδος οὔτε κόμπον ἤπιστατο. Ideoque nec mirum videri debet si quidam existimarint lepores esse utriusque sexus participes. Cum enim eundem viderent et muliebria pati et item agere, et quod potius gignere, sobolemque educare, non sine ratione id ut crederent, ducti sunt. Quod Plinius Archelaum affirmasse scribit, et Democritus in *Geoponicis* tradidit.

Ibid., lin. 27. Καὶ τεκοῦσα πάλιν. Plinius, lib. x, cap. 43: *A partu statim implentur; concipiunt, quamvis ubera siccante fetu.* Et lib. viii, cap. 35: *Lepus omnium prædæ nascens, solus præter dasypodem superfetat, aliud educans, aliud in utero pilis vestitum, aliud impluma, aliud inchoatum gerens pariter.* Solum superfetare, ut verum sit, viderit ipse Plinius. Equas et mulieres quoque superfetare pro indubitato habetur. Sed ad rem Aristoteles item, lib. vi *De histor. animal.*, capit. 33: *Habet femina lac prius quam pariat, et a partu continuo repetit coitum: et lactans adhuc concipit fetum.* Hæc item omnia in *Quæstionibus physicis*, quæst. 11, complexus est Theophrastus Simocatus.

Ibid., lin. 30. Τὸν δὲ γρῦπὰ φασι. Ælianus et Ctesia eorum formam describit; esse enim gryphes quadrupedes, robustissimis unguibus; anteriori corporis parte rubros, alis candidis, dorso pennis nigris indutos, cervice cæruleis, et floridis, ore aquilino, et capite, oculis igneis, lib. iv *De histor. animal.*, cap. 27: Τὸν γρῦπα ἀκούω τὸ ζῶον τὸ Ἰνδικὸν τετράπουν εἶναι κατὰ τοὺς λέοντας, καὶ ἔχειν βυσσας κερτερῶς ὡς δεῖ μάλιστα, καὶ τοῦτους μὲν-

Α τοῖ τῶν λέοντων παραπλησίους. Κατάπτερον δὲ τὰ νῦτα, καὶ τούτων τῶν περῶν τὴν χροάν μέλαιναν εἶναι ἄδουσι. Τὰ δὲ πρόσθια ἐρυθρά φασι, τὰς γὰρ μὴν πτέρυγας αὐτὰς οὐκέτι τοιαύτας, ἀλλὰ λευκάς, τὴν δέρην δὲ αὐτῶν κυανοῖς διηθλίσθαι τοῖς περῶν Κτησίας ἰστορεῖ. Στόμα δὲ ἔχειν ἀετῶδες, καὶ τὴν κεφαλὴν ὅποιαν οἱ χειρουργοῦντες γράφουσι τε καὶ πλάττουσι. Φλογῶδες δὲ φασι τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ. Plinius, lib. vii, cap. 2: *Arimasps assidue bellum esse circa metalla cum gryphis, ferarum volucris genere quale vulgo traditur, eruente ex cuniculis aurum, mira cupiditate, et feris custodientibus, et arimasps rapientibus, multi, sed maxime illustres Herodotus et Aristæas Proconnesius, scribunt.* Eorum etiam meminere Solinus, Pausanias in *Arcadicis*, Philostratus in *Vita Apollonii*. Hæc tamen esse fabulosa existimavit Plinius lib. x, cap. 49, *Pegasos equino capite volucres, et gryphas aurita aduncitate rostri, fabulosos reor illos in Scythia, hos in Æthiopia.* Ibid., lin. 31. Ἀρπάζει δὲ λέοντα. Georgius Pisides, *De mundi opificio*, eum et bovem rapidissime arreptum alte elevare affirmat.

Πόθεν δὲ γρῦπὺς εὐσθενὲς λαβῶν κράτος,
Καὶ βοῦν ἀρασπῶν ἐξ ἐτοίμων ἀρπαγῶν
Καὶ πτηνῶς ἤρται, καὶ βαδίζει τετράπους:

Ælianus tamen cum aliis animantibus gryphas concertare et vincere scribit, sed pugnam leonum et elephantorum abhorrere, neque cum eis in certamen descendere ibidem. Καὶ διαγωνίζεσθαι μὲν πρὸς τὰ ἄλλα ζῶα, καὶ κρατεῖν ῥᾶστα. Λέοντι δὲ μὴ ἀνθίστασθαι, μηδὲ ἐλέφαντι.

Ibid., lin. 32. Ἀετὸς παρ' ἡμῶν. Aristoteles, lib. ix *De hist. anim.* c. 32: *Venatur aquila lepores, hinnulos, vulpes, et reliqua que vincere valeat.* Ælianus lib. ix *De hist. anim.*, cap. 10: Ἀετὸς ζῶον πλεονεκτικόν, καὶ δι' ἀρπαγῶν ποιοῦνται τροφάς, καὶ σαρκῶν ἐσθίουσι· καὶ γὰρ λαγῶ ἀρπάξουσι, καὶ νεβρόν, καὶ χῆνα ἐξ αὐλῆς, καὶ ἄλλα. Ideoque eum aquilarum vocem maxime timere, sicut et aliarum avium, a quibus male exceptus interimitur. Idem ait lib. xiii, cap. 11; Plinius, lib. x, cap. 4, *aquilarum primo et secundo generi, non minorum tantum quadrupedum rapina, sed etiam cum cervis prælia. Multum pulverem volutatu collectum, insidens cornibus exciuit in oculos, pennis ora verberans, donec præcipitet in rupes.* Nec non et tauros venari auctor est Phile in *Iambis*,

Θηρῶ δὲ καὶ τὸν χῆνα, καὶ τὴν δορυάδα
Καὶ τὸν λαγῶν, καὶ τὸ τῶν ταύρων γένος.

Et Ælianus, *De histor. animal.* lib. ii, cap. 39, aquilarum genus, quod quidam χρυσάτερον, alii ἀστερίαν, in Creta vi quadam et industria singulari tauros ipsos invadere, et prædam sibi cibumque parare: ex insidiis enim cervici insidens rostro quam acerrime pungit. Taurus icibus pulsus, furibundus in fugam vertitur, ubi locum proclivem præcipitemque accesserit, explicatis in orbem alis illius oculos tegit, qui præcipitii ignarus subsilit, et præceps dilaniatus emoritur; et lib. ix, capit. 10, ait,

aquilam quam Jovis appellarunt, carnes non attingere, sed herbam ei ad victum satis esse.

Ibid., lin. 33. "Ἔστι δὲ ζῶον χαραδριός. Hæc Eustathii ante oculos videtur habuisse omnia Petrus Damianus, dum lib. II, epist. 18, de charadrio loqueretur. Hujus proprietatis causam reddidit Theophylactus Simocatus in *Quæst. nat.*, quæst. 15, pag. 18. Ita vocatus ἀπὸ τοῦ τὰς χαράδρας διατρίβειν, ex Scholiaste Aristophanis, et Aristoteles, lib. IX, cap. 11, τὰς δὲ οἰκίσεις ὁ μὲν περὶ τὰς χαράδρας, οἱ δὲ χηραμούς ποιοῦνται, καὶ πέτρας, οἷον ὁ καλούμενος χαραδριός. Hunc bitumine necari narrat Ælianus, lib. VI, *De histor. animal.*, capit. 46.

Ibid., p. 31. *Λευκότατος δι' ὄλου.* Epiphanius in *Physiologo*, cap. 23, Ὁ φυσιολόγος ἔλεξε περὶ τοῦτου, ὅτι ὄλον λευκόν ἐστὶ, μὴδὲ ὄλως μελανίαν ἔχον. Aristoteles, lib. IX *De histor. animal.* cap. 11, avem hanc pravam et colore, et voce ait, noctu apparere, diu aufugere. Albertus cum Eustathio sentit, et albam esse totam testatur.

Ibid., lin. 39: "Ὅταν γὰρ φασιν. Epiphanius dicto loco: Καὶ ἐάν τις νοσῆ, ἡ νόσος τοῦ ἀνθρώπου, εἰ ἔστιν εἰς θάνατον, ἀποστρέφει ἀπὸ τοῦ νοσοῦντος τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὁ χαραδριός, ἐάν δὲ ἡ νόσος πρὸς ζωὴν ἐστίν, ἀτεινίζει τὸν νοσοῦντα ὁ χαραδριός, καὶ ὁ νοσῶν τὸν αὐτόν. Non dissimilia refert Albertus, auctor anonymus *Psaln. comment.* psalm. LXXXIV, versu, *Deus tu conversus vivificabis nos*, et alii recentiores. Magis commune tamen est charadrii prospectum regio morbo laborantibus prodesse. Ælianus lib. XVII, cap. 13: Χαραδριὸς δὲ ἦν ἔρα δῶρον τοῦτου, ὃν οὐ μὰ Δία ἀτιμάζειν ἔξιον. Ἦν γοῦν, ὑπαναπλησθεὶς τὸ σῶμα ἰκτέρου τις, εἰτά οἱ δριμύ ἐνορώη, ὁ δὲ ἀντιδρόμη, καὶ μάλα τς ἀτρέπτωρ, ὡσπερ οὖν ἀντιθυμούμενος, ἡ τοιαύτη ἀνάβλεψις ἴδεται τοῦ προειρημένου πάθους τὸν ἀνθρώπων.

Ibid., lin. 45. "Ὁ δὲ μονόκερως ζῶον. Petrus Damianus, lib. II, ep. 18: *Quis hanc ingenuitatem unicorni contulit, ut dedignetur viribus vinci, humilitatis arte patiatur se facile superari? nunquam scilicet a venatoribus capitur, nisi prius in virginis gremio reclinetur.* Cardanus monocerotæ cum rhinocerotæ confudisse reprehenditur a Julio Scaligero, exerc. 205. Alii orygem atque monocerotem eundem esse arbitrati sunt. Hujus confusionis illa fuit origo, quod pleraque animalia unico tantum cornu decorarentur, atque armarentur. Quare nonnulli septem animalium genera unico cornu adnotarunt in Plinio. Scaliger loco d. ex corporis forma diversissimum esse rhinocerotæ a monocerotæ demonstrat. Plinius ita, graphicè, lib. VIII, cap. 21: *Asperrimam autem feram monocerotem reliquo corpore equo similem, capite cervo, pedibus elephantæ, cauda apro, mugitu gravi, uno cornu nigro media fronte cubitorum decem eminente. Hanc feram vivam negant capi.* Item Solinus, cap. 35; Vartomannus ex Scaligero: *Unicornibus equi magnitudo, crura, pedes, caput cervi, pili color batius, equi juba rarior, brevior coxæ villosæ, etc. Quem maxime differrè ab hoc quem*

A auctor noster scribit nemo non videt, cum illum parvum, hædi magnitudine, eximia pernicitate et vehementia, cornu in summitate capitis unico, dicat esse.

Ibid., lin. 46. *Δριμύτατον σφόδρα.* Phile in *Iambis*, ad pugnam promptitudinem, ex vulneribus aliis animalibus pericula, cornu quate sit, ipsum animal, quomodo mansuescat multis prosequitur. Negat tamen Vartomannus ferocem esse.

Ibid., lin. 51. "Ἔστι δὲ ζῶον καλούμενον. Petrus Damianus libr. II, epist. XVIII ad Desiderium abbatem, *Castor itaque cum se videt a venatore propter genitalia persequi, hæc mordicus abscondit, et ante venatoris faciem projicit. Sic illico venator accedit, dum id propter quod eum persequeretur extorsit. Si vero contigerit, ut alter eum cursus venator evadent, eumque acrius et instantius persequens, evadendi astitum jamjam desperare compellat, in arcto situs in os se venatoris erigit sibi que deesse virilia, propter quæ perurgetur, ostendit. Sic ab insectantis venabulo liberatur dum ostendit sibi deesse quod queritur.* Plinius, lib. VI, cap. 30, *Animal horrendi morsus, arbores juxta flumina ut jectæ cædit. Hominis parte comprehensa non antequam fracta concrepauerint ossa, morsus resolvit.* Hujus in prosternendis arboribus solertiam et scopum ab oculato teste sibi relatum tradit Conradus Ritth-rshusius, Comment. in lib. I *Alisv.* Oppiani. *Miram prædicant esse hujus bestiæ solertiam, qua in prosternendis arboribus utatur. Quoties dentibus suis ictum inflixit arbori, toties ob eadem procurrit, visum an nutet, an ruinam minetur, ne forte ab ea opprimatur; ubi nihil periculi esse videt, arbore adhuc firma plagam repetit, dum ea tandem prolabatur. Cur autem arbores cædit ac proruit? nimirum ideò, ut in aquas prolapsæ, foliis et ramis limo obductis pisces alliciant, quos capiat ac devoret fiber. Hæc amicus quidam paternus, qui ejus rei ἀπόπτως fuit, aliquando mihi retulit.* Mansuetum esse castora contra Cardanum negat Scaliger, exerc. 211, num. 6.

Ibid., lin. 52. *Χρησιμεύει δὲ τὰ αἰδοῖα.* Eorum in medicinis usum habes apud Plinium, lib. XXII, capit. 3, et alios medicos.

Ibid., lin. 53. *Διωκόμενον οὖν.* Si quando in periculo sunt, insequentibus canibus et venatoribus, prænorsa sibi sua genitalia abjicere, atque ita evadere, a pluribus scriptoribus memoriæ proditum est, seque ea parte corporis redimere propter quam maxime expetuntur. Horus lib. II, cap. 65: *Ἐκεῖνος γὰρ καταδιωκόμενος εἰς τὴν ἄγραν τοῦς ἰδίους διδύμους ἀποσπῶν βλέπει.* Plinius lib. VIII, cap. 30: *Easdem partes sibi ipsi Pontici amputant fibri periculo urgente, ob hoc se peti gnari.* Juvenalis, Sat. 12,

... *Imitatus castora, qui se Eunuchum ipse facit cupiens evadere damno, Testiculorum adeo mediatum intelligit inguem.*

Ammianus Marcellinus lib. XVII; Ælianus *De h&h&*

anim. lib. vi, cap. 54; Solinus, capit. 23, qui idem A lib. viii, cap. 30: Africa astnorum silvestrium mul-

capit. 28 de elephantis scribit; Alcuius, em-
blem. 152:
Et pedibus segnis, tumida et propendulus alvo
Hæc tamen insidias effugit arte fiber.
Mordicus ipse sibi medicata virilia vellit,
Atque abjicit, sese gnarus ob illa peti.
Hujus ab exemplo discos non parcere rebus,
Et vitam ut redimas, hostibus æra dare.

Et plures alii. Hinc et fabula Æsopica, et Apuleius, lib. i Asini, Thessalam veneficam scribit amato-
rem suum, quoniam alterius mulieris consuetudine
usus fuisset, in castorem mutasse, ut amputaret
sibi genitalia, si quando venatores insequerentur.
Longe tamen alia est sententia Sextii medici apud
Plinium, lib. xiiii, cap. 3: Spectabilis naturæ po-
tentia in his quoque, quibus et in terris, et in aqua
victus est, sicut et fibris, quos castoras vocant, et
castorea testes eorum. Amputari hos ab ipsis, cum
capiantur, negat Sextius diligentissimus medicinæ.
Quinimo parvos esse, substrictosque, et adherentes
spinæ, neque adimi sine vita animalis posse. Negavit
idem Dioscorides, lib. ii, cap. 29, et Franciscus
Vallesius, De sacra philosophia. cap. 5.

Ibid., lin. 55. Ἐπιδιωκόντων δὲ ἄλλων. Ælia-
nus De hist. anim. libr. vi, cap. 31: Ἐὰν δὲ ἡ πρό-
τερον ἐκτεμῶν καὶ σωθεὶς, εἶτα πάλιν διώκηται· ὁ
δὲ ἀναστήσας ἑαυτὸν, καὶ ἐπιδείξας, ὅτι τῆς αὐτῶν
σπουδῆς οὐκ ἔχει τὴν ὑπόθεσιν τοῦ περαιτέρω καμά-
του, παρέλασε τοὺς θηρατὰς· ἤττον γὰρ ἔτι τῶν
κρῶν ἐκείνοις φροντίς ἐστὶ. Πολλάκις δὲ καὶ ἔνορ-
χοι βντες, ὡς πορρωτάτω ἑαυτοὺς ἀποσπᾶσαντες τῷ
δρόμῳ, εἶτα ὑποστειλαντες τὸ σπουδαζόμενον μέρος,
πάνυ σοφῶς καὶ πανούργως ἐξηπάτησαν, ὡς οὐκ
ἔχοντες ἄ κρύψαντες ἔχουσι. Hic obiter animadvert-
endum a Scaligero Cardanum reprehendi quod fi-
bri testes cum moscho temere confuderit, dece-
ptum ex mala interpretatione Vartomanni exerc.
214, num. 6, et exerc. 210, num. 3. Errorem notat
Varronis, qui sibrum, lutram vel enhydrium unum
fecerit quæ et Olaus Magnus recte distinguit, lib.
xviii, et alii.

Col. 745, lin. 1. Ὁ δὲ μυρμηκολέων. Myrmeco-
leonis naturæ fundamentum absque dubio est quod
legitur apud Job, cap. iv, vers. 11, Myrmecoleo
periiit eo quod non haberet prædam. Hujus loci opti-
mam explicationem habes apud Photium ex Eulogii
Alexandrini libr. iv, contra Novatianos. De his Aga-
tharchides: Τῶν δὲ καλουμένων μυρμηκολέωντων οἱ
μὲν πλείστοι κατὰ τὴν ἰδέαν τῶν λοιπῶν οὐδὲν παρα-
λάττουσι, τὴν δὲ τῶν αἰδολῶν φύσιν ἀπεστραμμένην
ἔχουσι ἐναντίαν τοῖς ἄλλοις. Alii dicunt, esse exi-
guum animalculum formicis adversum, quod se sub
pulvere abscondit, et formicas frumenta gestantes
interficit, interfectas consumit. Sicque vocatum:
nam quemadmodum leo imbecilliorum animalium,
ita hoc animalculum formicarum prædam agit:
cum tamen volucris nihil aliud sit quam for-
mica.

Ibid., lin. 8. Ὁ δὲ δραγρος ἀγελάρχης. Plinius,

lib. viii, cap. 30: Africa astnorum silvestrium mul-
titudinem fundit. Mares in eo genere singuli femina-
rum gregibus imperitant. Oppianus Κυρηη. iii; Agri-
mianus Marcellinus, lib. xxiv: Asinorum agrestium
multitudo in tractibus Parthicis est innumera. Ideo
simul incedens, ut constipatione densa feroces leonum
frustretur assultus.

Ibid. Καὶ τῶν γερομέων. Plinius, ibidem: Ti-
ment libidinis æmulos, et ideo gravidas custodiunt,
morsuque natos mares castrunt, contra gravidæ late-
bras petunt, et parere furto cupiunt, gaudenque co-
pia libidinis. Oppianus ibid. disertissime, quem om-
nino consule; Isidorus, l. xii, cap. 1; Olaus Magnus
confundit male onagros cum alcibus. Est et memo-
riæ non indignum quod Phile in Iambis, et Ammia-
nus Marcellinus l. xviii, de illis scribit: Asini, in-
quit, feri cum venatibus agitantur ita eminus lapides
post terga calcitrando emittunt, ut perforent pectora
sequentium, aut perforatis ossibus capita ipsa dis-
plodant. Neque illud silebo. Oppianus, loco d.
onagrorum carnes esse bonum pabulum feris scri-
bit:

Ἄλλ' αὐτὸς κρυτεροῖς ἀγαθῆ βόσις ἐπλετο θηροῖ.
Et consentit Xenophon, l. i Ἀναβ. Κύρ., et Plini-
us. Ælianus lib. v De hist. anim., eorum car-
nem amaram esse scribit, et Phile in Iambis, οὐ τὸ
κρέας τ' ἄδρωτον ἐξ ἀηδίας.

Ibid., lin. 10. Ὁ δὲ ἐχίνος ὡς σφαῖρα. Horum
duo genera facit Oppianus Κυρηη. lib. ii:

Οὐκ ἐρέω κρυερὸν γένος ὀκρυδέντος ἐχίνου
Μεῖζονος, (ἀμφιδυμοὶ γὰρ ἐχίνοις ὀξυκόμοισιν
Ἀργαλεὶ μορφῆ) κρυερὸν τε περιδρομον ἔρκος.
Οἱ μὲν γὰρ βαιοὶ τε καὶ οὐτιδιανοὶ τελέθουσιν,
Τυτθῆσιν φρίσσορες ἐπὶ προβολῆσιν ἀκάνθαις·
Οἱ δ' ἄρα καὶ μετῆθει πολὺ μείζονες, ἠδ' ἐκότερ-
[θερ

Ὅσα πεφρίκασιν ἀρσιότερησιν ἀνωκαῖς.

Ibid., lin. 12. Πορεύεται γοῦν ἐπὶ τόν. Eadem
habet Petrus Damianus, l. ii, ep. 18. Versus anti-
qui illi non inelegantes,

Κώμανλος, τὸν ἐχίνον ἰδὼν ἐπὶ ῥῶτα γέροντα
Ῥῶγας, ἀπέκτεινεν τῷ δ' ἐπὶ θευλοπέδῳ.

Et ille,

Ῥαγολόγων γλυκερῶν σίντορα θευλοπέδῳ.

Nec absimile illud Philes in Iambis,

Ἐχίνος ἐκ γῆς οἷδ' ἀκάνθαισι βρῶν
Καὶ τῆσι πρασιαῖς ἐκκυλινθεῖται κρούφα,
Καὶ τὰς ἐκείθεν ἐμπαρείσας ἰσχάδας
Εἰς τοὺς ἑαυτοῦ φιλαιούς θησανυρίσας,
Οὐκ ἔχε λιμοῦ συμφρορὰν ὀλαβρίου.

Ibid., lin. 16. Δολερὸν ἢ ἀλώπηξ. Multa sane
sunt, quæ vulpem fallacem et improbam esse con-
vincunt, quibus et semetipsam ab hostium insidiis
tuetur, et illis necem, sibi cibum et medicinam
parat; quare ab Aristotele De histor. anim. lib. i,
cap. 4, inter malitiosa, astuta et callida annume-
ratur. Oppianus Κυρηη. iii narrat, ne a venatoribus
insidiantibus in laqueos conjiciatur septem forami-
nibus nidos cavernasque suas circummuniri, ut
fuga sit tutior faciliorque.

Ναὶ μὴν αἰολόβουλος, ἐπ' ἀγραύλοισι μάλιστα
 θηροὶ πέλει κερδῶ μάλ' ἀρήτος ἐν πραπίδουσι,
 καὶ πικρὴ γαίει πυμάτοις ἐνὶ φωλειοῖσιν,
 Ἑπταπύλους εἴξατο δόμους τρητὰς τε καλιὰς
 Τηλόθ' ἀπ' ἀλλήλων, μὴ μιν θηρήτορες ἄνδρες
 Ἄμφι θύρη λοχώωτες ὑπὸ βροχίδουσσιν ἄγωνται.

Ad quod respexit et Lactantius Firmianus, *De ira Dei*, cap. 7: *Sunt animalia, inquit, quæ latibulis suis diversos et plures exitus pandunt, ut, si quod periculum inciderit, fuga pateat obsessis; quod non facerent nisi inesset illis intelligentia et cogitatio.* Plura alia apud auctores videre poteris; nos enim in præsentī non animalium historiam scribimus, sed tantum nostrum auctorem in rebus naturalibus non nova, neque peregrina, sed genuina, et ab aliis tradita enuntiare ostendimus. Nec opus est hic plura congerere ad ejus astutiam et calliditatem

Ibid., lin. 17. *Ἐδρούσα γὰρ τελμυστήν.* Plura de ejus in venatu et piscatu artibus Ælianus, lib. vi, cap. 24, et lib. i, cap. 36; lib. iv, cap. 38; lib. vi, cap. 63; lib. xiii. Ejus contra aves insidias quemadmodum et hic noster auctor optime explicavit Oppianus *Ἀλιευτ.* ii, et Eriphan. in *Physiologo*: *Ἡ ἀλώπηξ ἐστὶ πολύτροπον ζῶον. Πεινάσασα δὲ καὶ ἀπορούσα τροφῆς ἀπέρχεται ἐπὶ τοὺς ἡλιακοὺς τόπους· καταβρίπτουσα αὐτὴν ἐς γῆν, καὶ ἀνεχομένη τὴν πνοήν, καὶ ὑποκρίνουσα τεθνηκυῖαν κείται ὑπὲρ, τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ τοὺς πόδας ἄνω ἔχουσα.* Ἐπερχομένων δὲ τῶν πετεινῶν, καὶ αὐτὴν κατεσθίειν βουλομένων, ἐκείνη ἐτοίμως αὐτὰ κρατεῖ, καὶ ὅσα βούλεται κατατρώγει. Eadem sunt apud Isidorum, lib. xii, cap. 2; Petrum Damianum, lib. ii, ep. 18; Albertum, Georgium Agricolum, Michaellem Glycam, et alios recentiores.

Ibid., lin. 24. *Ἡ σαῦρα γηράσασα.* Aristoteles lacertum, et senectutem exuere, et oculis connivere tradidit; quomodo autem lumen oculorum senectute amissum recuperet non explicavit.

Ibid., lin. 38. *Ἄλλα καὶ ἀξήσιν μείζονα.* De magnitudine draconum et serpentum e Metasthene et aliis, vide Plinium, lib. viii, cap. 12, 13 et 14; apud Strabonem, lib. xv. Onesicritus refert apud Abisaram India regem duos fuisse dracones, alterum pedum 140, alterum 80. Nearchus autem visam viperam feminam cubitorum sedecim. Vide Ælianium, lib. x *De hist. anim.*, cap. 39.

Ibid. *Ἐπὰν οὖν τὸν ὄρισμ.* Horus, lib. i, cap. 1: *Ἐπειδὴ, τριῶν γενῶν ὄρων καθεστῶτων, τὰ μὲν λοιπὰ θνητὰ ὑπάρχει, τοῦτο δὲ μόνον ἀθάνατον, ὃ καὶ προσφουσησάν ἐτέρῳ παντὶ ζῳῷ δίχα καὶ τοῦ δακεῖν ἀναίρει.*

Ibid., lin. 42. *Τούτῳ δ' ἰχθυῶν.* Quomodo serpentes et crocodilos necat, eleganter Oppianus *Κυρρηγ.* lib. iii.

Ibid., lin. 44. *Ἄλλα μὴν καὶ πρὸς.* Plinius, lib. viii, cap. 24: *Aspis habet deinde internecinum bellum cum ichneumone. Notum est animal hac gloria maxime in eadem natum Ægypto. Mergit se limo sæpius, siccataque sole. Mox ubi pluvibus eodem modo*

se coriis loricavit, in dimicationem pergit: in ea cauda attollens ictus irritos adversus excipit, donec obliquo capite speculatus invadat in fauces. Nec hoc contentus, aliud haud mitius debellat animal. Et Oppianus, lib. iii *Κυρρηγ.*, hæc nostra elegantissime expressit. Nicander item in *Theriacis*; Ælianus *De histor. anim.*, lib. iii, cap. 22, et lib. x, cap. 47, et lib. vi, cap. 38, scribit ichneumonem aspidis ova disperdere, et tanquam catulis suis futuram hostilem perniciem submovere. Horus, lib. ii, cap. 33, non solum in serpentem irruere, sed vocatis prius clamore aliis, quæ omnia simul addidit Aristoteles, *De histor. anim.*, lib. ii, cap. 6, *Ichneumo Ægypti, ubi aspidem anquem suum hostem aspexerit, non prius aggreditur quam socios vocet, et limo obducto, contra ictus morsusque sese loricet, modus armandi ut primum madefaciat corpus, et in terra se volutet.*

Col. 748, lin. 1. *Σαῦρα δὲ ἡ λεγομένη.* Petrus Damianus, lib. ii, ep. 18: *Salamandra, quoque licet exigua, mirabilem fertur habere naturam; adeo ut si casu aliquando in igne mergitur, omnis ignea vis tanquam inundantis aquæ profluvie protinus extinguatur.* Nicander, in *Theriacis*:

Καὶ σαλαμάνδρησιον δόλιον δάκος αἰὲν ἀπεχθές
 Ἦτε καὶ ἀσθέστοιο δι' ἐκ πυρός οἶμον ἔχουσα
 Ἔσσυται ἀκμηρος, καὶ ἀνώδυνος, οὐδέ τι οὐ
 φλῆξ
 Ἐλνεται ἀσθέστη γὰρ ὄσθ' ἄκρα τε γυῶν.

Et in *Alezipharmacis*:

Ἦν δὲ λιποβρίοιο ποτόν δυσάλοκτον ἰσψή
 Φαρμακίδος σαύρης πολυκηδέος, ἦν σαλαμάνδρη
 Κλειούσιν, τὴν οὐδὲ πυρός λωθήσαίτο λιγύς.

Serenus:

Seu Salamandra potens, nullisque obnoxia flammis. Plinius, lib. x, cap. 67: *Sicut Salamandra lucerti figura, stellatum, nunquam nisi magnis imbribus, proveniens, et serenitate deficiens. Huic tantus rigor, ut ignem tactum extinguat non alio modo quam glacies.* Ælianus, *De hist. anim.*, lib. ii, cap. 31; Piusides, *De mundi opificio*:

Ποταῖς δὲ πηγαῖς ἢ βυθοῖς κεκρυμμένοις
 Ἀρὰ σαλαμάνδρα τὰς κάμινους αἰθάλην;

Olympiodorus apud Scaligerum de subtilitate ad Cardanum exerc. 74, num. 3, *Τοῖς ὑελέφαις*, inquit, πολλὴ φροντίς τοῦ τινάσσειν τὴν πάπυρον, ἵνα μὴ ἐντὸς περιέχεται ἡ σαλαμάνδρα· ζημιώδες γὰρ αὐτοῖς τῷ σέσαι τὴν κάμινον. Aristoteles, lib. v *De hist. anim.*, cap. 19; Nazianzenus in *Basilium*, et *Parænesi ad Virgines*. Huic tamen sententiæ Dioscorides refragatur, et Galenus in *Simplic.*, σαλαμάνδρας καυθείσης meminit; et iv *Κατὰ τόπ.*, Σαλαμάνδρας κεκαυμένης σποδὸν requirit.

Ibid., lin. 3. *Φασὶ δὲ τὴν ἔχιδραν.* Basilium, hom. 9: *Καὶ ἔχιδναι τὰς μήτρας ἐκφαγοῦσαι, πρὸς ἔρχονται, πρέποντας τῇ γεννησαμένη τοὺς μισθοὺς ἐκτινύουσαι.* Notandum est quod narrat Petrus Damianus, lib. ii, *epistol.* 18, de hac eadem re. *Viperæ*, inquit, *hac coeundi vel pariendi consuetudine naturali potiuntur imperio ut masculus in os*

*feminae caput impingat, quod illa præ nimii amoris impatientia mordendo præcidat, ac præsto deglutiat, ex cujus capitis oculis duo catuli procreantur, qui partus tempore materna latera utrinque corrodunt, et sic alitrinsecus simul occidentes, et nascentes erumpunt. Qui nimirum ante suam parricidiam quam filii, et ideo nunquam præter duos valet hujus generis excedens aliquid inveniri. Duo tamen hic de natura hujus serpentis, quæ refert hic auctor, et multi alii uno ore, considerata sunt, et primum de coitu; ait enim, viperam per os semen excipere, membrumque maris ore excidere, hac ratione mari necem parando. Hoc idem aliter alii narrant, viperam duntaxat ori suo maris caput habere insertum in coitu, et illud ardore libidinis præmorsum abscindere. Horus, lib. II, cap. 59: Αὐτὴ γὰρ, ὅταν συγγένηται τῷ ἄρρηνι, στόμα στόματι ἐμβαλοῦσα, καὶ μετὰ τὸ ἀποστυχθῆναι, ἀποδοκῶσα τὴν κεφαλὴν τοῦ ἄρρηνος, ἀναίρει. Basilias, *Contra senatores*, et *De invidia*; Ælianus, *De hist. anim.*, lib. I, cap. 14, etsi paululum ab aliis varius Phile, in *Iambis*:*

Ἔχῃς δὲ θερμὸς προσπλακεῖ τῇ συζύγῳ,
καὶ τὸν τέως ἥδιστον ἀρ' ἀνύσας γάμον,
κείται φορευθεὶς ὑπάλ' τῆς ἑραστρίας
τῶντου σὺν ὀργῇ λανθανόντως ἐχομένης
σοβαρὸν τ' ἐκείνον ἐκτεμούσης αὐχένα.

Prudentius, *Hamartigenia*; Plinius, lib. X, cap. 42, *Viperæ mas caput inserit in os, quod illa abrodit voluptatis dulcedine*. Et ex recentioribus Adrianus Junius, emblem. 38.

Ibid., lin. 5. Αὐτὴ δὲ ἔγγυος. Secundum est de partu eorum; aiunt namque quod filii, disrupto ventre, exesaque vulva erumpunt, pensantes, ac ulciscentes primam pejori impietate. Phile, in *Iambis*:

Πλὴν ἀλλ' ὁ μὲν τέθηκεν, ἡ δὲ νῦν κύει·
μετὰ δὲ μικρὸν τινα αὐτὰ τὰ βρέφη χροόνον
τῆν μηρικὴν ῥήξαντα νηδὺν ἐξέδου.
Μὴ γοῦν τετιμώρηκε τῷ φωτοσπύρω.

Horus, lib. II, cap. 60; Antigonus Crastius, *De mirabil.*, Οὐδὲ ἔχιδνα δίς. Ἐσθλεί γάρ αὐτῆς τὴν κοιλίαν τὰ ἔμβρυα. Ælianus, lib. I *De histor. anim.*, cap. 24, et lib. XV, cap. 16, ex sententia Theophrasti ait, ventrem non corrodere, neque dirumpi a filiis, sed quia angustus est mole sobolis pellitur, qui cum reniti non possit perrumpitur, et acus marinæ exemplo persuadere conatur, quæ quia capacem alvum non habent similiter afficiuntur a suis fetibus. Plinius, l. d.: *Tertia die intra uterum catulos excludit, deinde singulis diebus singulis parit, viginti fere numero. Itaque cæteri tarditatis impatientes perrumpunt latera occisa parente*. Aristoteles tamen, *De hist. anim.*, lib. V, cap. ult., aliter sentit et narrat. Ideoque ab aliquibus hoc sicuti et primum de viperarum coitu uti fabulosum rejicitur. *Parit catulos obvolutos membranis, quæ tertia die rumpuntur. Contingit vero nonnunquam, ut qui in utero adhuc sunt abrosis membranis prorumpant. Singulis diebus singulis parit, plures quam viginti. Verissimum itaque est superesse partui suo vipe-*

ram, quod et tradidit Apollonius apud Philostratum, et Maximus Tyrius. Et Romæ sæpissime in ligneis thecis enata soboles ab omnibus cernitur, et parens salva ac superstes; et ego etiam vidi. Consule Rodiginum, lib. VI, cap. 13. Illud etiam addam, Cardanum a Scaligero exerc. 125 et 183, num. 13, reprehendi, quod scilicet aspidem et viperam unam et eandem agnoverit; sicut in epistola quadam manu propria Cardani scripta se Scalliger vidisse testatur, eum dipsadem cum vipera idem existimasse. Petrus item Bellonius, *Observat.* lib. II, cap. 54, fatetur se verbis Aristotelicis impulsus, vipersas prægnantes observasse: quæ sine tunicis sobolem peperisse visæ sunt. Qui tamen viperam eam intelligit, quam Turonenses et Cenomanni *Aspic* nominant quæ quam vera sint alterius erit negotii discutere.

Ibid., lin. 9. Ἰνῆράσας δὲ ὁ ὄφεις. De serpente, ejus natura, et quomodo senectam exuat, Petrus Damianus, lib. II, epist. 18; Ælianus, *De hist. anim.* lib. IX, cap. 16, ait, serpentem sceniculo oculis affricatis oculorum hebetudinem abjicere; senescunt enim oculi et sicuti reliquum corpus, ita et oculi suæ perfectionis habent terminum quem attingant, quem si excesserint lumen absumunt, infirmique redduntur, Ὅταν ἀποδύσεται τὸ γῆρας ὁ ὄφεις, ὑπαρχομένου δὲ τοῦ ἦρος δρᾶ τοῦτο, ἐνταῦθά τοι καὶ τῶν ὀφθαλμῶν τὴν ἀχλὺν, καὶ τὸ ἀμβλὺ τῆς ὕψεως ῥίπτεται, καὶ ἐκεῖνο ὡς γῆρας ὀφθαλμῶν. Τῷ δὲ μαράθρω προῦποθήγων, καὶ περιψήχων τὸ δμμα ἐκότερον, εἴτα ἐξάνθης τοῦδε τοῦ πάθους γίνεται· Ἀμβλυώττει δὲ ἄρα διὰ τοῦ χειμῶνος φωλεύσας ἐν μυχῷ καὶ σκότῳ. Οὐκοῦν παλαιούσαν ἐκ τῶν κρυμῶν τῶν ζῶων τὴν ὕψιν ὑποθερμαίνον τὸ μάραθρον καθαιρεί, καὶ ὀξυωπέστερον ἀποφαίνει. Et Plinius, lib. VIII, cap. 27: *Anguis hyberna latebra visu obscurato, marathro herbæ sese affricans, oculos inungit, ac refovet; si vero squamæ obtorpuere, spinis juniperi se scabit*. Et lib. X, cap. 23: *Feniculum nobilitare serpentes gustatu, ut dixi, senectam exuendo, oculorumque aciem succo ejus refovendo*. Aristoteles tamen, lib. VIII *De hist. anim.*, cap. 17, videtur in ea esse sententia, si recte ejus verba considerentur, videlicet serpentes non esse cæcos: sed quia D pellis illa sive senecta primum detrahitur ab oculis, dum exuuntur, ideo iis qui rem non intelligunt videri cæcos fieri, Ὅταν δὲ ἀρχονται ἐκδύνειν οἱ ὄφεις, ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἀφίστασθαι πρῶτόν φασι, ὥστε δοκεῖν γίνεσθαι τυφλοὺς τοῖς μὴ συνιοῦσι τὸ πάθος. Natura perfectioribus animalibus invida, sui tamen in serpentibus prodiga conspicitur. Si cui enim vel levissimum quid in oculos injeceris, præter dolores immensos, et lacrymas, quæ continuo defluunt, est et periculum illis, ne morbo obnoxii lumen amittant. Quod si contigerit, nusquam ad primam illam aciem regredi valent. Serpentibus id concessit, quorum oculos si laceraveris, alii renascentur, et idem cum prioribus munus præstabunt. Notavi ex Aristotele, *De hist. anim.*, lib. II, cap. 17, *Ex-*

nire serpentibus idem quod pullis hirundinum nonnulli aiunt; oculis enim serpentum laceratis, subnasci alios referunt; caudæ etiam laceratis atque serpentibus amputatæ renascuntur. Plinius, lib. xi, cap. 37, Serpentum catulis et hirundinum pullis, si quis eruat, renasci tradunt.

Ibid. *Καὶ νηστεύσας ἡμέρας.* Aristoteles, *De hist. anim.* l. viii, c. 4, diu et serpentes et phalangia vivere posse sine cibo affirmat, quod ex iis, quos pharmacopolæ alunt perspicuum est. Epiphanius, in *Physiol.* c. 13: "Ὅταν γηράσκη, ἀμβλύνονται αὐτοῦ οἱ ὀφθαλμοί, καὶ ἐὰν ἀνανεάζειν αὐτὸν βούληται, νηστεύει ἡμέρας τεσσαράκοντα, ἕως ἂν τὸ δέμας αὐτοῦ χανωθῆ, καὶ εὕρισκει πέτραν, καὶ βραχάσταυει· προκύψας δὲ διὰ τῆς ὀπῆς ὠθεῖται περᾶσαι, καὶ ἐκβάλλει τὸ γῆρας, καὶ ἀποβαλὼν αὐτὸ τερπωλὴν παρέχει νεανίσκων.

Ibid., lin. 10. *Καὶ εἰσέρχεται εἰς βάρ.* Serpentes senectam exuere scribunt Aristoteles, *De hist. anim.* lib. viii, c. 17; Ælianus, l. ix, c. 16; Nicander, in *Theriakis*; Virgilius, II *Georg.* et II *Æneid.*; Nonnus, *Dionysiaca* l. xli; Simmias, in *Ala.*; Theodor. l. I *Therapeut.*; Plinius, l. viii, c. 27: *Anguis hyberno situ membrana corporis obducta sæniculi succo impedimentum illud exuit, nitidusque vernat. Exuit autem a capite primum, nec celerius quam uno die, ac nocte replicans, ut extra fiat membrana, quod fuerat intus;* Horus, l. I, c. 2. Nec parcat hac in re Cardano Scaliger, exerc. 189, n. 3, sed causam adductam quare serpentes senectutem exuant propter siccitatem duntaxat refellit exemplo stellionis, qui non est siccus et exuit, et arborum sicciorum, qui corticem nullum mutant; cantharidum, quæ inter insecta siccissimæ sunt, et cimicum volantium, quos ipse se igneos expertum esse fatetur.

Ibid., lin. 13. *Ὅταν δὲ διψήσῃ.* De vipera, quæ venenum exspuit dum cum muræna congregitur, idem scribunt Oppianus *Ἀλιευτ.* I; Phile in *Iambis*; Achilles Tattius, et alii.

Ibid., lin. 19. *Ὁ δὲ βασιλίσκος ἰσρ.* Basiliscum et olfactu necantem, et hominem si aspiciat tantum interimere dicit Plinius, lib. xxix, cap. 4, in quo loco pro *olfactu*, *afflatu* restituerem ex communi auctorum sententia, qui afflatu suum virus circumspargere dicunt, et ipsius Plinii verbis, l. viii, c. 21: *Eadem et basilisci serpentis est vis. Cyrenaica hunc generat provincia, xii non amplius digitorum magnitudine, candida in capite macula, ut quodam diademate insignem. Sibilo omnes fugat serpentes, nec flexu multiplici ut reliquæ corpus impellit, sed celsus et erectus in medio incedens. Necat frutices non contactos modo, verum et afflatus: exurit herbas: rumpit saxa, talis vis malo est.* Galenus, lib. *De Theriaca* ad Pisonem: "Ὁ μὲν γὰρ βασιλίσκος. Ἔστι γὰρ τὸ θηρίον ὑπόξανθον, καὶ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ τρεῖς ὑπεροχὰς ἔχων, ὡς φασιν, ὅτι καὶ ὀραθεὶς μόνον καὶ συρίττων ἀκούσθεὶς ἀναρεῖ τοὺς ἀκούσαν-
16 Jerem. viii, 17.

Α τας· καὶ τοὺς ἰδόντας αὐτὸν· καὶ οἱ τῶν ἄλλων ζώων εἰ τι καὶ ἄφαιτο τοῦ ζώου ἀνηρμένου, καὶ αὐτὸ τελευταῖα εὐθέως, καὶ διὰ τοῦτο πᾶν αὐτοῦ τὸ γένος τῶν ἄλλων θηρίων ἐγγὺς εἶναι φυλάττεται. Eadem refert Horus, lib. I, cap. 1, et lib. II, cap. 61; Albertus Magnus, lib. xxv *De anim.*, nominum diversitate deceptus, basiliscum congeminando duas illius species diversas constituit; siquidem duo capita facit, alterum de basilisco, alterum de armene. Avicenna dubitat, anne idem serpens armene cum basilisco, vel diversus. Nicolaus Leonicensis armenem et basiliscum unicam esse speciem et non duas multis argumentis ac rationibus probat, refellitque Albertum, et Avicennam, et quorundam aliorum opinionem, qui armenem unum cum catoblepa constituebant. Decepti, ut puto, auctoritate Plinii, qui lib. viii, capit. 21, ait, quemadmodum basiliscum, ita et catoblepam vel solo aspectu homines atque alia animalia interimere. Mons item qui Narsingæ regnum dividit a Malabaribus multas alit feras, inter quas alatos angues arboribus insistentes, quos aiunt solo afflatu, vel etiam obtutu, eos qui propius accedunt interficere. Julius Scaliger in *Cardanum*, exercit. 249, refert, se legisse apud recentiores Romæ Leone pontifice maximo ad ædem Lucæ sub fornice stabulatum esse basiliscum, cuius afflatu magna lue affecta Roma fuerit, eumque illico pontificis precibus extinctum. Basiliscum non incantari testatum est sacris Litteris: *Ecce ego, inquit Dominus, mittam vobis serpentes regulos, quibus non est incantatio, et mordebunt vos*. Quin etiam quidam crediderunt basiliscum incantamenta discutere, et ab his jam captos alios serpentes solvi et liberari. Obiter notanda est hic Augustini Eugubini sententia, qui in *Cosmopoeia* serpentem qui Evam decepti fuisse basiliscum censet, ut sicut diabolus, qui tentavit Evam, princeps fuisse creditur dæmonum, ita usus sit ut organo eo serpente, qui omnium serpentum tanquam rex haberetur. Hunc vero esse basiliscum, et nomen ipsum indicat, et quæ de incredibili ejus ad nocendum vi Plinius et Solinus tradunt.

Ibid., lin. 22. *Ἰστοροῦσι δὲ αὐτόν.* Origenes in catena Græca in *Jerem.*, cap. 49: *Καὶ ὄφεις γὰρ ἰοδόλλους εἰ κατακλείσεις, ἔψει τοὺς ἀσθενεῖς ὑπὸ τῶν δυνατωτέρων ἀπὸ λιμοῦ κατεσθιομένους, ἕως οὗ ὁ πάντων ἰσχυρότατος πληρωθεὶς ὑπὸ τῶν ὄφειν οὐδὲ κατεδήσκειν ὁ καλούμενος γένεται βασιλίσκος, ἰὼν ἔχων ἐκ μόνης θέας καρποφόρον δένδρον ξηραίνοντα.* Epiphanius, *Advers. hæres.* lib. I, tom. II, hæres. 22, narrat hanc a veteribus historiis proditam esse: *Cum plures aliquando aspides in unum fictile vas conjectæ, et in fundamentis angulorum quatuor cuiusque idolorum templi in Ægypto depositæ essent, ex iis aspidibus quæ fortior erat in alius invasit, easque devoravit, quæ cum sola remansisset, et quo se aleret haberet nihil, in se ipsam retorta et a cauda paulatim arruens parte se aliquatenus cor-*

poris depasta est, adeo ut non amplius integra sed dimidia sui parte mutilata permanserit : idcirco *Aspidogorgonem* eam appellarunt. Sic apud Spartanum in Antonino Pio, *Visus est in Arabia jubatus anguis major solitis, qui se a cauda medium comedit.* Sæpius me meminisse, et vulgus sine ulla hæsitatione affirmat, basiliscum nasci ex ovo galli, si quando a rubeta, seu bufone fotum sit. Sane id sine dubio certum est, et experientia quotidie videmus gallos jam ætate defessos cum veneris, virium imbecillitate, neque fructum neque usum ullum habeant, ovum parere, orbiculata figura, colore luteo, flavescenti, lurido. Et mihi, dum Lucaniæ eram, ostensum fuit, in quo præter hosce colores circumcirca figura quædam ex cortice ovis exuberans spectabatur, tactuque optime dignoscebatur variis flexibus contortisque gyris in formam serpentis desinens, relatumque fuit ovum illud ex gallo natum. Ἐγὼ δὲ τοι οὐ ταχισταίης, me eorum inscitiam mirari dicebam; fieri enim posse, ut gallus pareret: illi reprehensionis impatientes plures adducunt testes aliis annis id etiam evenisse, et illos esse testes in hoc oculos, et fide dignos. Dum adhuc obstarem, et quasi eorum fidei contemtor abirem aversus, contrahunt vestem, vique raptum cogunt, ut una procederem. Quid facerem? processi, donum in quo gallus erat, invisimus, et ovum unde abstulerant deponunt. Gallus qui videbatur nescio quomodo turbatus, statim agnito fetu acclamat, accurrit, rostro quasi deosculans, alis expansis superinsedit. Discedimus. Post tertium diem accedo vocatus: gallus ovum fovebat, cibi potusque immemor; nunquam illo triduo cistam reliquerat. Eo minis, baculoque depulso ovum in fornacem abjicitur. Pariunt itaque galli, et incubant. Verum an ex illa incubatione basiliscus gigneretur? Dicerem aliquod animal, idque venenosum prodire, cum putris illa materia, quæ in ovo latet, concreta id habeat quod similia producat, quæ et galli halitu, vel alterius animantis animari posse non dubito, ut videmus in iis, quæ ex putridis corporibus enascuntur. Quare et sua laude dignum est Ægyptiorum inventum, qui ovis ibidem insidiantur, repertaque frangunt, ne noxium quidpiam inde trahat originem, sive, ut ipsi existimabant, basiliscus. Etenim cum ibidem venatorum venationibus gaudeant, serpentibusque inferantur, nulli dubium aliquando ex eorum ovis pestiferum quid nasciturum. Consule Theophylactum Simocatam, *Q. nat.*, quæst. 14, Πολὺ λόγῳ τὰ τῶν Ἰβέων ὡς εὐχερέστατα τίκτουσι βασιλισκούς θφεις; Aliam tamen basilisci generationem narrat hic Eustathius. Quidquid tamen sit, historici tradunt illos in Africa generari, et torridis illis regionibus nidulari. Refert Levinus Lemnius, *De occult. nat. mirac.* lib. 1v, cap. 12, in Saxoniam basilisci quoddam genus silvestre passim conspici, capite acuminato, colore flavo, longitudine dodrantali, inusitata crassitudine, ventre maculoso, multisque candidis punctis in-

A signito, tergo cæruleo, cauda turbinata atque incurva, hiatu rictuque oris pro corporis proportionem immenso. Quod inter serpentes potius, quam basiliscos referendum est, cum nec halitu contagione afficiant, nec aspectu necent adorientes agricolas, nisi regionis illius frigus aerisque certa temperies venenum illud ita comescere, impedireque ne effundatur affirmare velimus. Quod in adustis regionibus torrentibusque non eveniret. Oppianus, lib. 1 *Ἀλιευτ.*, piscis cujusdam basilisci nomine meminit.

Ibid., lin. 28. Ἴδρ ἔχωρ χαλεπῶτ. Ea hujus veneni vis, ut non solum tactu absumat, sed eam etiam rebus a se consumptis pestifere repens ingerat, ita ut et illæ etiam venenum spargant et interrimant. Plinius, lib. viii, cap. 21 : *Creditum quondam ex equo occiso hasta, et per eam subeunte vi non equitem modo sed equum quoque absumptum.* Ælianus, lib. 11 *De hist. anim.*, cap. 5, Et δὲ ἄνθρωπος κατέχει ῥάβδον, εἶτα ταύτην ἐκείνος δάκη, τέθνηκεν ὁ κύριος τῆς λύγου.

Ibid., lin. 29. Ὡς καὶ ἀπὸ μόνου. Superius diximus, basiliscum solo oculorum aspectu hominibus necem inferre, variis historiis id referentibus. Franciscus Vallesius, *De sacra philosoph.* cap. 68, hæc fabulosa esse contendit, nec posse adduci ut credat. Quod dictum quam sit in viro philosopho ineptum, non est opus multis explicare, cum rationibus et experientiis, non pertinacia, non ignavia in rebus physicis agendum sit. Nec videtur sapientis id esse, dum se opponit difficultas quam non intelligit, illico tanquam fabulosa, quæ ab aliis uno consensu dicuntur, rejicere. Sed ut hæc quæstio habeat lucem aliquam, consideranda est causa quæ Vallesium impulit, ut hæc tanquam falsa damnaret. Cum enim ageret de fascinatione, nec eorum opinionem vellet admittere, qui fascinationem fieri dicebant exeuntibus visoriis radiis, et cum his deferri vapores venenosos, quæ opinio non videbatur illi communis, sed tantum Platoniorum, ne cogere, quamvis ipse id non attingat, in eam ire sententiam, si basilisci venenosum aspectum concederet, fabulosa esse quæ de basilisco tanti viri tradiderunt contendit. Quod quamvis contra Aristotelis sententiam nescio quomodo facere videtur, tamen nec Platoniorum opinio confirmatur, nec Peripateticorum refellitur. Basiliscus namque non emissione radiorum, quibus tanquam vehiculis venenum et noxa viso deferatur, sed humido oculorum, in quo tanquam subjecto venenum est, inficit aera, et per illum hominem, et aspectus tantum requiritur ut dirigat illud venenum in hominem quem videt. Nulli enim dubium esse debet, hoc animal suum pestilentem halitum, non tantum quem ore spirat, sed et quem toto corpore exhalat, effundere circumcirca per totum aerem ambientem, eumque inficere. Singulari tamen modo oculorum motu, aerem commovere, et perniciosiorem reddere. Sed multa fabulosa et ficta Vallesio,

etiam, prob nefas! ex sacris Scripturis, quod quam pium, quam tutum, quam Christianum alii iudicent. Melius est inscitiam fateri suam, quam ubi res ipsas non noveris, scientiæ sapientiæque obtutu inficias ire: et quæ Spiritus sanctus ipse dictavit negando in sensum alium detorquere.

Ibid., lin. 30. Ὁ δὲ κάρθαρος. Ita etiam Horus, lib. 1, cap. 10, βοῶς ἀφόδευμα. Suidas tamen δνου. Plinius ex Virgilio, *Virgilius juvencorum corpore exanimato, sicut equorum vespas, atque crabrones, sicut asinorum scarabæos mutante natura, ex aliis quædam in alia*. Vide Epiphanium in *Ancivot*. Clemens item *Hypot*. vi, homines voluptatibus imprensus deditos, et immersos, ac ebrios tanquam cantharos in stercore volutari scribit.

Ibid. *Κυκλοτερές σχῆμα*. Horus, lib. 1, cap. 10: Πλάσσει σφαιροειδῆς παραπλήσιον τῷ κόσμῳ σχῆμα, δ ἐκ τῶν ὀπισθίων μερῶν κυλίσας ἀπὸ ἀνατολῆς εἰς δύσιν αὐτὸς πρὸς ἀνατολὴν βλέπει, ἵνα ἀποδῶ τὸ τοῦ κόσμου σχῆμα. Georgius Pisides, *De mundi opificio*; Ælianus, lib. x, cap. 15: Ὁ κάρθαρος ἀθρῶ ζῶν ἔστι. Σπείρει δὲ εἰς τὴν σφαιρὰν ἣν κυλεῖ· ὀκτῶ δὲ καὶ ἑξοσί ἡμερῶν τοῦτο δράσας, καὶ θάλλψας αὐτὴν, εἶτα μέντοι τῆ ἐπὶ ταύταις πράσσει τὸν νεοττόν.

Ibid., lin. 31. Φασι δὲ αὐτόν. Forte ad hoc respexit Aristoteles, *De hist. anim.* lib. v, cap. 19, *Scarabæi pilularii in fimo quem volunt conduntur per hiemem parvosque vermiculos pariunt, ex quibus ipsi procreantur*.

Ibid., lin. 32. Οὐ γὰρ θῆλυς ὑπάρ. Horus, loco citato *De hist. anim.* lib. x, cap. 15, scribit Ægyptiorum bellatores in annulis insculptum scarabæum gestasse ad significandum solis maribus pro patria esse bellandum, quod scarabæus caret femina. Αἰγυπτίων δὲ οἱ μάχιμοι ἐπὶ τῶν δακτυλίων εἶχον ἐγγεγραμμένον κάρθαρον, αἰνιττομένου τοῦ νομοθέτου δεῖν ἄρβενας εἶναι πάντας πάντη τοὺς μαχομένους ὑπὲρ τῆς χώρας. Ἐπὶ καὶ ὁ κάρθαρος θηλειᾶς φύσεως οὐ μετέληχεν.

Ibid. Καὶ οἱ Αἰγύπτιοι διὰ τὴν. Præter Plutarchum et Ælianum, Eusebius lib. iii *De præparat. evangel.* idem affert ex lib. Porphyg. *Περὶ τῆς τῶν ἐμφύχων ἀποχῆς*. Αἰγύπτιοι δὲ ἐσέφησαν ὡς εἰκόνα ἡμοῦ ἐμφυχον, in quem acerrime invehitur Pisides, *De mund. opific.*; Plinius, lib. xxx, cap. 11, scarabæum qui pilulas volvit, *Propter hunc Ægypti magna pars scarabæos inter numina colit, curiosa Apionis interpretatione, qua colligat solis operum similitudinem huic animali esse ad excusandos gentis suæ ritus*. Horus præterea aliam hujus venerationis causam reddit, quod scilicet mares sint omnes scarabæi, nulla femina. Vide Rodiginum, lib. viii, cap. 5.

Ibid., lin. 39. Οἱ δὲ μύρμηκας τόν. Basilius, hom. 9, inter reliqua: Διακόπτει γὰρ ταῖς ἑαυτοῦ χηλαῖς τῶν καρπῶν τὸ μεσαίτατον, ὡς ἂν μὴ ἐκφυέντες ἄχρηστοι πρὸς τροφήν αὐτῶ γένοιτο· καὶ διαψύχει τοῦτους, ὅταν αἰσθηταὶ αὐτῶν διαβρόχων, καὶ οὐκ ἐν παντὶ προβάλλει καιρῶ, ἀλλ' ὅταν προαίσθηται τοῦ ἀέ-

ρος ἐν εὐδινῇ καταστάσει φυλαττομένου. Ἄμειλι οὐκ ἂν ἴδοις δμῆρον ἐκ νεφῶν ἀποβρύέντα παρ' ὅσον χρόνον ἐκ τῶν μυρμηκῶν ὁ σῆτος προδέδληται. Horus, lib. 1, cap. 52, ait, formicas in hiemem sibi cibos congerere et eorum studium in parando sibi cibo, et colligendis fructibus expressit Aristoteles, lib. ix, cap. 38. Plinius, lib. xi, cap. 30, ex Aristotele, *Semina arrosa condunt, ne rursus in fruges exeant e terra. Majora ad introitum dividunt. Madefacta imbre proferunt, interlunio cessant. Jam in opere qui labor! quæ sedulitas!* Ælianus, lib. ii, cap. 25; Georgius Pisides, *De mundi opificio*; Epiphanium, in *Physiologo*, cap. xviii; auctor epistolæ ad præsidium, Dio Chrysostomus, oratione politica in concione, Καὶ μέντοι καὶ μύρμηκας πάνυ ἡδέως ἰδεῖν ἔστιν, ὅπως μὲν οἰκοῦσι μετ' ἀλλήλων εὐκόλως, ὅπως δὲ ἐξίσσιν, ὅπως δὲ τὰ βάρη μεταλαμβάνουσιν, ὅπως δὲ παραχωροῦσιν ἀλλήλοις τῶν ὀδῶν. De fornicarum in labore assiduitate non injucunda est Aphthonii sophistæ fabella.

Ibid., lin. 45. Βδέλλα σκαληκοσιδῆς. De hircinibus Dioscorides, lib. vi, cap. 32, et Apsytus apud collect. *Geoponic.* lib. xvi.

Ibid., lin. 54. Τῶν δὲ ὄψεων καὶ τῶν. Theophylactus Simocatus in *Quæst. naturalibus*, quæst. 14, de ibide, Ἦδεται τοῦτο τὸ ὄρνεον τινὰ δυσώδη σιτούμενον· χαίρει δὲ μάλιστα καὶ ταῖς τῶν ἰοδόλων ἄχραις, πολυβορώτατον ἔν. Ἄλλα καὶ τοῖς ὄψεσιν ἴδις, καθάπερ ὁ βασιλίσκος, πολέμιον. Διὸ καὶ πτερὰ ἴθων πολέμια ὄψεσιν. Ἐμφορεῖται δὲ σαρκῶν ὄψεων καὶ σκορπίων, καὶ γέγηθεν ἐπὶ ταύτῃ τῇ θήρῃ. Vide Petrum Damianum, lib. ii, cap. 18. Sed de ibide inferius.

Ibid. Τοῖς δὲ κερδέταις. Ælianus, *De histor. animal.* lib. x, cap. 14, Ὀφείων τε καὶ δακτεῶν θηρίων αὐτὸς ἔστιν ἐχθιστος. Οὐκ αἶ γοῦν αὐτὸν διαλάβῃ, οὔτε ὄφεις, οὔτε σκορπίος, οὔτε μὴν πονηρὰς ὕλης ἄλλο τι ἔκτοκος.

Ibid., lin. 57. Ἔστι δὲ τοῦτο συμμ. Ælianus, lib. ii *De hist. anim.*, cap. 42: Νεκρὸν δὲ ἀνθρώπων ἱέραξ ἰδὼν, ἐπιβάλλει γῆς τῷ ἀτάφῳ. Καὶ τοῦτο μὲν οὐ κελεύει αὐτῷ ὁ Σόλων, ὡς Ἀθηναῖος ἐκέλευσε δρᾶν· οὐδὲ σώματος (ita enim corrigo) ἄψεται. Μένει δὲ ἄγευστος καὶ ποτοῦ ἐὰν εἰς αὐλακα ἐποχουτεύῃ εἰς ἀνθρώπος· πεπίστευκε γὰρ αὐτὸν πονούμενον ζημιοῦν ὑφαιρούμενος ἐκ τῆς ἐκείνου χρείας ὕδωρ. Εἰ δὲ πλείους ἐπάρδοιεν, ἀφθονίαν τοῦ βρέυματος ὄρων ὡς φιλοσησίας τινὸς ἐξ αὐτῶν μεταλαμβάνει, καὶ πίνει ἡδέως.

Col. 749, lin. 4. Μετὰ δὲ τὴν τοῦ κόσμου. Sicut de principio et creatione hujus mundi variæ apud illos, quibus lumen Evangelii non affulsit, controversæ sententiæ fuere, quæ omnes a veritate aberrarunt; ita et in creatione hominis varii dissidiis senetippos vexarunt. Quidam enim naturam humanam æternam asseverarunt; alii primum in Attica natos fuisse homines; alii in Arcadia; alii in Ægypto. Theodoretus, *Græc. affect.* lib. v; Justinus, *Histor.* lib. ii, diuturnæ contentionis inter Scythas et Ægyptios de generis vetustate meminuit; et eo-

rum argumentis expositis Ægyptiis superatis anti- A
quiores Scythas semper visos narrat.

Col. 749, lin. 5. Τῷ μὲν θεμῶ. Necesse enim
erit, ut homo apte, ac temperate constitueretur, ne
urgentibus humorum hinc inde differentiis, et con-
trarietatibus distractus gravissime offenderetur; sic
enim promptus et alacris, illi, ad quod erat natus,
instructus incuberet, mentique deserviret spectator
superarum rerum, atque cœlestium. Quæ omnia aliis
animantibus denegata sunt: et hoc quidem calidius,
ideoque iracundum, rapax, superbum; illud frigidius,
ideoque segne, pestiferum, somnolentum; et sic de
aliis possumus philosophari. Optime itaque a Deo
extrema compressa sunt; et homo ab omni parte in
media quadam frigidi et calidi, sicci et humidi con-
stitutione formatus, mirifice promptus ad actus neces-
sarios comperitur. Hoc postea humorum tempera-
mentum sicut et multa alia dona a Deo sibi collata,
peccato, et præcepti violatione infirmavit.

Ibid., lin. 7. Ἐχорта πάντα τὰ μέρη. Ideoque
non insulse nec oscitanter homo, *parvus mundus*,
a plerisque nuncupatur. Gregorius Nazianz. οἰν
Christi nativitate: Τοῦτο δὴ βουλευθεὶς ὁ τεχνίτης
ἀπειδείξασθαι Λόγος, καὶ ζῶον ἐν ἐξ ἀμφοτέρων, ἀορά-
του τε λέγω, καὶ ὁρατῆς φύσεως, δημιουργεῖ τὸν ἄν-
θρωπον· καὶ παρὰ μὲν τῆς ὕλης λαβὼν τὸ σῶμα,
ἥδη προϋποστάσης, παρ' ἑαυτοῦ δὲ ζωῆν ἐνθεῖς, ὃ δὴ
νοεράν ψυχὴν καὶ εἰκόνα Θεοῦ εἶδεν ὁ Λόγος, οἶόν
τινα κόσμον δεύτερον ἐν μικρῷ μέγαν ἐπὶ τῆς γῆς
ἴστησιν, ἄγγελον ἄλλον προσκυνητὴν μικτόν, ἐπόπτην
τῆς ὁρατῆς κτίσεως, μύστην τῆς νοουμένης, βασιλέα
τῶν ἐπὶ γῆς, βασιλευόμενον ἄνωθεν, ἐπίγειον καὶ
οὐράνιον, πρόσκαιρον καὶ ἀθάνατον, ὁρατὸν καὶ νοού-
μενον, μέσον μεγέθους καὶ ταπεινότητος, τὸν αὐτὸν
πνεῦμα καὶ σάρκα, πνεῦμα διὰ τὴν χάριν, σάρκα διὰ
τὴν ἔπαρσιν, τὸ μὲν ἵνα μένη, καὶ δοξάζῃ τὸν εὐε-
ργέτην, τὸ δὲ ἵνα πάσῃ, καὶ πάσῃ ὑπομιμνήσκηται,
καὶ παιδεύηται, τῷ μεγέθει φιλοτιμούμενος, ζῶον
ἐνταῦθα οἰκονομούμενον, καὶ ἀλλαχοῦ μεθιστάμενον,
καὶ πέρας τοῦ μυστηρίου τῆ πρὸς Θεὸν νεύσει Θεοῦ-
μενον. Nicetas, Comment. in eundem: Καὶ ἔθηκε τὸν
ἄνθρωπον ἐπὶ τῆς γῆς μέγαν κόσμον ἐν μικρῷ κόσμῳ
τῷ αἰσθητῷ. Μικρὸς γὰρ ὁ παρὼν κόσμος πρὸς τὸν
ἄνθρωπον, οὗ ἕνεκα πάντα ἐγένοντο· τὴ γὰρ οὗ ἕνεκα
μεῖζον καὶ τιμώτερον· καὶ κατέστησε τὸν ἄνθρωπον
βασιλέα τῶν ὑπὸ τὴν σελήνην ἀπάντων, ἵνα δεσπόζῃ
τῶν ὑπ' αὐτοῦ γενομένων κτισμάτων. Vide Chry-
sostomum sermone in magnam Parasceven. Geor-
gius Pisides, *De vanitate vitæ*,

Σμικρὸς γὰρ ἐστὶ κόσμος ἀνθρώπου φύσις.

Gregorius tamen Nyssenus, *De opificio hominiis*,
cap. 46, videtur improbare eorum opinionem, qui
cum hominem vellent extollere, ejus cum hoc mundo
facta collatione, *parvum mundum* vocavere; indigna
enim humanæ excellentiæ imaginabatur, cum
hæc sint communia, et culici et muri, cum et
hæc ex quatuor constant elementis, et sensu præ-
dita sint. Quid inde dignum homine loquebantur,
dum hominem ad mundi imaginem et similitudi-

PATROL. GR. XVIII.

nem comparatum exprimerent? futurum namque
est ut pariter cœlum hoc volubile, terra mutationi-
bus obnoxia, cuncta denique his comprehensa, cum
eo ipso quod ambit, universa intereant. Verum
posset Eustathius respondere: neque solam ani-
mam, neque solum corpus hominem esse, sed
utrumque unum efficere hominem, qui quamvis
corpore morti obnoxius vivat, animo tamen im-
mortalis, præstantia et excellentia, et cœlum, et
terram, cæteraque quæ intereunt superat, maxima-
que in homine illa laus est, quam certe nulli con-
cessam cognovimus, si *parvus mundus* appellatur.
Quo nomine non una totius universi pars esse vi-
detur, sed totum, et omnes omnium partium per-
fectiones in se solo complecti, quod de aliis affir-
mare non possumus. Homo enim solus, et cœlo,
et terræ, et omnibus animantibus par esse conspi-
citur, et omnium aliorum perfectionibus, una sui
solius perfectio, non inferior respondet. Quemad-
modum enim cœlum, et cœlorum varietate, et
motuum perenni et ordinata mensura, suoque in-
fluxu terrena hæc et sovet et alit, nulli ingratum,
omnibus amicis complexu suo ambiens; sic et in
homine animus ac mens suis facultatibus corporis
partes illuminando, ad officia quamque sua impel-
lendo, dirigit et compellat, vitam, spiritus, motus,
et sexcenta alia elargiendo. Et quod admirabilius,
non tanquam quid motu, sensu ac ratione carens
ad operationes vi quadam naturali ducitur, sed
prius re intellecta, tandem sibi finem proponit, ad
quem sua dirigit, non coactus, sed liber, ac veluti
dominus ministris ut sibi placuerit imperans. Quod
nulli alii concessum est, tantum abest ut pulci et
muri. Quo præconio ac laude quid præstantius?
quid excelsius?

Ibid., lin. 8. Ὅσπερ γὰρ ἡ γῆ. Haud dubiis, sed
certissimis rationibus constat terram mundi to-
tius mediam, et quasi centrum. Plinius, l. II, c.
69, plurimis id argumentis probavit. Primo ex cer-
tis horis æquinoctii, secundo ex dioptris, seu in-
strumentorum regulis; tertio a solstitiali exortu.
Cleomedes, lib. I *Meteor.*, uberrime id idem probat
ab umbrarum differentiis. Aristoteles, lib. II
De cælo, cap. 14, pluribus confirmat; et lib. *De*
mundi fabrica ad Alexand. Unde Lucretius poeta,
lib. V:

Terraque ut in media mundi regione quiescat,
Partibus aeris mundi, quibus insita, vivit.
Propterea non est oneri, neque deprimit auras,
Ut sua cuique homini nullo sint pondere membra.

Plurimis de hac re philosophi. Illud tamen hic
notandum ex hoc auctore, terram a duobus ele-
mentis, aere scilicet et aqua, circumagi. Quamvis
enim supra terram aquas diffundi necesse esset,
tamen id divina contigisse providentia: ne aquis
nos homines obvoluti suffocaremur intercluso spi-
ritu, sed aere circumfuso spiraremus.

Ibid., lin. 11. Οὕτω δὴ καὶ ὁ ἄν. De admi-
randa hominis structura plura antiqui philosophi.

et Patres Basilius Magnus, Gregorius Nyssenus, A Basilius Seleucius, Nemesius, Ambrosius, Georgius Pisodes, ita ut minime operæ pretium sit plura in horum dictorum explicationem congerere. Vide præterea Galenum *De usu partium*, Theophilum, Melctium, Andream Vessalium et alios.

Col. 749, lin. 23. *Τὸν ἀνθρώπου ἐκ τῆς γῆς*. Nugacissime in hac re delirant Mahumetani, qui dicunt Deum creasse mundum ex pulvere omnium colorum, et Adamum ex limo omnis generis terrarum. Nam si fuissent unius ejusdemque coloris, omnes res invicem similes futuras fuisse, nec hominem unum ab alterno secerni potuisse. Ridicula item est Mohametis doctrina de factura hominis, qua dicit hominem ex humo, stilla hirundinis sive sanguisugæ, et manducatione fictum esse. Ordo qui observatur super iis qui a Saracenis ad Christianam fidem se convertunt: Ἀναθεματίζω τὴν περὶ τῆς πλάσεως τοῦ ἀνθρώπου διδασκαλίαν τοῦ Μωάμεδ, ἐν ἣ φησιν, ὅτι ἐπλάσθη ὁ ἄνθρωπος ἀπὸ χύματος καὶ σταγόνας, καὶ βδέλλων, καὶ μασσηματος. Et Euthymius in *Punoplia*: Ἐκ βδέλλης ἀνθρώπου γίνεσθαι λέγει. Ἀλλὰ πῶς ἐκ τοῦ ἀτιμοτάτου τὸ τιμιώτατον, καὶ ἐκ τοῦ ἀλόγου τὸ λογικόν, καὶ ἐκ τοῦ φευκτοῦ τὸ εὐκτόν; Nec minus Mahumetanis absurdus Franciscus Georgius, qui de limo terræ ita explicet, ut concludat, animam tantum esse hominem; ita enim ait: *Formavit Deus hominem pulverem de terra, id est, induit eum veste terrea, corpus videlicet terrenum. Primo enim Deus decrevit hominem facere; postea creavit eum in caelo; tertio formavit corpus ejus veluti vestem.* Quæ sententia reprehensione non caret, in concilio Viennensi damnata. Vide plura hujus Francisci nugamenta apud Sixtum Senensem, *Biblioth. sanct.* lib. 1. Augustinus præterea lib. 11 *De Genes. allegor.* docet, corpus hominis non fuisse conditum ante animæ creationem, sed una cum ipsa anima in eodem simul tempore. Quod postea reprobavit lib. 1 *Retract.*, cap. 10. Josephus, *Antiq. Jud.* lib. 1, cap. 2, Adamum ait creatum e rufa humo fermentata, talis enim est intacta terra et vera; ideoque vocatum Adamum quasi rufum: Ὁ δὲ ἄνθρωπος οὗτος Ἀδαμος ἐκλήθη· σημαίνει δὲ τοῦτο κατὰ γλώτταν τὴν Ἑβραίων πυρρὸν, ἐπειδήπερ ἀπὸ τῆς πυρρᾶς γῆς φουραθείσης ἐγεγόνει. D Το: αὐτὴ γὰρ ἐστὶν ἡ παρθένος γῆ καὶ ἀληθινή.

Ibid. *Kal δούς αὐτῶ*. Ita ut hoc solo animo, rationis duntaxat compote a cæteris aliis, sive his inferioribus sive superioribus, creaturis differat; in eoque suum omne decus, et excellentiam sitam agnoscat. Quod ab homine si demas, nusquam vel brutis, vel vermibus, vel plantis, vel lapidibus ipsis superior erit. Quin omnium infelicissimus, et miserimus vitam ageret. Non defuere tamen, iique præstantissimi viri, qui animum ratiocinantem sidentibus, rebusque aliis assignarunt, veluti Philo Judæus, lib. *De somniis et De opis. sex dierum*; Origenes, tom. 1, *Comment. in Joan.* et primo *Περὶ ἀρχῶν*, cap. 7. Hieronymus ab hac sententia no-

abhorruisse aliquando videtur, *Comment. super Ecclesiast.*; Cajetanus, in *psalm. cxxxv*; Augustinus, lib. 11 *De Genes. ad litt.*, cap. 18, et *Enchir. ad Laurentium*, cap. 58. Refellunt eam Basilius Magnus, hom. 3 in *Hexaem.*, et Damascenus, lib. 11 *De fide orthod.*, cap. 6. Quid sit in hac re sentiendum optime explicat S. Thomas, 1 part., quæst. 70, et nuper de hac eadem re singulari pietate, et eruditione vir, et mei amicissimus Julius Cæsar Lagalla, libellum de hac re scripserat; quem ego ob elegantiam, et doctrinæ peripateticæ summam peritiam, dum Haidelbergæ commorarer, maximo philosophorum desiderio edendum curavi. Quem adesit, lector, si puræ philosophiæ fontibus delectaris; si nostra hæc tempora antiquioribus illis, nec inferiora literis, nec cogitationibus obscuriora, nec methodis ac scientiis ignobiliora cognoscere appetis.

Ibid., lin. 24. *Τοῦ παραδελσου*. Plura apud Patres de paradiso voluptatis, varixque de eo non tantum apud antiquos, sed et recentiores scriptores, difficultates elucubratae. Multi item libros integros de hoc paradiso conscriptos in vulgus ediderunt, in quibus sat plura.

Ibid. *Ἐπιμοχθον αὐτῶ*. Delirius in cap. 111 *Genes.*: *In paradiso innocenti Adamo tellus ionge omnia suppeditasset, levem cum voluptate operam impendenti: peccatori, et extra paradysum eadem meligna nutrix inarata nihil, arata parce quædam, et quibusdam locis redditura denuntiatur.* Et Basilius Seleuciensis, orat. 2 *De Adam*: Ἐπικατάρατος ἡ γῆ ἐν τοῖς ἔργοις σου. Τρυφῆς ἐφάνης ἀνάξιος, τοῖς περὶ γῆν ἰδρῶσιν ὑπάρχεις κατάρατος, καὶ πόνας μετρήσας τῆς ζωῆς σου τὸν χρόνον, τάφον εὐρήσει τοῦ βίου διάδοχον.

Ibid., lin. 29. *Γνωρίσας οὖν τὴν*. Rabbiorum quidam censent Evæ zonam in paradiso solutam, Adamumque operam liberis dedisse statim ut ad illum adducta est Eva. Quod insinuatur etiam lib. 1 Sibyllinorum oraculorum circa principium. Cabalistæ insulsissime asserunt genios noxios *lilith* appellatos genitos fuisse ex profluvio seminis Adami, antequam cum Eva uxore congrederetur, et habere quidem eos corpus palpabile, et sensibus subjectum, sed aereum, subtile et evanidum. Eorum vitam annorum mille statuunt vegetari, et senescere more reliquorum hominum, propagari eorum speciem pollutionibus nocturnis, et Venereis virorum somniis; cum sint libidinosi plurimum delectari menstruorum fluxibus, quibus robur assumunt, ideoque noctu accubare juvenibus, titillare, spiritus seminales excitare, relaxare vasa seminalia, ut sese his pollutionibus reficiant. Quis non videt nugæ? Alii item, quos et nostræ tempestatis hæretici nonnulli sequuntur, statim post peccatum. Alii ex veteri opinione, post expulsionem e paradiso. Ita Irenæus, lib. 111, cap. 33; Procopius, cap. 14 in *Genes.*; Epiphanius, lib. 111 *Contra hæres.*, Justinus dialogo *Contra Tryphonem*. Quandiu enim in paradiso fuere, virgines permansisse existimant Ter-

tullianus, lib. *De veland. virgin.*, cap. 5; Hieronymus, *Contra Jovinianum*; Ambrosius, lib. *De instit. virginum*; Basilius, epist. ad Letorium, *De vera virginitate*; Chrysostom., hom. 18 in *Genes.*; Marius Victor, lib. II in *Genes.*; Augustinus, lib. III *De Genes. ad litt.*; Delrius, in *Genes.* cap. IV. Nec aliter sentit Procopius. Et in Cyrilli Hierosolymitani catechesi 12, ita reponendum nonnulli contendunt: *Accessit ad mulierem adhuc virginem. Nam post casum in paradiso, tunc primum cognovit Evam.* Et hoc Eustathii loco cognoscimus, primos homines, quoad fuerunt in paradiso, virgines fuisse. Prima enim eorum commistio post egressum e paradiso commemoratur. Recteque Methodius in libro *De fine mundi*: Ἰστέον, ὅτι, ἐξεληθόντες ὅτε Ἄδὰμ καὶ Εὐὰ ἐκ τοῦ παραδείσου, παρθένοι ἐτύγγανον. Ἐν δὲ τῷ τριακοστῷ ἔτει τῆς ἐξόδου αὐτῶν τοῦ παραδείσου ἔτεοσαν Κάϊν τὸν πρωτότοκον καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτοῦ Καλμάναν. Nota est item super hac re Gregorii Nysseni sententia, qui *De opific. hominis*, cap. 24, ait: Quod generatio proles, et propagatio humani generis, si primi parentes non peccassent, non fuisset per coitum, sed fuissent multiplicati multiplicationis modo quodam perfectissimo, quemadmodum angeli: generatio namque hæc, quæ sit per concubitum, per peccatum est introducta. Idem sentit Joan. Chrysostom., hom. 18 in *Genes.*; Procopius in *Genes.* cap. IV; Damascenus, lib. IV *De fide orthod.*, cap. 25; Euthymius in *psalm.* I; Augustinus in *Genes.* Quid autem in hac re statuendum sit, S. Thomas explicat prima part., quæst. 98, art. 2, et cum eo plures alii doctores.

Col. 749, lin. 29. Ἰγὸς δύο ἐγέννησεν. Non gemellos, ut cum rabbinis colligit ausu temerario Calvinus ambigua Methodii lectione deceptus, sed diverso partu, uno scilicet Cain, Abel altero: verba Methodii sunt: Ἐν δὲ τῷ τριακοστῷ χρόνῳ τῆς ἐξόδου αὐτῶν τοῦ παραδείσου ἔτεοσαν Κάϊν τὸν πρωτότοκον, καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτοῦ Καλμάναν. Καὶ μετὰ τριακοστὸν ἔταρον ἔτος ἐγέννησε τὸν Ἄβελ σὺν τῇ Λεμβόρα τῇ ἀδελφῇ αὐτοῦ. Quæ quis non videt diversam a Calvino sententiam continere?

Ibid., lin. 30. Τὸν Κάϊν. Hujus nominis etymon et declaratio habetur in ipsis sacris Litteris: *Et peperit Cain, dicens, Possedi hominem per Deum*⁶⁶. Quare non recte Eusebius, lib. II *De præparat. evang.*, cap. 4, Cain interpretatur invidiam, quod scilicet Cain, fratris sui sacrificii ergo invidens, eum occiderit.

Ibid. Καὶ ὁ μὲν Κάϊν ἦν. Joannes Zonaras *Annalium* tom. I: Καὶ ὁ μὲν Ἄβελ νομεύς ἦν ποιμνίου, καὶ ἀρετῆς ἐπεμέλετο, ὁ δὲ Κάϊν ἐγεώργει τὴν γῆν πονηρότατος ὢν. Hic notandum carniū esum ante diluvium non fuisse receptum, *Genes.* cap. IX. Et oleribus, herbisque genus humanum ante diluvium potuisse sustentari facillimo negotio posset ex verbis Juliani Apostatæ, quæ refert Suidas in Herodoto,

πρόβαρι. Reclamat Justinus Martyr ad Orthodoxos quæst. 119, in qua fructuum et carniū usum Abeli et Caino concedit.

Ibid., lin. 32. Προσήνεγκε δὲ Ἄβελ. Primum Deo Abelem litasse est communis fere omnium opinio. Judæi Adamo id tribuunt, et eum primum bovem sacrificasse, et ritum illum filios docuisse. Gilbertus Genebrardus, *Chronol.* lib. I.

Ibid., lin. 33. Καὶ ἡ θυσία αὐτοῦ. Quod scilicet igne de cælis demisso oblationem ejus absumperit, Caini intactam reliquerit. Ita Procopius, Hieronymus; Cyrillus in *Genes.* cap. IV et Glaphyr in *Genes.* libr. I; Faustus Rhegiensis, lib. II *De lib. arbit.*, cap. 6, et alii: quod et consentaneum est mori divino. *Levit.* IX, 24; *Jud.* VI, 21; *I Paralip.* XXI, 2; *II Paralip.* VII; *III Reg.* XVIII et XXXVIII; *II Machabæorum* I. Lutherus et Calvinus veritatis simplicissimi hostes, et sacrarum Scripturarum obrectatores, id tantorum Patrum auctoritate firmatum negant injurii, fabulasque Judaicas esse nugacissime autumant.

Ibid. Ὁ δὲ Κάϊν πρῶτος. Verissima sane causa, et efficacissima ad explicandum quare Deus sacrificium potius Abelis quam Caini aspexerit; aliam affert Josephus, sed, ut apparet, non multi roboris, maleque ab ipso conflictam, videlicet quod sacrificium Abelis sponte naturæ genitis constaret, sua vero Cain homo avarus et industrius per vim quamdam a natura extorserat. Θῦσαι τῷ Θεῷ δόξαν αὐτοῖς, ὁ μὲν Κάϊν ἀπὸ τῆς γεωργίας καὶ τῶν φυτῶν καρποῦς ἀπήνεγκεν, Ἄβελος δὲ γάλα, καὶ τὰ πρωτότοκα τῶν βοσκημάτων. Ὁ Θεὸς δὲ ταύτη μᾶλλον ἡδεταὶ τῇ θυσίᾳ, τοῖς αὐτομάτοις, καὶ κατὰ φύσιν γεγονόσι τιμώμενος, ἀλλ' οὐχὶ τοῖς κατ' ἐπίνοιαν ἀνθρώπου πλεονέκτου κατὰ βίαν πεφυκόσιν. Basiliscus Seleucius oratione de Cain et Abele ad rem: Κάϊν μὲν γὰρ τὴν θυσίαν ζημίαν ἠγούμενος ἐκ τῶν ἀδοκίμων τὴν τιμὴν τῷ τιμωμένῳ προσεκόμιζε νεοθευμένη γνώμη τὴν τιμὴν καπιλεῦων. ὁ δὲ Ἄβελ οὐχ οὕτως. ὅλος δὲ τοῦ δώρου γενόμενος εὐκρινεῖ διανοία θεραπεύει τὸν Κρείττονα. Καὶ τὸν τῆς ποίμνης δοτῆρα τοῖς τῆς ποίμνης ἐξαιρέτοις ἐτίμα, τῆς γνώμης τὴν ἀρετὴν συνάπτων τοῖς δώροις, καὶ αὐτὴν τὴν ψυχὴν συμπροσφέρων τῷ δεχομένῳ. Et Cyrillus Alexandrinus Glaphyr. in *Genes.* lib. I: Ἄγει δὴ οὖν ὁ μὲν ἱερός τε καὶ πάνσοφος Ἄβελ τὰ τῆς ἀγγεληγάπολεκα καὶ ἀριστίνδην ἐγκεκρυμμένα. Ἦνεγκε γὰρ, φησὶν, ἀπὸ τῶν πρωτοτόκων τῶν ἀμνῶν καὶ ἀπὸ τῶν στεάτων αὐτῶν, τουτέστι τὰ προύχοντα, καὶ ἐξαιρέτα· καὶ τὸν τῆς ἰεουργίας οὐκ ἀγνοήσας τρόπον, παρετίθει τὰ στεάτα· Κάϊν δὲ οὐχ οὕτω, πολλὴ δὲ λίαν ἀτημελῶς· τὰ μὲν γὰρ ὅτι μάλιστα τῶν ὀρίμων ἐκπρεπῆ ταῖς ἰδίαις ἐχαρίζετο τρυφαῖς· ἐλύπει δὲ τοῖς δευτέροις τὸν ἐπὶ πάντων Θεόν.

Ibid., lin. 36. Ὀργισθεὶς ἐπὶ τούτῳ. Methodius Patarensis Abelis cædem anno ducesimo vitæ Adami contigisse, et planctum Adami et Evæ per centum fuisse protractum, scribit. Τῷ δὲ διακοσιο-

⁶⁶ Gen. IV, 1.

στῷ ἔτει τῆς ζωῆς τοῦ Ἀδάμ ἀπέκτεινε Κάιν Ἄβελ Α τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ. Καὶ ἐποίησαν τὸν κοπετὸν ὃ τε Ἀδάμ καὶ Εὐα ἐπ' αὐτοῦ ἐπὶ χρόνους ρ'. Ideoque Constantinus Manasses in *Annal.* luctum inconsolabilem nuncupavit, πένθος ἀπαράκλητον.

Col. 749, lin. 38. Ὁ δὲ πολλὴν περιουσίῃσας. Zonaras, *Annal.* tom. I : Ὁ δὲ φθονήσας ἐπὶ τῇ προτιμήσει κτείνει αὐτὸν καὶ ἐπάρατος γίνεται τῷ Θεῷ, καὶ στένειν, καὶ τρέμειν καταδεδίκασται. Ἐκβληθεὶς δὲ ἀπὸ τοῦ προσώπου τοῦ Θεοῦ, ἐν γῆ Ναβὸ ὤκησεν, ἐνθα καὶ παῖδας ἐγένετο. Constantinus Manasses, in *Annalibus* : Ἐντεῦθεν Κάιν ἐλασθεὶς τῆς πρώτης παροικίας,

Καὶ γῆν πολλὴν ἐπιδραμῶν ἔπηξε τὰς αὐλαίας, Ἔρθα καλὸν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐκείνου κατεφάνη. Et Josephus, *Antiq. Judaic.* lib. 1, cap. 3 : Πολλὴν δὲ ἐπελθὼν γῆν, ἰδρύεται μετὰ τῆς γυναικὸς Κάιν Ναβὰ τὸπον οὗτω καλούμενον, καὶ αὐτῷ ποιεῖται τὴν κατοικίαν, ἐνθα καὶ παῖδες ἐγένοντο. Prima igitur orbis terrarum civitas Henochia fuit a Cain exstructa. Berosus fictitious lib. *De temporibus*, Henochiam civitatem scribit esse conditam circa Libanum montem, qui est ad orientem comparatione regionis Damascenæ, fuisseque amplissimam urbem, et habitationem gigantum. His addit Annius, suo etiam tempore illius civitatis dirutæ cerni in monte Libano maxima et ingentia fundamenta, et vulgo ab incolis illius regionis nominari civitatem Cain, atque id se ex mercatoribus et peregrinis, qui in Libano et Damasco versati erant, accepisse. Hieronymus tamen et alii aliter explicant, Nod non esse nomen proprium loci, sed appellativum Latine significans, vagum, fluctuans, instabile, ac sedis incertæ.

Ibid., lin. 40. Καὶ πῦσαν ἀρρήτοισι. Josephus lib. 1 *Antiquit. Judaic.*, cap. 3 : Οὐκ ἐπὶ νοθεσίᾳ δὲ τὴν κλάσιν ἔλαβεν, ἀλλ' ἐπ' αὐξήσει τῆς κακίας, ἠδονὴν μὲν πᾶσαν ἐκπορίζων αὐτοῦ τῷ σώματι, κἂν μεθ' ὕθρεως τῶν συνόντων δέη ταύτην ἔχειν· αὐξων δὲ τὸν οἶκον πληθεῖ χρημάτων ἐξ ἀρπαγῆς καὶ βίας πρὸς ἠδονὴν καὶ ληστείαν τοὺς ἐντυγχάνοντας παρακάλων, διδάσκαλος αὐτοὺς πονηρῶν ὑπῆρχεν ἐπιτηδεύματων. Manasses in *Annal.* :

Καὶ πρῶτος ἐπενόησε πόλεις ἄχυροπύργους. Νηχύτου γενομένου δὲ τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων, Ὀδίταις ἐπετίθετο, ληστείαις ἐπεχείρει, Ἐσκόλευε, διήμπαζεν, ἔχρμαινε χεῖρας φόνους. Non Caino, sed ejus filii et filiabus flagitiosam, ac nefandam libidinem hanc Methodius Patarensis tribuit. Τῷ δὲ πενταχοσιοστῷ χρόνῳ τῆς α' χιλιᾶδος εἰ υἱὸς τοῦ Κάιν κατεστρώνησεν τὰς γυναῖκας τῶν ἀδελφῶν αὐτῶν. Γνοὺς δὲ ταῦτα ὁ Ἀδάμ ἐλυπήθη σφόδρα. Ἐν δὲ τῷ ἑξαχοσιοστῷ ἔτει τῆς πρώτης χιλιᾶδος οἱ στρω ἔρωτος πορνείας αἱ τούτων γυναῖκες κατεσχέθησαν, καὶ εἰς μανίαν ἐτρέπησαν, καὶ τοῖς ἰδίῳ ἀνδράσιν ἅτε γυναῖξιν ἐπέχρηστο, καὶ γέγονεν ἀληθῶς προὔπτος αἰσχύνῃ τοῖς ὀρώσι. Τῷ δὲ ὀκταχοσιοστῷ χρόνῳ τῆς ζωῆς τοῦ Ἀδάμ κατεπλάτυνε τὸ μῖσος τῆς πορνείας ἐν τῇ γῆ ὑπὸ τῶν υἱῶν τοῦ ἀδελφοκτόνου Κάιν.

Ibid., lin. 45. Πρῶτος δὲ Κάιν. Joannes Zonaras *Annal.* tom. I : Οὗτος μέτρα τε καὶ στάθματα ἐπενόησε, καὶ πρῶτος ὄρους ἐπήξατο γῆς πονηρίας καθηγητῆς χρηματισθεὶς, καὶ πόλιν εἰς ὄνομα τοῦ πρωτοτόκου υἱοῦ αὐτοῦ Ἐνώς ὠκοδόμησεν. Josephus item inventionem ponderum et mensurarum acceptam fert lib. 1 *Antiquit.*, cap. 3 Καὶ τὴν ἀπραγμοσύνην μὲν ἤ πρότερον συνέζων οἱ ἄνθρωποι μέτρων ἐπινοίᾳ καὶ σταθμῶν μετεστήσατο, ἀκέραιοι αὐτοῖς ὄντα τὸν βίον ἐκ τῆς τούτων ἀμαθίας, καὶ μεγαλόψυχον εἰς πανουργίας ἀγαθῶν. Eutropius, lib. 1, initio (hæsitat tamen Christophorus Rosiniacus in *Comm. hist.* num vera sunt quæ de exteris rebus admista sunt Eutropio : nam is solas Romanas, ut doctissimi scriptores testantur, contextuit), eo tempore mensuras et pondera inventa tradit, quo apud Albanos Procas, apud Judæos Aza regnarunt. Alii Palamedi inventionem hanc ascripserunt, a quibus non dissentit Gorgias Leontinus oratione apologet. pro Palamede : Τίς γὰρ ἂν ἐποίησε τὸν ἀνθρώπινον βίον πόριμον ἐξ ἀπόρου, καὶ κεκοσμημένον ἐξ ἀκόσμου. τάξεις τε πολεμικὰς εὐρῶν μέγιστον εἰς πλεονεκτήματα, νόμους τε γραπτοὺς, φύλακὰς τε τοῦ δικαίου, γράμματὰ τε μνήμης ὄργανον, μέτρα τε καὶ σταθμά, συναλλαγῶν εὐπόρους διαλλαγὰς, ἀριθμῶν τε χρημάτων φύλακα, πυρσούς τε κρατίστους, καὶ ταχίστους ἀγγέλους, πεσσοὺς τε σχολῆς ἄλυπον διατριβήν; Et Alcidas acerrimus Palamedis accusator in ea quam contra Palamedem conscripsit oratione etsi rerum aliarum, in quibus inventoribus laus aliqua est, ipsi denegat, et alios Palamede antiquiores commemorat, quibus humana natura inventa illa debet, tamen hanc mensurarum et ponderum inventionem Palamedi non denegat : Μέτρα δὲ καὶ σταθμὰ ἐξεύρε, καπῆλοις, καὶ ἀγοραίοις ἀνθρώποις ἀπάτας καὶ ἐπιπορκίας, πεττούς γε μὴν τοῖς ἀργούσι τῶν ἀνδρῶν ξριδας καὶ λοιδορίας. Καὶ κύβους αὐτῶν μέγιστον κακὸν ἐδίδαξεν, τοῖς μὲν ἠττηθεῖσι λύπας καὶ ζημίας, τοῖς δὲ νικῶσι καταγέλωτα καὶ θνεδος. Et Gellius referente Plinio l. vii, c. 56, id idem Phidoni Argivo tribuit, cui sententiæ et Eusebius in *Chronologia* subscripsisse videtur. Strabo item lib. viii hujus meminit, et illius inventionis : Καὶ μέτρα ἐξεύρε τὰ φειδῶνια καὶ σταθμούς, καὶ νόμισμα κεχαραγμένον, τό τε ἄλλο καὶ τὸ ἀργυροῦν· et Pollux, lib. vii, cap. 56 : Εἴη ἂν καὶ φειδῶν τι ἀγρεῖον ἐλατηρὸν ἀπὸ τῶν φειδωνείων μέτρων ὀνομασμένων, ὑπὲρ ὧν ἐν Ἀργείῳ πολιτεία Ἀριστοτέλης λέγει, et in Scholiis Pindaricis hæc reperiuntur : Φειδῶν τις Κορίνθιος εὗρε μέτρα καὶ σταθμὰ· vocatur autem Corinthius, non quia Corinthi natus esset, sed quod ibi maneret. Ex his quatuor in uno versiculo lapsus Rosiniacus deprehendes. Primum ex Phidone, Phædonem facit in Strabone. Secundum, alium hunc atque diversum ab eo cujus mentio apud Plinium est, constituit, cum sit idem. Tertium hujus artis auctorem appellari a Strabone affirmat, cum nec verum id fuerit, nec Strabo unquam somniavit. Earum enim mensurarum, quæ

ab ejus nomine Phidonix vocatæ sunt, inventor exstitit; id et scripsit Strabo, cæterique scriptores confirmant. Quartum ex Argivo, Elidensem facit. Quamvis enim et Argos, et Elis in Peloponneso: at quantum distant?

Col. 749, lin. 45. Καὶ ὄρους γῆς ἔπειρ. Caino quoque limitum, qui agris finem decernerent, et urbium ædificandarum primam rationem acceptam ferunt. Josephus *Antiq.* lib. 1, cap. 3: "Ὅρους τε γῆς πρῶτος ἔθετο, καὶ πόλιν ἐδείματο, καὶ τείχεσιν ὑψύρωσεν, εἰς ταῦτὸ συναλθεῖν τοὺς οἰκείους καταναγκάσας, καὶ τὴν πόλιν δὲ ταύτην ἀπὸ Ἐνώσου τοῦ πρεσβυτάτου παιδὸς Ἐνώσαν ἐκάλεσεν. Theophilus Antiochenus, lib. 11 *ad Autolyicum*: "Ὁ οὖν Κάϊν καὶ αὐτὸς ἔσχεν υἱὸν ὄνομα Ἐνώχ, καὶ ψυχοδόμησε πόλιν, ἣν ἐπωνόμασεν ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ἐνώχ. Ἀπὸ τότε ἀρχὴ ἐγένετο τοῦ οἰκοδομῆσθαι πόλεις, καὶ τοῦτο κατὰ κατακλυσμοῦ, οὐχ ὡς Ὅμηρος ψεύδεται λέγων·

Οὐ γὰρ πω πεπόλιστο πόλις μερόπων ἀνθρώπων.

Ibid., lin. 48. Ὁ δὲ Ἀδάμ μένων. Filias duas Adamum procreasse, Azuram et Asvam, tradunt, alii Calmanam et Lemboram. Epiphanius, hæres. 39, ex Jobilæis refert Azuram Sethi fuisse conjugem, Asvam vero, sive Savam, ut ipse appellat, Caini. Cedrenus eamdem Setho assignat, quam Asvam vocat. Methodius Patarensis: "Ἐν δὲ τῷ τριακοστῷ χρόνῳ τῆς ἐξόδου αὐτῶν τοῦ παραδείσου τέτοικαν Κάϊν τὸν πρωτότοκον καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτοῦ Καλμάναν. Καὶ μετὰ τριακοστὸν ἕτερον ἔτος ἐγέννησε τὸν Ἀβελ σὺν τῇ Λεμεθόρα τῇ ἀδελφῇ αὐτοῦ.

Ibid., lin. 49. Ἐρ οὖς ἐξάλητος. Josephus, *Antiq.* lib. 1, cap. 3: Γίνονται μὲν οὖν παῖδες αὐτοῦ ἄλλοι τε καὶ πλείους, καὶ Σῆθος. Ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν ἄλλων μακρὸν ἂν εἴη λέγειν· πειράσομαι δὲ μόνον τὰ τῶν ἀπὸ Σῆθου διεσθῆναι. Τραφεῖς γὰρ οὗτος, καὶ παρελθὼν εἰς ἡλικίαν, ἤδη τὰ καλὰ κρίνειν δυνάμενος, ἀρετὴν ἐπετήδευσε, καὶ γινόμενος αὐτὸς ἄριστος, μιμητὰς αὐτοῦ τοὺς ἀπογόνους κατέλιπεν. Οἱ δὲ πάντες ἀγαθοὶ φύντες γῆν τε αὐτὴν ἀσπασίαστοι κατακῆσαντες, εὐδαιμόνησαν, μηδενὸς αὐτοῖς ἄχρι τελευτῆς δυσκόλου προσπεσόντος. Eadem habet Zonaras, *Annal.* tom. 1. Is itaque et vitæ sanctimonia insignis, et virtutum omnium honoribus condecoratus, pietatis divini nominis studiosus, Deus ipso, ut videre est ex Suida et aliis, meruit appellari, et filii ejus, filii Dei, non tantum quia corpore robusto, procero, et eleganti erant, et reliquis etiam rerum humanarum excellentiis longe cæteris essent insigniores. Vide Cyrillum, lib. 1x *contra Julianum*; et de illis locum illum sacræ Scripturæ, *Videntes filii Dei filias hominum*⁸⁰, etc., esse intelligendum existimat Chrysostomus, hom. 22 *in Genes.*; Augustinus, lib. xv *De civitate Dei*, cap. 23; Theodoretus, quæst. 47 *in Genes.*; Joannes Cassianus, collat. 8, cap. 21; Cyrillus, lib. 1x *contra Julianum*; Rupertus, lib. 1v *in Genes*, cap. 12 et alii. Quem utinam non fabulosa, et hæretica dignatione Sethiani hæretici honorassent. Non enim affirmas-

sent eundem superna matre natum, quam perhibent convenisse cum superno patre ut inde divinum semen aliud nasceretur tanquam filiorum Dei. De quorum vana opinione vide D. August. lib. *De hæresibus*, ad Quodvultdeum. Delrius tamen, in fine cap. 1v *Genes.*, rejicit hanc opinionem tantorum Patrum testimonio firmatam. *Domini, Hebraice*, inquit, *est tetragrammaton, quod soli semper Deo datum: quare nunquam tributum Enocho, aut filiis ejus; ideo non sunt audiendi* (nota viri religiosi in sanctos Patres reverentiam) *graves alioquin scriptores, Cyrillus, Theodoretus, Emisenus, et Suidas, qui exponunt tunc Enocho, propter insignem pietatem, Dei, et liberis, filiorum Dei nomen datum: quibus resistit Hebræus contextus. Decepit eos, quod non distinxere inter Heolim, quod est cap. vi, 1, et ineffabile nomen quod hic positum.*

Ibid., lin. 52. Οὗτος γὰρ πρῶτος. Suidas: Θεὸν γὰρ τὸν Σῆθ οἱ τότε ἄνθρωποι προσηγόρευον, διὰ τὸ ἐξευρηθέναι τὰ τε Ἑβραϊκὰ γράμματα, τὰς τε τῶν ἀστέρων ὀνομασίας, καὶ πρὸς τοῦτους πολλὴν εὐσέβειαν αὐτοῦ θαυμάσαντες, ὡς γε καὶ πρῶτος ἐπικαλεῖσθαι Θεὸς καὶ ὀνομάζεσθαι. Manasses in *Annal.*: Τὸν Σῆθ αὐτοῖς τὸν δίκαιον Θεὸς ἀντιώρκειται.

"Ὁς ἐθήκερ ὀνόματα τοῖς οὐρανόις ἀστροῖς.

Alexander Polyhistor apud Eusebium, *De præparatione evangel.* cap. ult., et Josephus, *Antiq.* lib. 1, dicunt Abrahamum primum Ægyptiis astrologiæ artem aperuisse, deinde a Chaldæis in Græciam fluxisse; de quibus inferius. Josephus tamen inventum hoc Setho tribuit. Cujus sane divinæ artis inventionem a profanis, profanis hominibus ascribi quid mirum? Plinius lib. vii, cap. 56, *Astrologiam Atlas Libyæ filius, ut alii Ægyptii, ut alii Assyrii.* Ideoque cælum humeris gestasse tradiderunt. Diodorus Ægyptiis exordium, Servius 6 Virgillii *Ecloga Prometheus sideralis hujus scientiæ tribuit.* Catena Græca in *Exodum*: Ἐνώχ πρῶτος ἔμαθε γράμματα, καὶ ἔγραψε τὰ σημεῖα τοῦ οὐρανοῦ καὶ τὰς τροπὰς, καὶ τοὺς μῆνας.

Ibid., lin. 55. Μέλλων γὰρ τελευτῆν. Josephus, *Antiq.* lib. 1, cap. 3: Σοφίαν τε τὴν περὶ τὰ οὐράνια καὶ τὴν τούτου διακόσμησιν ἐπένοησαν. Ὑπὲρ δὲ τοῦ μὴ διαφυγεῖν τοὺς ἀνθρώπους τὰ εὐρημένα, μηδὲ πρὶν εἰς γνώσιν ἔλθεῖν, φθαρῆναι, προσηρότος ἀφανισμὸν Ἀδάμου τῶν ὄλων ἐσεσθαι τὸν μὲν κατ' ἰσχὺν πυρὸς, τὸν ἕτερον δὲ κατὰ βίαν καὶ πλῆθος ὕδατος, στήλας δύο ποιησάμενοι, τὴν μὲν ἐκ πλίνθου, τὴν δ' ἐτέραν ἐκ λίθων, ἀμφοτέρας ἐνέγραψαν τὰ εὐρημένα, ἵνα, καὶ τῆς πλινθίνης ἀφανιστέλης ὑπὸ τῆς ἐπομβρίας, ἢ λίθινῃ μείνασα παράσχη μαθεῖν τοῖς ἀνθρώποις τὰ ἐγγεγραμμένα, δηλοῦσα καὶ πλινθίνην δ' ὑπ' αὐτῶν ἀνατεθῆναι. Μένει δ' ἄχρι τοῦ δεῦρο κατὰ τὴν Συριάδα. Eadem fere Zonaras, *Annal.* tom. 1, quibus columnas hæcæ a Setho sive etiam ejus nepotibus superstitæ Adamo fuisse extractas manifestum est. Marianus Scotus non ab Adamo sed ab Abrahamo constructas refert. Genebrardus

⁸⁰ Gen. vi, 2.

Chronograph. lib. 1, eas modo tabulas, modo vocat columnas; tandem scribit eas fuisse tabulas, unam æneam contra aquæ illuviones, alteram lateritiam contra ignis conflagrationes; in quarum prima liberales artes præsertim doctrinam de Deo, et mathematica, in altera promissionem de semine, id est Christo, Adæ factam, cælatam, scripserunt; sed auctores unde hæc habeat Genebrardus non laudat, quos puto non multos exstare, et si quis ille esset non probabilia dicerent, nec in historia tuta et primum contra Genebrardum necessario affirmandum est, in illis tabulis sive columnis cæлата non fuisse diversa, et alia ac alia: sed quæ in una, eadem et in alia. Demus enim quod et de Deo, et mathematica, et de promissione seminis, quod esset adhuc difficile probatu, scripserint in ænea: necessario tamen fatendum est, hæc eadem et in lateritia descripsisse, et non diversa. Sciebant mundum collapsurum, dubii an aquis immersum, vel ignibus conflagratum: ut doctrinam servarent, et utrique incommodo subvenirent extruunt has duas columnas, alteram ex ære, vel ut placet nostro auctori, digniorisque notæ scriptoribus, ex lapide, alteram ex coctilibus laterculis. Sic enim ære vel lapide aquis, laterculis igni resisterent, et sic doctrinam mandarent ad posterum. Quid igitur illis profuisset si diversa scripsissent? Quomodo igne illato quæ erant in lapide, aquis effusis quæ in laterculis conservassent? Dicit fortasse Genebrardus, illos non dubios, sed certos de modo et ratione consummationis mundi columnas erexisse. Frustra igitur diversa illa columnarum materies: et una, quæ mundi excidio incolumis posset superesse, satis fuisset; sed, quia incerti materiam hanc vel aliam incerto modo, et rationi excidii præpararunt. Plinius, lib. vii, cap. 56, ex Epigene de his columnis hæc habet: *E diverso Epigenes apud Babylonios dccxx annorum observationes siderum coctilibus laterculis inscriptas docet, gravis auctor in primis: qui minimum Berosus, et Critodemus cccclxxx annorum. Ex quo apparet æternus litterarum usus.*

Col. 752, lin. 11. *Ἐγέννησε δὲ ὁ Κάιν.* Hanc Caini sobolem multi parvi duxerunt, cum in aquarum inundatione penitus absumpta sit, ideoque in ea non conveniunt auctores; in ea tamen enarranda noster Eustathius secutus est divinas Litteras, quæ non alia ratione, nisi parva nominum formulæ immutatione prosequuntur.

Ibid., lin. 13. *Καὶ οὗτος τὸν Λάμεχ.* Genebrardus ait eos errare, qui Lamech filium Mathusalæ accipiunt; rationem tamen quare id dicat nullam adducit. Errant ergo maximi quique Patres, cum iis Eustathius, Theophilus *ad Autolycum* lib. 11: *Τῷ δὲ Ἐνὼχ ἐγέννηθη υἱὸς ὀνόματι Γαϊδᾶς, ὃς ἐγέννησε τὸν καλούμενον Μετὴλ, καὶ Μετὴλ τὸν Μαθουσάλα, καὶ Μιθουσάλα τὸν Λάμεχ.* Ὁ δὲ Λάμεχ ἔλαβεν αὐτῷ δύο γυναῖκας. Erravit Augustinus, lib. xv *De civitate Dei*, cap. 20: *Horum regum primus esse potuit ipse Cain: secundus filius ejus Enoch, in cujus no-*

mine ubi regnaretur, condita est civitas. Tertius Gaidad, quem genuit Enoch: quartus Maniel, quem genuit Gaidad: quintus Mathusael, quem genuit Maniel: sextus Lamech, quem genuit Mathusael, qui septimus est ab Adam per Cain. Generationem hanc vulgata editio etsi mutato nomine habet cap. iv *Genes.*: *Porro ipsi Henoch natus est Irad, Irad autem genuit Mehviael, Mehviael genuit Mathusael, Mathusael vero genuit Lamech; et Lamech duxit, etc.* Septuaginta legunt Μαθουσάλα. Levissimam hanc exscriptoris πλάνην agnovit Catena Græca in *Genes.*: *Παρά τοῖς Ἑβδομήκοντα Μαθουσάλα κεῖται. Τοῦτο δὲ πλάνη γραφικὴ ἐστίν. Ὁ γὰρ Μαθουσάλα ἐκ τῆς συνεστώσης γενεᾶς ἐστὶ τοῦ Σήθ. Ὁ ἄρ ἀπὸ τοῦ Κάιν Μαθουσάλα καλεῖται, ὡς ἐξώρισται μετὰ τῶν λοιπῶν.*

Ibid. *Καὶ ὁ Λάμεχ δύο.* Theophilus *ad Autolycum*, lib. 11: *Ὁ δὲ Λάμεχ ἔλαβεν ἐαυτῷ δύο γυναῖκας, αἷς ὀνόματα Ἀδὰ καὶ Σελά. Ἐκτοτε ἀρχὴ ἐγένετο τῆς πολυμυθίας, ἀλλὰ καὶ τῆς μουσικῆς.* Nugantur rabbini, qui volunt prius ab eo viros necatos, post adductas uxores. *Primus Lamech ante diluvium fors et ultimus polygamiam ausus, et unam carnem in duas uxores divisit,* ait Hieron. lib. 1 *Contra Jovinianum*; et Tertull., lib. *De exhort. cast.*, cap. 5: *Primus tres in unam carnem effecit.* Peccavit itaque Lamech, non quia plures uxores habuit, sed quia plures uno tempore. Lege Delrii, cap. iv *Gen.*, optimam animadversionem in errorem Tertulliani De manogamia. Genebrardus refert ex rabbinis, Lamech venationis exemplum posteris reliquisse, arma invenisse, et fabricasse, quibus cædes fierent. Joseph., lib. 1 *Antiq.*, cap. 3, scribit hunc sacrarum rerum peritum se luiturum poenas prædixisse fraternæ cædis a Caino factæ, haud dubie diluvio. Idem, Genebrardus.

Ibid., lin. 15. *Ἐκ μὲν τῆς Ἀδὰμ.* Non ipse pastoretis artis institutor vel auctor: sed nece Abelis intermortuam, et quasi sopitam suo studio ingenioque restituit, et ipse gregem pavit. Tabernaculorum item usum adjecit. Theophilus *ad Autol.*, lib. 11: *Καὶ ὁ μὲν Ἀβὴλ ἐγένετο ἀνὴρ ἐν σκηνῇ κτηνοτρόφον.*

Ibid., lin. 16. *Καὶ τὸν Ἰουβάλ.* Psalterii et citharæ usum invenisse tradunt præter sacras Litteras Josephus, Theophilus d. loco: *Ἰουβάλ δὲ ἐστὶν ὁ καταδείξας ψαλτήριον καὶ κιθάραν.* De his Methodius: *Τῷ τριακοσιοστῷ τεσσαρακοστῷ τῆς δευτέρας χιλιᾶδος ἔτει ἐπανέστησαν κακότεχνοι ἄνδρες, πονηροὶ καὶ πρᾶνομοι, πλήρεις ἀνομίας ἐκ τῶν υἱῶν τοῦ Κάιν, Ἰοὺβὴλ καὶ Θουκιδῆλ, τέκνα τοῦ Λάμεχ τοῦ τυφλοῦ τοῦ ἀποκτείναντος τὸν Κάιν, ὧν καὶ κυριεύσας ὁ διάβολος ἐτροπώσατο αὐτοὺς ἅπαν εἶδος μουσικῶν κατασκευάσας. Horum usum sicut et aliorum nationes recentiores suis, vel aliis sibi cognatis ascripserunt. Alii enim Amphioni, alii Orpheo, quidam Apollini, et alii aliis inventionem hanc acceptam referunt. Theophilus ibidem: Ἀλλὰ μὴν καὶ τὰ περὶ τῆς μουσικῆς ἐφύλαρξάν τινες εὐρετὴν Ἀπόλλωνα γεγενῆσθαι: ἄλλοι δὲ Ὀρφέα ἀπὸ τῆς τῶν ὀρνίθων ἰδύ-*

φωνίας φασιν ἐξευρημένα: τὴν μουσικὴν. Κενὸς δὲ ἂν τοῦ Σηθ δίκαιοι γεγονάσιν, ὅθεν ἡ Γραφή ἐαυτῆς ἀπο-
καὶ μάταιος ὁ λόγος αὐτῶν δείκνυται. Μετὰ γὰρ πολ-
λὰ ἐτῆ τοῦ κατακλισμοῦ οὗτοι ἐγένοντο. Plura de his
Polydorus Virgilius *De invent. rerum*. Dicuntur au-
tem: et hi suum musices inventum quemadmodum
et filii Sethi ea, quæ de siderum motibus et disci-
plina repererant, in columnis cælasse.

Col. 752, lin. 17. Ἐκ δὲ τῆς Σελάμ. Sculpturæ fuit
auctor, fabrilem artem invenit, metalla effodit, eo-
rum usum aperuit. Theophilus ibidem: Ὅθεν δὲ
ἐγένετο σφυροκόπος, χαλκεὺς χαλκοῦ καὶ σιδήρου.
Hujus artis nacti occasionem homines, ut Philo
et Josephus tradiderunt, primo sculpsilium et ido-
lorum imaginibus adorandis se dederunt. Secundo
ferrum, et æs rude in belli instrumenta exacuendi,
et conformandi auctores fuere; utrumque naturæ
humanæ perniciosissimum.

Ibid., lin. 19. Ὁ δὲ Ἀδὰμ ζήσας. Editio Græca
Septuaginta Interpretum in enumerandis humani
generis auctorum annis cum Hebræica Judæorum
non convenit; eorum differentiam plures tractarunt.
Vide apud Sixtum Senensem, Pererium et alios.
Græci centum annos plus tribuunt quam Hebræi,
præter Lamechi annos, ubi sex annis tantum di-
stant, et Noethi, in quibus quingentesimo et sexa-
gesimo omnino conveniunt. De sepultura Adami
constans est Hebræorum traditio, Adamum mor-
tuum et sepulchrum in terra Israel prope agrum
Damascenum, ibi enim fuerat procreatus, ibi et
vitam traduxit. Alii ex Josuæ iv aiunt illum sepul-
chrum in Ebron. Nostrorum tamen sententia est, in
monte Gulgota, in quo Dominus crucifixus fuit.
Origenes tract. 35 in *Marcum*, Epiphanius in fine
Panagrii, Athanasius *De passione Domini*, Theophyl-
actus in *Math.* xxvii, Euthymius ibid., Cyprianus
sermone *De resurrectione*, Ambrosius lib. v, epist.
49, et alibi.

Ibid., lin. 21. Ἐνώς δὲ υἱὸς τοῦ. Paternæ pieta-
tis vestigia amplexatus, proniori animo Deum in
quem sua omnia referebat, publice, nec tenebrarum
involucris adoravit, avitam religionem retinens.
Latus hæc prosequitur Vatablus comment. in hunc
locum. Ante Enos, Adam, Abel, Seth et Deum co-
luere, et sacrificiis oblati propitium sibi reddidere
Quin Cyrillus lib. i *Contra Julianum*, scribit, ho-
mines ab Adam, usque ad Sem filium Noe, Deum
conditorem coluisse, nec ullum reprehendi quod
ante diluvium diis alienis, vel dæmonibus deditus
obtulerit. De solemniori autem cultu locum hunc
intelligimus. Et cum cæteri artium inventionem, rebus
hisce terrenis incumbentes, lucrum et commoda
præpararent, Enos ipse spretis omnibus, Deum sibi
solum præ cæteris præpositum adoravit, suis for-
tunis in eo collocatis. Illi res ad hanc vitam utiles
excogitabant, hi ad futuram. Quare hi *Dei filii*, illi
filii hominum. Eusebius Emisenus Catena in *Gen.*:
Ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ οὐχ οὕτω λέγει, ἀλλ' οὕτως· Ἦλ-
πισεν ἐπικαλεῖσθαι τῷ ὀνόματι Κυρίου τοῦ Θεοῦ·
τούτεστιν Ὡς Θεοῦ λέγεσθαι καὶ Θεός. Οἱ γὰρ ἀπὸ

τοῦ Σηθ δίκαιοι γεγονάσιν, ὅθεν ἡ Γραφή ἐαυτῆς ἀπο-
λουθοῦσα μετὰ ταῦτά φησιν· Ἐἶδον οἱ υἱοὶ τοῦ Θεοῦ
τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων, τούτεστιν αἰδίκαιοι.
Οὐ γὰρ ἦν ἐπιμιξία τῶν υἱῶν Σηθ πρὸς τὰς ἀπὸ τοῦ
Κάιν.

Ibid., lin. 27. Τοῦ δὲ Ἰδρεθ υἱός. Zonaras, *An-
nal.* tom. I: Εὐνρέστησε δὲ Ἐνώχ τῷ Κυρίῳ, καὶ
μετετέθη, καὶ οὐχ εὐρίσκατο ἐτῶν γεγονώς τριακο-
σίων ἐξήκοντα καὶ πέντε. Primum hic advertendum
Hieronymum veluti memoria lapsum notari a Pe-
rerio in *Genes.*, lib. vii (id quod, ut ipse ait, ma-
gnis viris, vel nimia memoriæ fiducia, vel alia in
re studio curaque vehementer intentis non raro
contingit); si quidem quod hoc loco Scriptura tradit
de Enoch, qui septimus fuit ab Adamo, ipse attri-
buit Enos filio Seth, Adami nepoti. Sic enim scri-
bit, lib. i *Adversus Jovinianum*: *Non reor idcirco
translatum Enoch, quod uxorem habuerit, sed quod
primus invocaverit Deum, et crediderit in Salvato-
rem.* At primum omnium, qui nomen Domini cœpit
invocare non Enoch, sed Enos fuisse cap. iv, *Genes.*
tradit Moyses. Secundum: Procopius Gazeus ex
verbis *Scripturæ* putat Enoch ante fuisse improbum,
et flagitiosum, sed postea digna et perfecta suorum
scelerum pœnitentia non tantum emendasse vitam,
sed adeo Deo placuisse, ut mereretur mortis ex-
pers in felicem vitæ statum transferri. Tertium
Abenezram cum aliis contendisse: Enochum mor-
tuum esse, et ita *Scripturæ* locum intelligendum,
multis rationibus, sed temere conatur demonstrare.
Mera prodigia sunt, et aniles fabulæ, quæ hæretici
de morte Enoch tradiderunt. Enochum non esse
mortuum separatione animæ a corpore violenta,
sed alio novo modo, nempe exuta tantum corrupti-
bili natura, et absolutum a miseriis hujus sæculi
placida quadam ex hoc mundo migratione. Et ad-
dunt, se loqui de tali, qualis fuisset transitus in
statu innocentiae, et qualis futurus eorum, quos
dies ultimus superstites inveniet; atque ita in cœ-
lestem patriam Enoch translatus fuisse, non qui-
dem futurum illic participem gloriæ cœlestis, se ab-
solutum duntaxat a miseriis sæculi, donec Christus
in cœlum ascenderet. Martinus item Borrhaius, ejus-
dem farinae homo, fatetur Enochum vere mortuum
quoad corpus more cæterorum, sed sepulto cor-
pore quoad animam propter fidei præstantiam
translatum in cœlum, et ideo dici non mortuum.
Antiquissima tamen Ecclesiæ traditio, et Christia-
norum omnium persuasio, et concors Patrum theo-
logorum sententia, contrarium sentit. Illam ex-
presse tradunt Clemens Romanus lib. v *Constit.*
apost., cap. 6; Irenæus, lib. iv, cap. 30; Tertul-
lianus, lib. *De resurr. carn.*, cap. 58; Cyprianus,
lib. *De Sion et Sina*; Epiphanius in *Ancorato*; Ne-
mesius, lib. *De nat. homin.*, cap. 4; Hieronymus,
lib. iii *Contra Pelag.*; Augustinus, lib. xv *De civit.*
Dei, cap. 29; Chrysostomus, hom. 31 in *Genes.* et
in cap. xi *ad Hebræos*; Ephremius Theopolitanus
patriarcha apud Photium in *Bibliot.*, cod. 228. Nec

aliter sentit Josephus *Antiq.*, lib. 1, cap. 4 : 'Ανεχώρησε πρὸς τὸ Θεῖον, ὅθεν οὐδὲ τελευτήη αὐτοῦ ἀναγεγράφασιν. Liber inscriptus Μεθοδίου Πατάρων, καὶ ἐκ τοῦ βιβλιογράφου Λέοντος τοῦ φιλοσόφου, ait tempore Antichristi hunc una cum Elia, et Joanne theologo mittendum, ad eum redarguendum : 'Ο δὲ ἀγαθὸς καὶ φιλόανθρωπος Θεὸς ἡμῶν οὐδὲ ἐν τῷ τότε καιρῷ καταλιμπανεῖ τὸν κόσμον διχα τινὸς κηρύσσοντος. Ἀποστέλει ἄνδρας τρεῖς, δύο ἐκ νεφέλης καὶ ἄλλον ἐκ τῆς γῆς· εἰσὶ δὲ οὗτοι Ἐνώχ, Ἡλίας, καὶ Ἰωάννης ὁ θεολόγος, λέγοντες· Πλάνος ἐστί· μηδεὶς αὐτῷ πιστεύσῃ. Καὶ ἀναίρει αὐτοὺς ἐν φόνῳ μαχαίρας, καὶ πεσοῦνται τὰ σώματα αὐτῶν ἐπὶ τῆς γῆς τρεῖς ἡμέρας καὶ ἡμισυ· καὶ εἰσέρχεται εἰς αὐτοὺς πνεῦμα ζωῆς, καὶ ἀνέρχονται εἰς τὸν οὐρανὸν πάντων ὁρώντων, καὶ κράζοντες τὸν Θεόν. Καὶ κολούσσει ὁ Ὑψίστος τὰς ἡμέρας ἐκεῖνας, ἵνα μὴ πᾶσα ἡ φάλαγξ ἐκεῖνη τῶν ἁγίων ἐκλείψῃ, καὶ σωθῆσονται οἱ ἀγαπῶντες τὸν Θεόν. Eadem habet Prosper lib. *De provid. Dei*, cap. 6. Ineptus itaque est Hieronymus Oleaster, cum dicit : licet Hebræi dicant, Enoch esse mortuum, sibi tamen videri probabilius non esse mortuum. Tandem multa fabulantur hæretici de loco ex quo raptus est. Lutherus vult raptum suaviter in gramine dormientem nullo conscio. Selnecker scribit, vigilantem coram tola Ecclesia, vel præcipuis patriarchis : *Alioquin unde scivissent, ait, raptum a Deo?* Probabilior est sententia Delrii, qui, *Fateamur, inquit, nos nescire quo tempore, loco, modo et coram quibus raptus fuerit. Scimus raptum viventem, et a Deo.* An vero idem Enoch translatus sit moriturus, et quem in locum translatus sit, utrum in paradysum terrestrem, unde eieectus est Adam, et quare translatus, et an sic translatus videat essentiam Dei, et an librum aliquem scripserit multis pertractat Pererius in *Genes.*, lib. vii, et Delrius in dictum locum *Genes.* disertissime discutit, et alii. Librum ejus laudat Crigenes hom. 29 in *Num.*; Tertullianus, lib. *De idololatria, De pudicitia et De cultu virginum.* Origenes Anacephal. lib. iv *De principiis.* Damnatur ut apocryphus. Hieronymus *Catal. script. ecclesiast.*, vel hoc uno Judæ apostoli epistolam a plebisque rejici tradit, quia de libro Enoch, qui apocryphus est, in ea assumit testimonium. Alius est hic ab Enocho Caini filio, cujus supra meminimus.

Col. 752, lin. 28. 'Ο δὲ υἱὸς αὐτοῦ. Quidam hunc sicut et patrem animo et corpore translatus fuisse tradiderunt, alii, et verius, ipso anno diluvii obiisse. Secundum editionem Septuaginta annis quatuordecim post diluvium vixit, quod est absurdum, et mirum. Ποῦ διεσώθη ἐν τῷ κατακλυσμῷ? De celeberrima hac quæstione consule Hieronymum in *Quæstion. Hebraicis*, Augustinum *De civit. Dei*, lib. xv et xiii. Georgius Syncellus in *Chronico* : Τοῦτο οὐκ εὔχειν δοκεῖ. Ἔσονται γὰρ κατὰ τοῦτον τὸν λόγον αἱ ἀνά πάσας Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ ἱεραὶ βίβλοι τῆς Γενέσεως διεφθαρμέναι, αἱ ὅσθ' ἔτη ἱστοροῦσι τοῦ Μαθουσάλα. Ἔσται δὲ καὶ Ἰάρεδ μακροβιώτερος σὺ-

Α τοῦ ἔτη γ', ὅσθ' ἔσσης ἔτη, ὅπερ οὐδὲν συμπεφύνηται. Διόπερ οὐ χρὴ διὰ τὸ φάναι συναπολέσθαι αὐτὸν τοῖς ἐν τῷ κατακλυσμῷ, διὰ τοῦτο ὅμῳ ἔτη βεβιωκέναι. Ἀλλὰ οὐδὲ τῷ Ἀφρικανῷ πεπιθόμεθα προτιθέντι τὰ αὐτὰ κ' ἔτη, καὶ ὅσθ' λέγοντι τοῦ Μαθουσάλα, ἀντὶ ὅσθ'. Λοιπὸν οὖν κρείσσον εἶναι δοκεῖ ταῖς καθ' ὄλην τὴν οἰκουμένην ἐπομένους ἱεραὶς βίβλοις ὅσθ' τῆς ζωῆς λέγειν Μαθουσάλα· εἰ δὲ τὸν κατακλυσμὸν ὑπερβέδῃκεν ἔτεσι ιε', τοῦ Θεοῦ κάκεινον ἴσως, ὡς τὸν Ἐνώχ, περιώσαντος παραδόξως, καθ' οὗς οἶδε τρόπους, καὶ τόπους.

Ibid., lin. 32. Τοῦτω τῷ Ἀάμεχ. Hæc ad verbum versibus expressit Constantinus Manasses in *Anal.* :

Ἦν δὲ τις Νῶς δίκαιος ἐν τοῖς τοῦ Σὴθ ἔγγυ-
[νοῖς]
Ἔρωτος ἐκ τοῦ σπέρματος Ἀδάμ τοῦ πρωτοκλά-
[στου,
Ὅς, μετιῶν τῆς ἀρετῆς τὴν ἐννομοπραγίαν,
Καὶ τὴν κακίαν ἐκ ψυχῆς ἀποστειλῶν, καὶ φού-
[ρων,
Τοὺς φανουργοὺς καὶ δυσσεβεῖς ἐσπεύδα συ-
[ζρονίζων.
'Ἐπεὶ δ' οὐκ ἐπειθερ αὐτοὺς τῶν φανῶν ἀποστέ-
[σθαι.
Μετέστη μὲν ἀπὸ τῆς γῆς, ἔρθα τὸ πρῶτον ἐν-
Μέτοικος δὲ γενόμενος ἀλλοδαποῖς ἐν ὄρει,
Τὴν ἔμνομένην κίβωτον ὠρίσθη τεκτονῆσαι,
Καὶ ζῶον ἅπαν ἐν αὐτῇ χερσὺν ἔγκλεισαι
Ὅς σπέρμα χρηματίζων, καὶ ζῶον τὸν γέ-
[νους.

In quibus mira Manassis hallucinatio deprehenditur. Noe enim nonum ab Adamo constituit, Scripturis omnibus, chronicorumque scriptoribus reclamantibus. Quare reponendum judico δέκατος ἐκ τοῦ σπέρματος. Nec in illo audiendus est, cum dicit Noe in arcam animal omne terrenum et aquatile, χερσὺν ἔγκλεισαι, inclusisse, ut semen inde animantium servaret. Usus enim arcæ terrenis, non aquatilibus erat necessarius. Eximium Noe præconium habes apud Chrysostomum, hom. 25 in *Genes.* Sibyllam Oracul. libr. 1, Basilium Seleuciensem orat. 4 et 2 de Noe, et alios.

Ibid., lin. 35. Ἀχρὶ γὰρ ἐβδόμης γενεᾶς. Eadem habet Josephus l. 1 *Antiq.*, cap. 4; Zonaras *Anal.* lib. 1. Nec dissentit Theodoretus in *Genes.* quæst. 47; Methodius : Τῷ δὲ ἑπτακοσιοστῷ ἐνενηκοστῷ ἔτει τῆς Ἰάρεδ ζωῆς, ἤτοι τῆς δευτέρας χιλιάδος, προσέθετο ὁ πονηρὸς καὶ ὀλέθριος διάβολος πολέμῳ πορνείας προσφάσσει τοῖς υἱοῖς Σὴθ, εἰς τὰς θυγατέρας Κάϊν, καὶ ἐξωθείσας ἔβριψε τοὺς γίγαντας εἰς ἔλεθρον τῆς ἀμαρτίας. Καὶ ὠργίσθη θυμῷ Κύριος ὁ Θεός. Καὶ ἐν τῷ τέλει τῆς δευτέρας χιλιάδος ἐγένετο κατακλυσμὸς τῶν ὑδάτων, καὶ ἠφανίσθη πᾶσα ἡ δημιουργία τε καὶ διάπλασις. Sed ea quæ hic traduntur a Methodio falsa esse, et illi afflicta, censent nonnulli, errore satis explorato certoque chronologiæ. Incesta, adulteria, scelera, impietates, aliæque hominum illorum fuse prosequitur Enoch lib. 1, Περὶ τῶν ἐργηγῶρων. Ad septimam etenim generationem vita Adam protracta omnes ad cultum Dei, et verbo, et opere instruendo compellebat. Far enim est credere, eum non tantum propriorum

lapsuum pœnitentia tristem, verum et aliorum delictis quasi stimulis quibusdam actum intime fremituisse, et lacrymis supplicem ad Deum delinquentibus optimis monitis succurrisse, sicque naturam humanam debilem, et languentem ope Dei instaurasse. Quæ felicitas, dum et vita, et spiritus, integra duravit. Postquam decessit, homines amandata verecundia quotidie ad majora, et scelestiora facinora prolapsos non est mirum. Quando et tunc filii Dei filiabus hominum se junxerunt. Posteritas scilicet Sethi pietate celebris et Deo summe chara conjunxerat se cum posteritate Caini impia et nequam. Quasi diceret iisdem sceleribus ac facinoribus complexa eorum vitam, se immiscuit, et in eadem vitia prolapsa est. Vide *Chronicon Alexandrinum*.

Ccl. 752, lin. 39. Ὁ δὲ οὐρανὸς ὁ Νῶε. Josephus *Antiquit.* lib. 1, cap. 4 : Ὁ Νῶχος δὲ τοῖς ὑπὲρ αὐτῶν πραττομένοις δυσχεραίνων, καὶ ἀλγηρῶς ἔχων, ἐπειθεν ἐπὶ τῷ κρεῖττον τὴν διάνοιαν καὶ τὰς πράξεις μεταφέρειν. Ὅρων δ' οὐκ ἐνδιδόντας, ἀλλ' ἰσχυρῶς ὑπὸ τῆς ἠδονῆς τῶν κακῶν κεκρατημένους, καὶ δεισας μὴ φονεύσασιν αὐτὸν μετὰ γυναικῶν, καὶ τέκνων, καὶ τῶν τούτοις συνόλων, ἐξεχώρησε τῆς γῆς. Ὁ δὲ Θεὸς τοῦτον μὲν τῆς δικαιοσύνης ἠγάπησε· κατεδίκαζε δὲ οὐκ ἐκεῖνο μόνον τῆς κακίας, ἀλλὰ καὶ πᾶν ὅσον ἦν ἀνθρώπων τότε δόξαν αὐτῷ διαφθεῖραι καὶ ποιῆσαι γένος ἕτερον πονηρίας καθαρὸν, ἐπιτεμόμενος αὐτῶν τὸν βίον, καὶ ποιήσας ἐτῶν οὐχ ὅσα πρότερον ἔζων, ἀλλ' ἑκατὸν εἰκοσιν, εἰς θάλασσαν τὴν ἤπειρον μετέβαλε. Καὶ οἱ μὲν οὕτως ἀφανίζονται πάντες. Νῶχος δὲ σώζεται μόνον, ὑποθεμένου μηχανῆν αὐτῷ, καὶ πόρον πρὸς σωτηρίαν τοῦ Θεοῦ τοιαύτην.

Ibid., lin. 41. Καὶ προστάττει αὐτῷ. Monitu itaque jussuque Dei arca exstructa est. Nugatur ergo pseudo Berosus Annianus, qui ait, Noe astrologiæ scientissimus ex astrorum inspectione et observatione prævidisse diluivium, nec tutior Annius : *Alibi scripsimus atque probavimus, hæc duo simul dare inundationem terrarum a causis naturalibus processisse, quas studiosi in monumentum exciderunt, et a divina providentia simul ab æterno ordinatam, ut quo potissimum tempore homines demerentur perirent.* Quamvis enim Avicenna, nonnullique alii astronomi defendant, efficacia causarum naturalium, earumque vi fieri posse tantam aquarum effusionem ; et Seneca lib. III *Natur. quæst.* ait, futurum aliquando tale diluivium, et non secus quam hiemem, quam æstatem, lege mundi ac sponte venturum. Verior tamen probabiliorque sententia contraria est. Eam constituit Aristoteles lib. I *Meteor.*, cap. 14, et alii. Consule, Damascenum lib. I *Fidei orthod.*, cap. 3

Ibid., lin. 42. Κατασκευάσαι κιβωτόν. Philo sub finem lib. II *Vitæ Moysis* ; Josephus *Antiq.* lib. 1, c. 4. In ejus partibus assignandis constituendisve variant doctores. Origenis in hom. 2, opinio exagittatur hodie sentientis fuisse cubitos geometricos, quorum singuli communes sex continent ; longitu-

dinis mille octingentorum cubitorum, latitudinis trecentorum, altitudinis centum octoginta, vastissimam sane molem, si ad cubitos solemnes, seu communes reducas : hoc est, duum millium et septingentorum pedum in longum, quadringentorum et quinquaginta in latum ; altitudo ducentorum septuaginta. Hanc sententiam cum Isidoro Clario sequitur Delrius, quia profitetur Origenes, quæ traditurus de arca majorum traditione habuisse, et quia non displicuit Augustin. I. I *Quæst. in Gen.* et alibi, qui objectionem illam de arcæ magnitudine vocat ineptissimam calumniam, et solvit similitudine urbium majorum. Non displicuit etiam Cajetano ; et Delrio ridiculum videtur, malle animantia in arcem illic compacta fuisse, ut comode se movere et cubare requirent, quam laxè et salubriter degere.

Ibid., lin. 48. Ἐπενεχθήντος δὲ τοῦ. Maximæ illius aquarum inundationis, et cataclysmi universalis ex vetustissimis scriptoribus meminere Abidenus, Berosus et alii, quos recenset Eusebius *De præparatione evangelica* lib. IX, et *Chronici* prima parte. Ejus elegantem descriptionem habes apud Manassem in *Annalibus*, et Basilium Seleuciensem. Albumasar a mundi initio ad diluivium numerat annos integros duo millia ducentos viginti octo. Alliacensis, lib. *De concordia astrologiæ et historiæ*, ab Adam ad diluivium annos bis mille ducentos quadraginta octo fluxisse, idque astrologicis rationibus ipsius mundi genituræ themate proposito nititur probare. Eum refellit Joannes Picus in *Astrol.* lib. V. De his vide plura apud chronographos. Augustinus, lib. XVIII *De civitate Dei*, c. 8, nullam fuisse nec apud Græcos, nec apud Latinos hujus diluivii neque notitiam, neque commemorationem scribit. Varronemque testem adducit, qui scripsit in monumentis litterarum veteris memoriæ, nihil Ogygis diluivio, quod multis sæculis post Noeticum accidit, reperiri vetustius. Id tamen negari sine contumacia Pererius, lib. XII in *Genes.*, ait non posse ex Josephi testimonio lib. I *Antiquit.* cap. 4 : *Hujus autem diluivii et arcæ meminerunt omnès barbaricæ historiæ scriptores, et in his Berosus Chaldæus, narrans enim de hoc diluivio sic ferme scribit : « Fertur autem, et navigii hujus pars in Armenia apud montem Cordiæorum superesse, et quosdam bitumen inde abrasum secum reportare, quo vice amuleti loci ejus homines uti solent. » Meminit horum et Hieronymus Ægyptius, qui antiquitates Phœnicum scripsit, et Mnaseas, et alii plures. Quin et Nicolaus Damascenus, lib. XCVI, de his rebus narrat in hæc verba : « Est super regionem Minyarum magnus mons in Armenia, nomine Baris, in quo multos profugos diluivii tempore servatos ferunt. Et quemdam arca relictam in hujus vertice hæsisse, et reliquias lignorum ejus longo tempore duravisse, qui fortassis is fuit, de quo etiam Moyses scribit Judæorum legislator. » Et Eusebii lib. IX *De præparatione evangelica*, qui verbis Josephi ex Abydeuo li-*

historico subdit nonnulla et Cyrilli Alexandrini, qui ad hoc probandum refert testimonium Alexandri Polyhistoris. Nec Plato id ignorasse videtur ex iis quæ habet in *Timæo*, ante particularia diluvia apud Græcos celebratam fuisse antiquitatem maximam quamdam aquarum inundationem terræque vastationem. Ad hoc item pertinet quod Pomponius Mela, lib. 1, c. 21; et Plinius l. v, c. 13, et Solinus, cap. 37, Joppem urbem Judææ maritimam prædicari omnium terræ urbium vetustissimam credique fuisse ante diluvium. Quæ præterea de diluvio Deucalionis Plutarchus, lib. *De solertia anim.* retulit de columba, ad Noeticum diluvium pertinent. Huc item spectant, quæ de diluvio l. 1 *Metamorph.* Ovidius scribit. Verum Pererius, qui post Augustini de notitia diluvii sententiam expositam affirmavit id non posse negari sine contumacia, cum id tamen negasset Augustinus, ne videretur tanto viro notam contumaciæ vel ignorantia, aut oblivionis historiae inurere, illum excusans ait, Augustinum non præcise dixisse nullis historicis notum fuisse diluvium Noe, sed tantum fuisse ignoratum a Græcis et Romanis historicis, nihil de barbaris historiis locutum; et id verum esse, cum illos quos ipse Pererius citavit barbaros fuisse et rerum barbaricarum scriptores certum sit. Hæc tamen explicatio pia est, quis id negabit? dum Augustinum ab ignorantia defendit, et contumacia suaque laude non caret. Mihi tamen ab omni humanitate alienum esse videtur serio accusare, quem frigidis falsisque rationibus postea non valet defendere. Ut eni verum fatear, quis unquam dixit et Alexandrum Polyhistorum, et Plutarchum, et Platonem, et Ovidium, et Plinium, et Solinum, et Melam barbaros fuisse, eosque fuisse rerum barbaricarum scriptores? nunquam memini me legisse; nec puto id etiam litteris proditum fuisse Græcos, Romanosque barbaros fuisse. Qui si barbari, quis in toto terrarum orbe ab hac se nota immunem defendet? Ut ergo falso accusatus Augustinus defendatur, barbari omnes, et Romani, et Græci erimus. Contra jus fasque Augustinus tanquam contumax accusatur, et contra jus fasque et Romani, et Græci barbari judicantur. Profecto, dicet quis vel, nos in lectione auctorum qui de diluvio verba fecere, excutimus; vel Augustinus aliter ac res erat exposuit, qui contra sentit et lapsus est, historiae et antiquitatis aut incertia, aut oblivione. Nequaquam. Namque Augustinus ait id non novisse neque Græcam, neque Latinam historiam, quod verum est, et rationi veritatque historiae consentaneum; nunquam enim historia sive Græca, sive Latina a suis scriptoribus monumentis publicis, sive hominum traditione id habuit, Noeticum diluvium fuisse. Recens est et juvenis historia Græcorum et Latinorum; antiquissimum Noeticum diluvium, ita ut ejus memoria traditionem omnem effugiat. Habuit illius notitiam Hebræorum historia Scripturæ sacræ monumentis nusquam tamen est historia Græ-

ca vel Latina. Sin etiam scientias, et artes omnes et Græcas, et Latinas necesse erit affirmare, cum de illis agant Græce et Latine auctores Græci et Latini; neque talis modus elocutionis talem efficit scientiam vel artem. Quando et Dionysii Halicarnassei, et Dionis Cassii, et aliorum historiam Romanam Græcam esse contendemus, postquam lingua Græca enuntiata est. Res ergo, non elocutio, neque auctor ipse facit historiam hujus potius nationis, quam alterius. Multa de Deo, de mundi creatione, de providentia divina, de Christiana religione, de sexcentis aliis philosophi Platonici, et historici profani in suis commentariis prodidere, quod ita manifestum est uti probatione non egeat: ideo ne illa, et Græcam philosophiam, et Græcam historiam illosque Græcæ philosophiæ, vel historiæ scriptores fuisse affirmabimus, aliud omnino est alieno ore, aliud proprio loqui. Optime itaque Augustinus diluvium nec Græca, nec Latina historia compertum fuisse affirmavit, quia etsi de illo meminere, non ex Græcorum Latinorumque historicis thesauris, sed externorum libris id hausere; cum, ut idem ait Augustinus ex Varrone, Latina historia nihil habuit antiquius Ogygis diluvio. Possemus item dubitare, an Latina historia et Romana idem sit. Augustinus enim ait, *Quod gentium neque Græca, neque Latina novit historia.* At Pererius dum repetit illius verba, vel saltim sententiam, *Sed tantum dixit fuisse ignoratum in Græcis, et Romanis historiis, nihil de barbaricis historiis locutus.* En quomodo ex Latina historia, Romana facta est. Sed cætera prosequamur a nostro instituto minime aliena.

Col. 752, lin. 48. *Ἐκάλυφθη τὰ ὄρη ἅ.* Theophilus ad Autolyicum, lib. III, ait τὸ ὕδωρ ὑψωθῆναι ἐπάνω παντὸς ὄρους ὑψηλοῦ πεντεκαίδεκα πήχεις, et Albinus, *Quæst. in Genes.*, hoc fieri potuisse affirmat, quamvis ad illam partem aeris pervenerit, in quam nec ventus invadere, nec nebulae condensari possunt: *Si terra spatium illius tranquillæ ætheris invadere potest, cur non et aqua crescendo? Sunt tamen quidam, qui putant nec terræ inæqualitatem talem, nec montium altitudinem tantam ante diluvium fuisse sicut nunc est.* Verum philosophicarum, ac rerum mathematicarum perito minime hæc sententia ardebit. Quamvis enim his temporibus montes altiores concedamus, non tamen sequeretur tunc altitudinem montium non fuisse tantam, sicut nunc cernitur. Nunquam enim creverunt montes, nec in majorem altitudinem se exererunt, etiam si sublimiores videntur; vallibus enim in imum effossis, terra labentibus aquis decurrente aut etiam fluvialibus, montes altiores assurgunt, non quod aliquid illis de novo sit adjunctum, sed quia in lateribus, vel ima parte aliquod est detractum, et sane montes ipsi quotidie temporum edacitati obnoxii decrescunt. Fabulantur Judæi, Og regem Basan fuisse ex gigantibus illis, de quibus dicitur *Gen. VIII*, in altissimo monte consistentem, evasisse diluvium, illudque probant ex eo quod habetur *Deut. III*: *Solus*

Og restiterat de stirpe gigantum. Et falsi arguuntur Thalmudistæ, qui dicunt, diluuium non attingisse montem Sion, hoc solo argumento quod semen gigantum inventum sit post diluuium in loco prædicto. Plato in Timæo, et Diodorus Siculus Biblioth., lib. vi, ab hac sententia videntur abhorreere, sed iidem in re ac materia diversa, quamvis in cæteris falsi consentiunt. Trædunt enim tempore diluuii, magos confugisse, nonnullosque alios Ægypti populos in juga montium ibique monumenta reconditissimæ vetustissimæque eruditionis quæque comportasse, asservasseque in gratiam et usum mundi superstitis. Inde postea inferunt a magis Ægyptiisque Græciæ populis communicata. Quæ omnia quamvis tenere affirmantur, hos tamen auctores lepidis hisce fabellis illud innuisse certum est : a quibusdam et pietate et eruditione conspicuis viris arte quadam multarum scientiarum methodos, rationes, variaque experimenta futuris hominibus, ab eluvione illa aquarum conservasse. Illud in his omnibus verum est, omnes summitates montium, ut divinæ tradunt Litteræ, certa quadam aquarum mensura coopertas, per id spatium quo duravit diluuium sub aquis latuisse, nec audiendus Cajetanus, qui putat vertices aliquos montium non fuisse opertos aquis diluuii, nec hoc adversari divinæ Scripturæ; quomodo id potuerit esse explicat, et ante Cajetanum nonnulli id affirmarunt eos montes, quorum altitudo excedit locum generationis imbrium sive mediam regionem aeris, non fuisse opertos, cum diluuium generatum a pluviis non potuerit increscere supra locum ubi generantur pluviæ. Hanc opinionem Augustinus commemorat, et refellit, l. xv De civitate Dei, cap. 27 : Opinantur quidam, tam magnum fieri non potuisse diluuium, ut altissimos montes quindecim cubitis aqua crescendo transenderet, propter Olympi verticem montis, supra quem perhibentur nubes non posse conscendere; ut non ibi sit aer iste crassior ubi venti, nebulæ, imbresque gignuntur, nec attendunt, omnium elementorum crassissimam terram ibi esse potuisse. An forte negent esse hanc terram verticem montis? Cur igitur usque ad illa cæli spatia terris exaltari licuisse, et aquis exaltari non licuisse contendunt, cum isti mensores et pensores elementorum aquas terris perhibeant superiores, atque leviores? Quid itaque rationis afferunt, quare terra gravior, et inferior locum cæli tranquillior invaserit per volumina tot annorum, et aqua levior ac superior non permessa sit hoc facere saltem ad tempus exiguum? Tandem ridendæ sunt nugæ Mahumetanæ, quæ non dicunt, sed insaniant, arcam excrementis gravatam periculo proximam fuisse; quapropter Noe, cum ad Deum confugisset, responsum accepit, ut curaret elephantum in cloacis hominum egerere sua stercorea. Ex quibus sus pergrandis generatus immunda illa devoravit, ex suis fetore procreatus sorex arcam arrosit, ac perforavit, ita ut aqua ingrederetur. Noe majori periculo a Deo ut leonem

feriret in fronte accepit. Percussione hac furore atque ira leo exarsit, et spiravit vehementer, ut ex ejus naso catus prodierit soricem devorans! O Mahumetanam elegantiam! o arcam! o numen Mahumetis stercoreum! o percussione leonis tam utilem! o catum de humano genere bene meritum! o nequam soricem, nequiores elephantum, nequissimum qui hæc audit, et credit, nec aspernatur liri, liri

Col. 753, lin. 1. *Εἰς ἄρκαρ τὴν ὄρουσ.* Mons super quem resedit arca, varie ab auctoribus traditur: Berosus Chaldæus apud Josephum, *Antiq.* lib. 1, appellat montem Cordyæorum; Nicolaus Damascenus nominat Barim. Verba Josephi superius exscripsimus, et ex eo Zonaras *Annal.* tom. 1. Cur autem Ambrosius eum appellaverit montem Quadrati, Pererius nulla conjectura vel suspicione se posse attingere scribit lib. xiii in *Genes.* Textus tamen Scripturæ Græcus, et Hebræus expressit Ararat, quod D. Hieronymus ait Armeniam esse: sunt montes Armeniæ, et pars Tauri, qui varia locis diversis nomina accepit. Epiphanius in *Panario* has omnes nominum diversitates conciliat, dicens, post diluuium requievisse arcam Noe in montibus Ararat (esse Septuaginta), mediis inter Armeniorum et Cardyæorum fines (esse Vulgatam versionem, et Chaldæi paraphrasin), in monte Lubar appellato, ecce quod Damascenus prodidit, ἐν τοῖς ὄρεσι τοῖς Ἀραράτ ἀναμέσον Ἀρμενίων καὶ Καρδυαίων, ἐν τῷ Λουδάρ ὄρει καλομένῳ. Procopius: *Ararat medius inter Armeniam, et Parthiam excurret versus Adra-benorum regionem.* Sibyllina oracula lib. 1, pro Armenia Phrygiani obtrudunt; falsum plane, ut et illud quod subdit eadem Sibylla, se cum marito suo in arca inclusam fuisse.

Ibid., lin. 5. *Καὶ τὰ λείψανα.* Theophilus ad *Autolycum*, lib. iii: Ἦς κίβωτοῦ τὰ λείψανα μέχρι τῆς δεῦρο δεικνύται εἶναι ἐν τοῖς Ἀραβίοις ὄρεσι. Zonaras, loco d.: Ἀποβατήριον δὲ τὸν τόπον καλεῖσθαι τοῖς Ἀρμενίοις φησὶν Ἰώσηπος καὶ λείψανα δεικνύσθαι τῆς λάρνακος ἐκεῖ. Et Josephus ex Nicolao Damasceno: Καὶ Νικόλαος δὲ ὁ Δαμασκηνὸς ἐν τῇ ἐνενηχοστῇ καὶ ἑκτῇ βίβλῳ ἱστορεῖ περὶ αὐτῶν λέγων οὕτως: Ἔστιν ὑπὲρ τὴν Μινυάδα μέγα ὄρος κατὰ τὴν Ἀρμενίαν Βάρις λεγόμενον, εἰς ὃ πολλοὺς συμφυγόντας ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ λόγος ἔχει περισωθῆναι, καὶ τινα ἐπὶ λάρνακος ὀχοῦμενον ἐπὶ τὴν ἀκρῶρειαν ὀκεῖλαι, καὶ τὰ λείψανα τῶν ζώων ἐπὶ πολὺ σωθῆναι. Γένοιτο δ' ἂν οὗτος ὄντινα καὶ Μωϋσῆς ἀνέγραψεν ὁ τῶν Ἰουδαίων νομοθέτης. Nicolaus Salconus, lib. *Histor. part. Orientis* ex ore Haythoni ordinis Præmonstratensis: *In Armenia est altior mons, qui sit in toto orbe terrarum, qui Ararat vulgo nuncupatur, et in cacumine illius montis arca Noe post diluuium primo sedit, et licet propter abundantiam nivium, quæ semper in illo monte reperiantur, tam hieme quam æstate, nemo valet ascendere montem illum, semper tamen apparet in ejus ca-*

cumine quoddam nigrum, quod ab hominibus dicitur a esse arca.

Col. 753, lin. 6. *Καὶ τῇ ἀσφάλτῳ.* Albinus, *Quæst. in Genes. de natura bituminis: Bitumen est serventissimum et violentissimum gluten, cujus est hæc virtus, ut ligna eo oblita, nec vermibus exedi, nec solis ardore, nec flatibus ventorum, nec aquarum possint inundatione dissolvi.* Josephus *Antiq.* lib. 1, cap. 4, de arcæ bitumine ex Beroso Chaldæo: Τοῦ δὲ κατακλισμοῦ τούτου καὶ τῆς λάρνακος μέμνηται πάντες οἱ τὰς βαρβαρικὰς Ἱστορίας ἀναγράφοντες, ὡν ἐστὶ καὶ Βηρωσὸς ὁ Χαλδαῖος. Δηγοῦμενος γὰρ τὰ περὶ τῶν κατακλισμῶν οὕτω πως διέξεισι· Λέγεται δὲ καὶ τοῦ πλοίου ἐν τῇ Ἀρμενίᾳ πρὸς τῷ ὄρει τῶν Καρδουαίων ἐστὶ μέρος τι εἶναι, καὶ κομίζειν τινὰς τῆς ἀσφάλτου ἀφαιρούντας. Χρῶνται δὲ μάλιστα οἱ ἄνθρωποι τῷ κομιζομένῳ πρὸς τοὺς ἀποτροπιασμούς. His ex Josepho subdit nonnulla ex Abideno Euseb. *De præpar. evang.*, lib. ix, inter cætera: Τὸ δὲ πλοῖον ἐν Ἀρμενίᾳ περιάπτα ξύλων ἀλεξιφάρμακα τοῖσιν ἐπιχωροῖσι παρέχεται. Et *Chronicorum* part. 1, ex Alexandro Polyhistore: Τοῦ δὲ πλοίου τούτου κατακλιθέντος ἐν τῇ Ἀρμενίᾳ μέρος τι εἶναι ἐν τοῖς Κορκοραίοις (lego Κορδουαίοις) ὄρει τῆς Ἀρμενίας διαμένον, καὶ τινὰς ἀπὸ τοῦ πλοίου κομίζειν ἀποξύνοντας ἀσφαλτον· χρῆσθαι δὲ αὐτὴν πρὸς τοὺς ἀποτροπιασμούς. Hæc autem arcæ reliquiæ, ut videre est ex Josepho, quæ ad sua tempora perdurarunt per annos amplius bis mille, an virtute bituminis, de quo plura Plinius, lin. xxxv, cap 15, et ex Albino Rabanus: *Bitumen est serventissimum, et violentissimum gluten, cujus hæc est virtus, ut ligna quæ eo oblita fuerint, nec vermibus exedi, nec solis ardore, nec ventorum flatibus, nec aquarum possint violentia dissolvi; an ita Deo disponente, quod et verius, ut mortales æternum, ut ita dicam, justitiæ divinæ, nec non et misericordiæ præ oculis haberent monumentum?*

Ibid., lin. 8. *Ὁ δὲ Νῶε ἐτελεύτησεν.* Pseudo-Berosus Annianus lib. iii, multa de Noe, et iis quæ ipse post diluvium gessit, fides sit penes auctorem.

Ibid., lin. 9. *Καὶ νιοὶ αὐτοῦ.* Hebræorum plerique docent, Japhet primo loco a Noe fuisse genitum, Cham secundo, Sem omnium postremo. Augustinus, lib. xvi *De civitate Dei*, cap. 2, Japhet D minimum putat, Sem maximum.

Ibid., lin. 12. *Ἀπὸ τοῦ ὄρους.* Noe enim, et filii, relictis montibus Armeniæ post diluvium, terræ planitiem assequuntur, fuitque prima habitatio in terra Sennaar, quo in loco postea Babylon ædificata fuit. Eusebium, part. 1 *Chronic.* ex Alexandro Polyhistore: Ἐλθόντας οὖν τούτους εἰς Βαβυλῶνα τὰ τε ἐκ Σιππάρων γράμματα ἀνορούσαι, καὶ πόλεις πολλὰς κτιζόντας, καὶ ἰερὰ ἀνιδρυσταμένους πάλαι ἐπικτίσαι τὴν Βαβυλῶνα. Hebræi asserunt, Noe ex Armenia rediisse in veterem patriam, id est, loca Damasco vicina, ubi constituit regnum, et pon-

⁸¹ Gen. x, 10.

tificatum Salem, quæ Melchisedech administravit.

Ibid., lin. 22. *Νεβρώθ ἔπειθεν ὁ.* Josephus, lib. 1 *Antiquit.*, cap. 5: Ἐξῆρε δὲ αὐτοὺς πρὸς τε ὕβριν τοῦ Θεοῦ, καὶ καταφρόνησιν Νεβρώδης, ὡς υἱῶνδός μὲν ὦν Χάμου τοῦ Νώχου· τολμηρὸς δὲ καὶ κατὰ χεῖρα γενναῖος, ἔπειθεν αὐτοὺς μὴ τῷ Θεῷ διδόναι τὸ εἶ· ἐκείνον εὐδαιμονεῖν, ἀλλὰ τὴν ἰδίαν ἀρετὴν ταῦτα παρέχειν αὐτοῖς ἡγεῖσθαι. Περίιστα δὲ κατ' ὀλίγον εἰ; τυραννίδα τὰ πράγματα, μόνως οὕτω νομιζῶν ἀποστήσειν τοὺς ἀνθρώπους παρὰ τοῦ Θεοῦ, εἰ χρώμενοι τῇ αὐτοῦ δυνάμει διατελείεν. Ἀμυνεῖσθαι τε τὸν Θεὸν πάλιν ἠπέλειε τὴν γῆν ἐπικλύσασθαι θελήσαντα· πύργον γὰρ οἰκοδομήσειν ὑψηλότερον, ἢ τὸ ὕδωρ ἀναθῆναι δυνηθεῖν· μετελεύσεσθαι δὲ καὶ τῆς τῶν προγόνων ἀπωλείας. Non dissimilia narrat Hugo de Sancto Victore *Annot. in Genes.* et Hieronymus, *Traditionibus Hebr. in Genesin.* Nemrod, inquit, *arripuit insuetam primus in populo tyrannidem regnavitque in Babylone, quæ ab eo, quod ibi confusæ sunt linguæ, turris adificantium Babel appellata est.* Methodius ait hunc fuisse nepotem Sem: Πρὸς τοῦτον κατῆλθε Νεβρώθ, καὶ παιδευθεὶς παρ' αὐτοῦ ἐλήψε βουλήν ἐφ' ᾧ βασιλεύσει αὐτόν. Οὗτος δὲ ὁ Νεβρώθ ἀδελφὸς τῶν ἡρώων ἐτύγχανε τῶν τέκνων τοῦ Σήμ. Καὶ αὐτὸς πρῶτος ἑθασίλευσεν ἐπὶ τῆς γῆς. Quod falsum esse verba Moysis convincunt, quæ eum faciunt nepotem Chami: *Filii Cham, Chus, Mesraim, Phut, et Chanaan.* Porro *Chus genuit Nemrod.* Et Augustinus, lib. xvi *De civit. Dei*, cap. 4: *Unde colligitur, gigantem illum Nemroth fuisse illius conditorem, quod superius breviter fuerat intinatum, ubi cum de illo Scriptura loqueretur, ait, initium regni ejus fuit Babylon⁸¹, id est, quæ civitatum cæterarum gereret principatum, ubi esset tanquam in metropoli habitaculum regni, quamvis perfecta non fuerit usque in tantum modum, quantum superba cogitabat impietas.* Et inferius: *Erigebat ergo cum suis populis turrem contra Dominum, qua est impia significata superbia.* Plura de hac turris ædificatione per Nemrothem habes apud historicos. Aliter tamen sensit Cajetanus, cum negat auctorem hujus turris fuisse Nemroth, quamvis jam inchoatæ post confusionem linguarum occupatorem. Neque Nemroth, inquit, neque aliquem certum hominem auctorem fuisse illius fabricæ declarat exhortatio, et incitatio attributa vage et indefinite hominibus, ut intelligamus hinc, quod Nemroth civitatem Babyloniam inchoatam, communi voto, et conatu, post confusionem linguarum ipse occupaverit, et ibidem regnare cæperit.

Ibid., lin. 25. *Καὶ δὴ πύργον.* De hac turri Ahydenus apud Eusebium, *De præparat. evangel.*, lib. ix: Ἐντὶ δ' οἱ λέγουσι τοὺς πρῶτους ἐκ γῆς ἀνασχόντας, βώμη τε καὶ μεγέθει χαυνωθέντας, καὶ δὴ θεῶν καταφρόνησαντας, ἀμεινονας εἶναι πύργων τύρσον ἡλίθιατον ἀεῖρειν, ἵνα νῦν Βαβυλῶν ἔσται, ἣ δὴ τε ἄστρον εἶναι τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τοὺς ἀνέμους θεοῦσι

βυθόντας ἀνατρέψαι περὶ αὐτοῖσι τὸ μηχανήμα. Τοῦ δῆτα ἐρείπια λέγεσθαι Βαβυλῶνα. Alexander Polyhistor ex Eupolemo: Εὐπόλεμος δὲ ἐν τῷ περὶ Ἰουδαίων τῆς Ἀσσυρίας φησὶ πόλιν Βαβυλῶνα πρῶτον μὲν κτισθῆναι ὑπὸ τῶν διασωθέντων ἐκ τοῦ κατακλισμοῦ, εἶναι δὲ αὐτοὺς γίγαντας, οἰκοδομεῖν δὲ τὸν ἱστορούμενον πύργον. Περὶ τούτου ὑπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ ἐνεργείας, τοὺς γίγαντας διασπαρῆναι καθ' ὅλην τὴν γῆν. Dictu mira prodit Hieronymus in xiv caput Esaiæ de altitudine hujus turris ad miraculum usque, quem vide.

Col. 753, lin. 26. Ἀπειλῶν τὸν Θεόν. Ideo, ait, illos homines turrim ædificasse, ut contra diluivium, etiam Deo nolente, sibi consulerent. Eadem Josephus, lib. 1 *Antiquit.*, cujus verba supra posuimus. Augustinus, lib. xvi *De civitate Dei*, cap. 4, vesana ait quadam animi elatione, ac insolentia, et adversus Deum impietate Nemroth illud ædificium extruxisse, ut contra Deum sibi pararet propugnaculum, illumque quotiescunque libuisset infestaret, atque offenderet, alii alias adducunt causas. Noster Eustathius utramque, et Josephi, et Augustini conjunxit, et quasi unam exposuit; nec homines illi aliud in mente habuerunt. Solent enim præteritis malis afflicti, futura studio arteque propellere, ne his iisdem infestari contingat; et dum naturæ donis affluunt, robore, divitiis, auctoritatibus stipati, insano ausu furere; et cum jam hominum se esse superiores persenserint, contra Deum insolescere; sibique posse, quodcumque id fuerit opus, ab ejus manu cavere opinari; quin et molestia illum afficere præsumunt. O ridiculam industriam! o nefandum studium! o sceleratam prævidentiam! Næ illi, et oculis, et auribus, et animo cæci sunt.

Ibid., lin. 31. Ὁ Θεὸς τῆς διάλεκτον. Sibylla apud Eusebium: Πάντων ὁμοφώνων ἔντων τῶν ἀνθρώπων, πύργον ὑποδόμησάν τινες ὑψηλότατον, ὡς ἐπὶ τὸν οὐρανὸν ἀναθησάμενοι δι' αὐτοῦ. Οἱ δὲ θεοί, ἀνέμους ἐπιπέψαντες, ἀνέτρεψαν τὸν πύργον, καὶ ἰδίαν ἐκάστῳ φωνὴν ἔδωκαν, καὶ διὰ τοῦτο Βαβυλῶνα συνέθη κληθῆναι τὴν πόλιν. Et Hestæus: Τῶν δὲ ἱερῶν τοὺς διασωθέντας, τὰ τοῦ Ἐνουαίου Διὸς ἰερόματα λαβόντας, εἰς Σενναάρ τῆς Βαβυλωνίας ἐλθεῖν. Σκιδνανται δὲ τὸ λοιπὸν ἐντεῦθεν ὑπὸ τῆς ὁμογλωσσίας τὰς συνοικίας ποιησάμενοι πανταχοῦ, καὶ γῆν ἕκαστοι καταλάμβανον τὴν ἐντυχοῦσαν.

Ibid., lin. 33. Κάκ τούτου ὁ τό. Augustinus, *De civitate Dei*, lib. xvi, cap. 4: *Ista civitas quæ appellata est confusio, ipsa est Babylon, cujus mirabilem constructionem gentium etiam commendat historia. Babylon quippe interpretatur confusio.* Et Abydenus: Ὁ δὲ τόπος ἐν ᾧ τὸν πύργον ὑποδόμησάν, νῦν Βαβυλῶν καλεῖται διὰ τὴν σύγχυσιν τοῦ περὶ τὴν διάλεκτον πρῶτον ἐναργούς. Ἑβραῖοι γὰρ τὴν σύγχυσιν βαβέλ καλοῦσιν. Eam accurate describunt Herodotus, lib. 1; Curtius, lib. v; Philostratus 1. Pausanias tradit omnium quam unquam sol aspexit urbium maximam; muri ambitum habuit trecentorum, et octoginta quinque stadiorum; quorum altitudo

A pedes ducenti, latitudo quinquageni: in singulis pedes ternis digitis mensura ampliore quam nostra. Via in mœnibus ipsis tam lata, ut quadrigæ sibi invicem occurrentes facile pertransire possent; quod Antipater expressit cum ἐπιδρομον ἄρμασι τεῖχος murum appellavit, et Propert., lib. 11:

*Et duo in adversum misit per mœnia currus
Ne possent tacto stringere ab axe latus.*

Ejus conditor laudatur Nemroth, Josepho, lib. 1 *Antiq.*, Zonaræ, Cedreno, aliis: Marcellino, lib. xxiii, Belus; Stephano Babylon Medi filius: Βαβυλῶν Περσική πόλις, μητρόπολις, Σελευκία καλουμένη, Βαβυλῶνος ἀνδρὸς κτίσμα παλαιτάτου, σοφωτάτου παιδὸς Μήδου, οὐχ, ὡς Ἡρόδοτος, ὑπὸ Σεμιράμιδος· ταύτης γὰρ ἦν ἀρχαιοτέρα ἔτεσι χιλίοις δύο, ὡς Ἑρβάνιος.

B Plerique alii Semiramidem parentem faciunt. Claudianus, in Ruff. lib. 1:

*Creditur et centum portis Babylona superbam
Femineus struxisse labor.*

Et Propert. lib. 11:

*Persarum statuit Babylona Semiramis urbem
Ut solidum cocto tolleret aggere opus.*

De Babylone vide plura apud Abrahamum Hortelium in *Thesaurο geograph.*, Matthæum Raderum in *Martiale*, lib. 1, epist. 1; Strabonem, lib. xvi; Diodorum Siculum, lib. 111; Justinum, lib. 1, Joannem Bodinum in Compendio historico, Rodiginum, et alios. Plura nos item notabamus nostris in Philonis Byzantii de septem orbis spectaculis libellum, elegantissimum illum quidem, de Babylone et ejus muris.

C Ibid., lin. 36. Ἐκαστος τοῦν τήν. Distinct: admodum noster Eustathius successiones filiorum Noe prosequitur, et terræ divisionem. Hi namque omnium hominum parentes merito dici possunt, cum reliqui aquarum illa inundatione obissent, et ex his nostrorum omnium ortus ægnoſcendus est. Per omnes enim mundi partes diffusi genus humanum propagarunt, suaque posteris nomina immortalitatis, et memoriæ ergo transmiserunt.

Ibid., lin. 41. Τῶν Ἑλλήνων μετὰ. Hæc sane fuit Græcorum præstantia, hæc virtus, solis ipsis concessa, denegata cæteris, ut reperta ab aliis in meliorem frugem reducerent, mutila perficerent, confusa distribuerent, manca supplerent, superflua demerent; non barbære, non indistincte, sed optima methodo, pulcherrimo eloquio, et aptissima orationis structura; multa etiam ipsi invenirent, quæ ita perficerent, ut nemo vel iis aptius, vel commodius dicere potuerit. Quid gannis, et blateras ineptissimus Anni, iis per quos profecerat, si quid unquam in litteris profectis, rustice ingratus? Si Græci ii sunt, quos tu somnias, quid tot vigiliarum in illis elucubrandis nugamenta? Quid tot congestas ineptias insulse impendis? Quid in illis commentariis illustrandis operam perdis? Næ tu una cum illis, quos studiis adoras, lingua iniqua impudenter laceras, vel insanire, vel fallax, et impostor esse deprehenderis! Græci sunt, quos ipse duces sequeris, et eo illis perversior, quod cum eos tanquam impostores accuses, eorum tamen vestigiis insistis.

Sinamus Græcos, civitate ejiciamus : eorum historiam, doctrinam, artes e memoria hominum eradamus; quos eorum vice complectemur? unde nam et studiorum normam, et scientiarum fructum habebimus? Ex te, insulse et ganeo? qui tantum balbutis, qui bona apud alios tum male sensatus et spurcissima lingua male effundis.

Col. 753, lin. 43. Καὶ νόμους δὲ αὐτ. Id et rectius esse videbatur Sallustio in proœm. De conjurat. Catil., ingenii potius quam virium opibus gloriam quæsierunt; et quoniam vita ipsa, qua ipsi fruebantur, brevis erat memoria sui, quam maxime longam efficere summa ope conati sunt. Quod illis haud dubie contigit. Ipsi enim etsi non natura, legibus tamen, artibus, disciplinis ab ipsis expolitis aliarum gentium parentes et auctores habiti sunt. Illis apud multos invidiam concitavit, ita ut male cum illis actum sit livori scriptorum omium obnoxiiis. Lactantius, *Divinarum instit.* lib. 1, cap. 15: *Accesserunt etiam poætæ, et compositis ad voluptatem carminibus in cælum eos sustulerunt: sicut faciunt qui apud reges, etiam mulos, panegyricis mendacibus adulantur. Quod malum a Græcis ortum est, quorum levitas instructa dicendi facultate et copia, incredibile est quantas mendaciorum nebulas excitaverit. Itaque admirati eos, et susceperunt primi sacra illorum, et universis gentibus tradiderunt. Ob hanc venientem Sibylla sic eos increpat:*

Ἐλλάς δὲ τί πέποιθος ἐκ' ἀνδράσιν ἡγεμόνεοσι;
Πρὸς τί δὲ δῶρα μάταια καταφθιμένους ἀνατίθης,
Θυέεις εἰδώλοισι, τίς τοι πλάστην βάλεν ἐν τῷ
Ὅστε σε τὰδε ποιεῖν μεγάλῳ θεοῖο προσώπου
Δειπομόνεους;

De Græcorum præstantia et excellentia ita Iulianus in nostro Anachronismo ex persona Jovis, qui ægre fert Græcos, in quos tot tantaque beneficia contulerat, divinatorum munerum immemores, diis ipsis ipsos adversari.

Νῆϊς μᾶλλον ἔτισεν ἐμὸν μένος. Αὐτὸς Ὀλύμπῳ
Βάρβαρος ἦρα φέρει ὕβριος εὐγενέες.

Καὶ σοφίη κόρη θάρσος ἀθέσφατος. Ἐν δ' ἄρα
[γαίη

Τίς γένος Ἑλλήνων ἦεν ἀγνώστερος;
Τίς φρένα; τίς προτέρους; τίς κύδα; μούνοι ἐν-
[σπων,

Ἑλλήν, πάντ' ἐρέεις τῷ συνέπλεξας δία.
Ἑλλήν καὶ παλάμης καὶ μήδεσιν ἔργον ὑπέστη,
Αἰθερίης ἀλκῆς πολὺν περισσότερον.

Ἑλλήν εἰσεπερήσεν ἀλδὸς χύσιν, ἵκετο γαίης
Πείρατα βένθε' ἔδω· δῶμα βέβηκ' αἰδου.

Ἦνδ' αὖτε καὶ ταχύγονος ἐφ' ἵππυτο κοῦφος ἀεθρῆς,
Καὶ ποσσὶν αἰθερίην ἔτρεχεν εἰρεσίην.

Πᾶσι θέμιστας ἔτελλε, πόλεων ἔστησε θέμισθια
Ἰθεῖσι δίκαις. Ἦθεα δεῖξαι βλου

Κοιρανίην ἀτάλατος ἐμοὶ βασιληίδι τιμῇ,
Ἀρχεῦσι πάντοδ' ἀρετῇ γαυριῶων.

Αὐτὸς ἐγὼ τὰδ' ἔδωκα, ἐπεὶ καταθύμιον ἦεν.
Ψεῦδεα γάρ βάλεν οὐ καλὸν οὐρανίδας.

Ἰσοπέμοις μελέεσσι γρόος κάμων, Ἰσον Ὀλύμπῳ,
Ἑλλήνων τεύξας ἀκαμάτην γενέθλην.

Πάντ' ἐμὰ δῶκα φέρειν προσθήητα. Φῶτας ἐπ'
[ἀλλοῦς

Ζεὺς Ἑλλήν, Ἑλλήν Ζεὺς μακάρεσσι πέλει.
Τῷ καὶ ἡμίθεον Ἑλλήνιον ἔμμεται ἔπος

Εἶπον, καὶ ὕμῶς δμῶας ἔθηκα πάλοι.
Αἰθερούς ὑπέταξα φέρειν ζυγῖα δούλια χέρσῳ,

Ἑλλήνεσσιν ὄπως κῦδος ἄροιμι μέγα.
Τοσσατίους ἐν ἔρωσιν, δοοῖσι περίπλεος ἔσκει
Οὐρανὸς εἰς Ἥρης μῦθος ἐφλέξε Δία.
Αὐτὰρ ἔρωσ μ' ἐδάμασσε ἀνηρίθμοισιν ἰστοῖς
Ἑλλάδος ἐκ γαίης. Οὐδ' ἐτ' ἔκλυσα κόθου
Ἄλλὰ κόθος φερέησι μὲν ἔσκει, φ' με καταθεῖ
Καιρὸς ἔρωσ προτέρον δριμυτέραις ἀλυσιν.
Καὶ πάλιν ἄλλος δρῶσεν, δὸν μόλις ἐφθασε
[τέκμων.

Καὶ πλέονες κραδίην ἰοβολοῦσι κόθοι.
Μητέρες ὕμειν Ἑλληνίδος ἐστὶν ἀπορρώξ
Φύτληξ. Ἔγμ' Ἑλλήν ἐξετίναξεν ἔρωσ.
Κείνων θυγατέρεςσι πελάσσετε, ἐνθεν ἀτρέπτων
Βλάστησ' ἠρώων γῶλον ἀρεμμανέων.
Καὶ τόσος δόλος ἔλαμψε πολὺν χρόνον, οὐδ'
[ἐμαρᾶνθῃ

Νεῖκεσιν, ἀφθορίην ἱκελος ἡέλω.
Αἰ δὲ πολλὸν ἔχωρον, ὀνήσιος ἦν πόρον αὐτὸς
Ἀντίστας. Κρονίδου μὲνδ' ἐπάτησε γέρα.
Καὶ σοφίην μεγάληνχος ἐμαῖς ἀπλήσσειν ἐφετμαῖς.
Φυσίαι τε θεῶν δύσμορος ἐχθρὸς ἔμεν.
Τῷ καὶ δῆριν ἔγριπεν, ἐξιν μακάρεσσιν ἀνάστας
Θάκωρ ἱμεύρας οὐρανίων μετέχειν.
Ἡμετέρης δόψησεν ἔχειν ὀήητα τιμῆς.
Καὶ γενέτην μωεῖ. Ἰσχεο, θυμὲ, κότον.
Εὐέρκτην ἠχθήρη, φίλῳ κωκὸς ἠγάγησεν αἰσχος.
Τίς τόσον ὡς Ἑλλήν τεύξε παραδαιστίας;

Reliqua subjicerem, nisi scriptionis tædio impediret.

Ibid., lin. 47. Ἐγένοντο οὖν τῷ. Pseudo-Berosus Annianus, lib. II refert, Noe complures filios genuisse post diluvium, eosque gigantes, et ex nomine matris Tythleæ Titanas appellasse, et alios. Annianus id idem variis argumentis conatur ut verissimum demonstrare et rationi divinæ Scripturæ consentaneum. Nec Cajetanus dissentit, cum dicit: Hinc apparet: quod Noe post diluvium alios filios genuit; nisi enim habuisset filios, non dixisset, Sem, Cham, et Japhet fuisse filios Noe, qui egressi erant ex arca; ad differentiam siquidem aliorum filiorum Noe, meminit illorum trium, qui cum patre de arca egressi fuerant. Et propter hoc quod isti soli cum Noe, in arca fuerunt et cum eo egressi sunt, adeo præstiterunt aliis filiis Noe post diluvium generatis, ut eorum nomina fuerint penitus abolita, et illi tres tantum nominati, et tanquam patres mundi habiti sunt. Methodius item narrat Jonitium fuisse filium Noe, et ut textus Græcus meus habet Monetonem: Μονήτων δὲ ὁ τοῦ Νῶε υἱὸς εἰσ-ἤλθεν εἰς τὴν ἔψαν, καὶ μέχρι τῆς θαλάσσης τῆς ἐπιλεγομένης ἡλίου χώρας, ἐνθα ἡ ἀνατολή τοῦ ἡλίου γίνεταί. Οὗτος δὲ ὁ Μονήτων εἶλε παρα τοῦ Θεοῦ χάρισμα σοφίας, ὥστε πρῶτος ἀστρονομίας τέχνην ἐφεῦρε. Πρὸς τοῦτον κατήλθε Νεβρώδ, καὶ παιδευθεὶς παρ' αὐτοῦ, εἰληφε βουλήν ἐφ' ᾧ βασιλεύσαι αὐτόν. Noster hic auctor tres ejus filios enumerat, multique recentiores hanc opinionem uti verissimam amplectuntur. Ex quibus unnes gentes procreatæ sunt, et propagatæ in toto terrarum orbe. Joannes Annianus, lib. *De regibus Hispaniæ*, capit. 3, et Franciscus Tarafa *De origine et rebus gestis regum Hispaniæ* his tribus et quartum addunt Tabal, quem dicunt primum regnum Hispaniæ obtinuisse, ejusque gentis fuisse primum auctorem. Tarafa ait hoc asserere ex Latinis Eusebium et Hie-

ronymum, ex Hebræis Josephum, et ex Chaldæis Berosum. Eusebium scio Græcum natione fuisse, Græcum late sumpto vocabulo, Græceque scripsisse Hieronymum; sed esto Latinus; Josephum religionem Judæum, scipione Græcum. Sat bene, at Eusebius quemodo Latinus? An quia ipse eum Latinum legerit? sed legit et Latinum Josephum (non enim tanti fuit hic auctor ut Græcos auctores, Græce loquentes percurreret, ut passim videre est in hoc libello), et Latinum Berosum, nec tamen inter Latinos annumerat. Si itaque non scipione, sed natura et ritu genus Tarafa dijudicat, Eusebius erit Græcus.

Col. 753, lin. 52. Γαμερ, ὅστις Γαμαρεῖς. *Chronicon Alexandrinum* Κελκαῖοι, Eusebius, Καππάδοκες. Cum Eustathio est Josephus lib. 1 *Antiquit.*, cap. 7: Τὸς μὲν γὰρ νῦν ὑφ' Ἑλλήνων Γαλάτας καλουμένους, Γομαρεῖς δὲ λεγομένους, Γομαρὸς ἔκτισε. Ab hoc ortos esse Cimmericos, qui postea Cimbri dicti sunt quidam existimant, et Cimmericos fuisse ultra Thraciam circa Mæotidem paludem probant ex cap. xxxviii Ezechielis, qui Gomer et Jogorma latera esse Aquilonis scribit.

Ibid., lin. 54. Ἀγὼρ Μαγῶδες. Josephus, Μαγῶγης δὲ τοὺς ὑπ' αὐτοῦ Μαγῶγας ὀνομασθέντας ἔκτισε, Σκύθας δὲ ὑπ' αὐτῶν προσαγορευομένους. Eusebius, ἐξ οὗ Κελτοί, καὶ Γαλάται. *Chronicon Alexandrinum*, ἐξ οὗ Ἀχυρτανοί. Gentem banc Magogorum Ezechiel septentrionalem esse dicit et externis temporibus late vastaturam Israel, unde non immerito Scythiam esse noster Eustathius affirmat. Scytharum plures nationes et eorum nomina vide apud Abrahamum Hortelium in *Thesuro geographico*. Strabo scribit, lib. 1, omnes cognitatas regiones versus septentrionem uno prius nomine, vel Scythas, vel ut ab Homero Nomades appellatas idem videtur asserere, et l. 11.

Ibid., lin. 55. Ἀδαὶ Μαδαλοῦς. Josephus, Τῶν δὲ Ἰάφθου παίδων Ἰαυάνου καὶ Μάδου. Ἀπὸ μὲν τοῦ Μαδαῖοι γίνονται, ἔθνος δ' πρὸς Ἑλλήνων Μῆδοι κέκληνται. Eusebius, ἐξ οὗ Μῆδοι. *Chronicon Alexandrinum*, Μαδαῖ ἐξ οὗ Βρεττανοί. Medi versus orientem progressi sunt, gens nobilis et dives si Herodoto, Xenophonti, aliisque scriptoribus fides habenda est.

Ibid. Ἰουάν Ἰουρλαρ. Josephus, Ἀπὸ δὲ Ἰαυάνου Ἰουῖα καὶ πάντες Ἑλληνες γεγόνασιν. Eusebius, Ἰουάν, ἐξ οὗ Ἑλληνες καὶ οἱ Ἰωνες. *Chronicon Alexandrinum*, Ἰουὰ Σπάνιοι, οἱ καὶ Τυράννιοι. Appellatione Jonum comprehendi Græcos firmis testimoniis probari potest ex Daniele, cum eversionem regni Persarum Javan nominet, et potest etiam profanorum scriptorum auctoritate confirmari.

Ibid., lin. 56. Ὀβέλ Θεοβέλους. Josephus, Κατοικεῖ δὲ καὶ Θεβήλους Θεβήλος, οἷτινες ἐν τοῖς νῦν Ἰβηρες καλοῦνται. Pluribus id probare nituntur Annius, et Tarafa, ex quibusdam Iberiæ civitatum nominibus sumptis argumentis, quem et Hispanorum primum regem constituunt. Verum si sacræ

A Scripturæ loca bene, considerentur, aliam gentem et nationem innuunt, quam eam ad quam omnia isti duo auctores referunt. Populi namque Iberorum erant in Asia nationi Chalybum vicina, ibique venas metallicas perscrutabantur. Nam et Ezechiel collocat Thubal in septentrionem. Justinus lib. postremo scribit Chalybes in Hispaniam venisse, ut credibile sit illius homines quæsisivisse venas metallicas, et in aliis terris. Eusebius, Θωβέλ, ἐξ οὗ Θετταλοί. *Chronicon Alexandrinum*, Θοβέλ, ἐξ οὗ Μακουαχοί. His nec Annius nec Tarafa animum adverterunt.

Ibid., lin. 57. Ὀσὸχ Μεσσηγαλοῦς. Josephus, Καὶ Μεσσηνοὶ δὲ ὑπὸ Μέσχου κτισθέντες. Καππάδοκες μὲν γὰρ ἄρτι κέκληνται, τῆς δὲ ἀρχαίας αὐτῶν B προσηγορίας σημεῖον δείκνυται. Πόλις γὰρ ἐστὶ παρ' αὐτοῖς ἔτι καὶ νῦν Μάξαχα δηλοῦσα τοῖς συνείναι δυναμένοις οὕτω ποτὲ προσαγορευθῆναι τὸ ἔθνος. Eusebius, Μεσὸχ, ἐξ οὗ Ἰλλυριοί. *Chronicon Alexandrinum*, Μεσὸχ, ἐξ οὗ Γετουλοί. Quidam existimant hos esse Moschoviæ populos, qui a veteribus Μοσχιχοί et Μοσσύναιοι appellati sunt. Hujus gentis prima sedes fuit litus Ponti Euxini, postea Cappadoces fuere; deinde versus septentrionem progressa est.

Col. 756, lin. 1. Θείρας τοὺς Θείρας. Josephus, Θείρης δὲ Θείρας μὲν ἐκάλεσαν, ὧν ἤρξεν Ἑλληνες δὲ Θράκας αὐτοὺς μετωνόμασαν. Eusebius, Θηράς, ἐξ οὗ Θράκες. *Chronicon Alexandrinum*, Θηράς, ἐξ οὗ Ἀφροί. Est et in Russia fluvius nomine C Thiras, quare nonnulli suspicantur ab hac appellatione filii Japhet, et fluvium et gentem nuncupatum esse.

Ibid., lin. 2. Σχανάξ ἐξ οὗ. Josephus, Γαμάρου δὲ τριῶν υἱῶν γενομένων, Ἀσχανάξης μὲν Ἀσχανάξας ἔκτισεν, οἱ νῦν Ῥηγίνες ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων καλοῦνται. Eusebius, Ἀσχανάξ, ἐξ οὗ Ῥηγίνες. *Chronicon Alexandrinum*, Ἀσχανάθ, ἐξ οὗ Μάξις.

Ibid., lin. 3. Ῥιφάθ, ἐξ οὗ. Josephus, Ῥιφάθης δὲ Ῥιφάθους τοὺς Παρλαγόνας λεγομένους. Eusebius, Ῥιχάθ, ἐξ οὗ Σαυρομάται. *Chronicon Alexandrinum*, Ῥυφάθ, ἐξ οὗ Ταράμαντες ἐξώτεροι, quidam putant legendum Γαράμαντες.

D Ibid., lin. 4. Θυγραμμάεις. Josephus, Θυγράμμις δὲ Θυγραμμάνους, οἱ δόξαν Ἑλληνσι Φρύγες ὀνομάσθησαν. Eusebius, Θοργαμά, ἐξ οὗ Ἀρμένιοι. *Chronicon Alexandrinum*, Θοσμαγάο, ἐξ οὗ Βοράδες.

Ibid., lin. 6. Ἐλισασα, ἐξ οὗ. Josephus, Ἰαυάνου δὲ τοῦ Ἰάφθου τριῶν αὐτοῦ παίδων γενομένων, Ἀλισας μὲν Ἀλισαλοῦς ἐκάλεσαν, ὧν ἤρξεν, Αλοεῖς δὲ νῦν εἰσι. Eusebius, Ἐλισσά, ἐξ οὗ Σικελοί. *Chronicon Alexandrinum*, Ἐλισσά, ἐξ οὗ Μαῦροι.

Ibid., lin. 7. Θαρσῆς, ἀφ' οὗ. Josephus, Θάρσος δὲ Θαρσεῖς. Οὕτω γὰρ ἐκαλεῖτο τὸ παλαιὸν ἡ Κιλικία. Σημεῖον δὲ Ἐθαρσὸς γὰρ παρ' αὐτοῖς τῶν πάλαιων ἡ ἀξιολογωτάτη καλεῖται μητροπόλις οὖσα. τὰ ταῦ πρὸς τὴν κλῆσιν ἀντὶ τοῦ οὕτως μεταβαλλάντων.

Eusebius, Θαρσεῖς, ἐξ οὗ Ἰθηρες. *Chronicon Alexandrinum*, Θαρσεῖς, ἐξ οὗ Ταράναντες ἐσώτεροι.

Col. 756, lin. 10. *Χεθελμ Χεθειμά*. Josephus, Χέθιμος δὲ Χεθιμά τὴν νῆσον ἔσχε. Κύπρος αὕτη νῦν καλεῖται, καὶ ἀπ' αὐτῆς νῆσοί τε πᾶσαι καὶ τὰ πλείω τῶν παρὰ θάλασσαν Χεθίμ ὑπὸ Ἑβραίων ὀνομάζεσθαι. Μάρτυς δὲ μου τοῦ λόγου μία τῶν ἐν Κύπρῳ πόλεων ἰσχύσασα τὴν προσηγορίαν φυλάξει. Κήθιος γὰρ ὑπὸ τῶν ἐξελληνισάντων αὐτὴν καλεῖται, μὴδ' οὕτω διαφεύγουσα τοῦ Χεθίμου τὸ ὄνομα. Eusebius, Κίτιοι, ἐξ οὗ Λατίνοι οἱ καὶ Ῥωμαῖοι. *Chronicon Alexandrinum*, Ῥόδιοι, ἐξ οὗ Ῥωμαῖοι, οἱ καὶ Λατίνοι. Quis hæc legens non deplorabit exscriptorum inscitiam, dictantium oscitantiam, et auctorum fatium iniquum, qui ea quæ neque scripserunt, neque somniarunt quidem, coguntur aliis legenda proponere? Victoris presbyteri explicatio in *Jeremiam*, cap. 2, Χεττιελμ ἢ Κύπρος ἐστὶ. Κηθάρ δὲ ἦν υἱὸς Ἰσμαήλ υἱοῦ Ἀβραάμ, ἐξ οὗ ἡ χώρα Σαρακηῶν ἐπωνόμασται. Olympiodorus, Τινὲς μὲν Κυπρίους φασί, τινὲς δὲ Ἰνδῶν ἔθνη. Chrysostomus, ibidem, Χεττιελμ τινες ἔφασαν Κυπρίους, τινὲς δὲ Χίους.

Ibid., lin. 13. *Οἱ δὲ υἱοὶ τοῦ Χάμ*. Josephus, Οἱ δὲ Χάμου παῖδες, τὴν ἀπὸ Συρίας, καὶ Ἀμάνου, καὶ Λιβάου τῶν ὄρων γῆν κατέσχον, ὅσα πρὸς θάλασσαν αὐτῆς ἐτέτραπτο καταλαβόντες, καὶ τὰ μέχρι τοῦ ὠκεανοῦ ἐξιδιωσάμενοι. Αἱ μέντοι προσηγορίαι τῶν μὲν καὶ παντελῶς ἐξέλιθοι γεγόνασιν, ἐνίων δὲ μεταβάλλουσαι, καὶ μεταβήθμισθεισαι πρὸς ἑτέρας δῦσγνωστοὶ τυγχάνουσιν. Eusebius, Χάμ δὲ τῷ δευτέρῳ αὐτοῦ υἱῷ ἄγοντι ἔτος υκ' ἔδωκε τὴν πρὸς νότον, καὶ λίβα, καὶ μέρος τῆς δύσεως ἀπὸ Ῥινοκορούρων τῆς Αἰγύπτου, Αἰθιοπίαν, καὶ Αἴγυπτον, καὶ Λιβύην, Ἀφρικὴν, καὶ Μαυριτανίαν ἕως Ἡρακλείων στηλῶν, ἧτοι ἕως τοῦ δυτικοῦ καὶ Λιθυκοῦ ὠκεανοῦ ποταμῶν δὲ διορίζοντα τὸν Νεῖλον, ὃς καὶ Γεῶν καὶ Χρυσορρόδας λέγεται. *Chronicon Alexandrinum*, Χάμ δὲ τῷ δευτέρῳ υἱῷ τοῦ Νῶε ὑπὸ Ῥινοκορούρων ἕως Γαβαρηῶν Αἴγυπτον, καὶ πάντα τὰ πρὸς νότον ὑπέπεσαν πάνυ δοκοῦντα καυματικά ὑπάρχειν. Pseudo-Berosus ait, hunc Chamum magicæ et veneficæ arti studuisse, ideoque Zoroastrum nuncupatum. *Erat illi, ut diximus, filius ex tribus primis adolescentior Cham, qui semper magicæ et veneficæ studens, Zoroastri nomen consecutus erat. Is patrem Noa odio habebat, quia alios ultimo genitos ardentius amabat, se vero despici videbat. Potissime vero idem insensus erat patri ob vitia. Itaque nactus opportunitatem, cum Noa pater madidus jaceret, illius virilia comprehendens, taciteque submurmurans carmine magico patri illusit, simul, et illum sterilem perinde atque castratum effecit. Neque deinceps Noa femellam aliquam secundare potuit. Ob beneficium inventæ vitis et vini dignatus est cognomento Jano, quod Arameis sonat vitifer, et vinifer. At vero Cham cum publice corrumperet mortale genus, asserens et reipsa exsequens congregiendum esse, ut ante inundationem, cum matribus, sororibus, fi-*

liabus, masculis, brutis, et quovis alio genere, ob hoc ejectus a Jano piissimo, et castimonia atque pudicitia refertissimo, sortitus est cognomentum Chem Esenua, id est, Chem infamis et impudicus, incubus propagator; est enim Esem apud Scythas Arameos infamis, et impudicus, Enuia vero tum impudicus, tum propagator, etc. Apud Joannem Cassianum Serenus abbas, collat. 8, cap. 21, tradit, magicarum superstitionum, et præstigiarum primos auctores et magistros fuisse malos angelos quondam cum mulieribus mistos; earum vero artium studiosissimum, et peritissimum fuisse Cham filium Noe, qui eas artes ne diluvium perirent diversorum metallorum laminis et durissimis lapidibus insculptas conservavit, et post diluvium eas docuit posteros suos, et per orbem disseminavit. Historia item scholastica in *Genes.* cap. xxix, his affinia scribit. *Ninus, inquit, vidit Cham, qui adhuc vivebat et regnabat apud Bactrianos, vel ut placet aliis, in Thracia, et appellabatur Zoroastres, inventor magicæ artis, qui et hanc et septem liberales artes in quatuordecim columnis scripsit, septem æneis, et septem lateritiis contra duplex orbis excidium, quod futurum audierat, alterum per aquam, alterum vero per ignem. Ninus autem libros ejus combussit.* Horum fides penes sit ipsos auctores. Mihi nunquam id persuadebunt et Cham magicis artibus incubuisse, et veneficia adversus patrem exercuisse, et columnis æneis, aut lateritiis, magicen a parentibus acceptam adversus illam aquarum illuviem conservasse, et Zoroastrem nominatam una cum Nino atrocissime pugnasse, a quo victum, et superatum, illiusque libros combussas fuisse; cum nec temporum ratio, nec auctoritas Patrum, nec divina eloquia id asserant. Maximum inter Ninum, et Zoroastrem, et Noeticum diluvium temporis spatium intercessit.

Ibid., lin. 20. *Χοῦς ἐξ οὗ Χοῦ*. Josephus: Τεσσαρῶν γὰρ Χάμου παίδων γενομένων, Χουσαῖον μὲν οὐδὲν ἔβλαψεν ὁ χρόνος· Αἰθίοπες γὰρ, ὧν ἤρξεν, ἔτι καὶ νῦν ὑπὸ ἑαυτῶν τε καὶ τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ πάντων Χουσαῖοι καλοῦνται. Eusebius, et *Chronicon Alexandrinum*, Χοῦς ἐξ οὗ Αἰθίοπες, stirps Æthiopum in ultima ora Africæ; et apud Ptolemæum in interiore parte Libyæ nomen est Chusitæ.

Ibid. *Μεστρέμ ἐξ οὗ*. Josephus: Ἐτηρήθη δὲ καὶ Μεσραῖος ἢ κατὰ τὴν προσηγορίαν μνήμη. Τὴν γὰρ Αἴγυπτον Μέσρην, καὶ Μεσραῖος τοὺς Αἴγυπτιοὺς ἅπαντες οἱ ταύτην οἰκοῦντες καλοῦμεν. Eusebius, Μεστράτμ, *Chronicon Alexandrinum*, Μεσραεῖμ, ἐξ οὗ Αἰγύπτιοι, et Joannes Antiochenus in *Archæologia*, Ὁ ἀπὸ Χάμ τοῦ υἱοῦ Νῶε Μεστρέμ εἰς Αἴγυπτον ἀπικίσθη· καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἐκλήθη ἡ χώρα· τὸ γὰρ Μεστρέμ Ἑβραῖστὶ Αἴγυπτον δηλοῖ.

Ibid., lin. 21. *Φούτ Φουτολ*. Josephus: Ἐκτισε δὲ καὶ Φούτης τὴν Λιβύην, Φούτους ἀπ' αὐτοῦ καλέσας τοὺς ἐπιχωρίους. Ἔστι δὲ καὶ ποταμὸς ἐν τῇ Μαύρων χώρα τούτῳ ἔχων τὸ ὄνομα. Ὅθεν καὶ τοὺς πλείστους τῶν Ἑλληνικῶν ἱστοριογράφων ἔστιν ἰδεῖν

μεμνημένου τοῦ ποταμοῦ καὶ τῆς παρακειμένης αὐτῷ χώρας Φούτης λεγομένης. Μετέβαλε δὲ ὁ ἐστὶ νῦν αὐτῷ ὄνομα ἀπὸ τοῦ Μεσράμου υἱῶν ἐνὸς Αἰθίους λεγομένου. Sic nominatur apud Plinium. Apud Ptolemaum scribitur Pthuth. Eusebius : Φούδ, ἐξ οὗ Τρωγλοδύται. Idein *Chronicon Alexandrinum*.

Col. 756, lin. 27. Τῷ δὲ Χοῦς ἐγένοντο. Josephus sex dicit : Γίνονται μὲν παῖδες ἐξ αὐτῶν Χοῦσου μὲν ἕξ, ὧν Σάβας μὲν Σαβαίους, Εὐίλας δὲ Εὐίλαιους ἐκτισεν, οἱ νῦν Γέτουλοι λέγονται, Σαδάθης δὲ Σαθαθνοῦς. Ὀνομάζονται δὲ Ἀσάθαρροι παρ' Ἑλλήσιν. Οἰκίζει δὲ καὶ Σαδάκτας Σαθακτηνοῦς, Ρῶμος δὲ Ρωμαίους ὤκισε, καὶ δύο παῖδας ἔσχεν, ὧν Ἰούδας μὲν Ἰουδαίους, Αἰθιοπικὸν ἔθνος τῶν Ἑσπερίων, οἰκίσας ἐπὶ νημον αὐτοῦ κατέλιπε. Σαβαίους δὲ Σαβαίος. Eusebius : Υἱοὶ Χοῦ τοῦ Αἰθιοπος τοῦ πρώτου υἱοῦ Χάμ Σαδάτ, ἐξ οὗ Σαδάτ· Εὐίλατ, ἐξ οὗ Γαγγινοί· Σεβατά, ἐξ οὗ Σαβίνοι· Ρέγμα, ἐξ οὗ Ἰχθυοφάγοι· Σεθακατά, ἐξ οὗ. . . *Chronicon Alexandrinum* : Υἱοὶ Χοῦς τοῦ Αἰθιοπος τοῦ γενομένου ἐκ τοῦ Χάμ δευτέρου υἱοῦ τοῦ Νῶε· Σάδα, ἐξ οὗ Ἰταθῆνοι· Εὐίλατ, ἐξ οὗ Ἰχθυοφάγοι· Σαδάδα, ἐξ οὗ Ἕλληνοί· Ρέγμα, ἐξ οὗ Αἰγύπτιοι· Σαθακαθά. Οὗτοι Αἰθιοπες Αἰθίους.

Ibid., lin. 31. Ρεγμαρά. Eusebius : Υἱοὶ Ρέγμα Σαδά, ἐξ οὗ Μαργαρίται· Ἰουδαῖαν, ἐξ οὗ Φοίνικες. *Chronicon Alexandrinum* : Υἱοὶ Ρέγμα υἱοῦ Χοῦς, τοῦ υἱοῦ Χάμ· Σαδά, ἐξ οὗ Μαρμαρῖδες· Ἀπδάν, ἐξ οὗ Κάροι.

Ibid., lin. 34. Νεβρώδ ουτος. Josephus : Ναβρώδης δὲ Χοῦσου υἱός, ὑπομείνας παρὰ Βαβυλωνίους ἐτυράννησεν, ὡς καὶ πρότερόν μοι δεδήλωται. Eusebius : Νεβρώδ, ἐξ οὗ γίγαντες. *Chronicon Alexandrinum* : Οὗτός ἐστι Νεβρώδ ὁ γίγας καὶ κυνηγὸς ἐναντίον Κυρίου· τούτῳ τῷ Νεβρώδ τὴν βασιλείαν Βαβυλωνῶν μετὰ τὴν κατακλυσμὸν ἠ θέλα Γραφή ἀναπίθῃσι. Λέγει γὰρ ἡ Γραφή· Ἀρχὴ τῆς βασιλείας αὐτοῦ Βαβυλών. Adducitque ad hoc confirmandum locum ex Petro apostolo apud Clementem, lib. iv *Recognitionum*. Vide Manassem in *Annalibus*. De hoc etiam diximus nos nonnulla superius.

Ibid., lin. 37. Μεστρέμ υἱοί. Josephus : Τῶν δὲ Μεσραίου παιδῶν ὀκτώ γενομένων, οἱ πάντες τὴν ἀπὸ Γάζης ἕως Αἰγύπτου γῆν κατέσχον. Μόνου δὲ Φιλιστίνου τὴν ἐπικνωμίαν ἢ χώρα διεφύλαξε. Παλαιστίνην γὰρ οἱ Ἕλληνες αὐτοῦ τὴν μοῖραν καλοῦσι. Τῶν δὲ ἄλλων, Λουμαίον, καὶ Ἐναμία, καὶ Λαβίμου τοῦ μόνου κατοικήσαντος ἐν Λιδύῃ, καὶ τὴν χώραν ἀπ' αὐτοῦ καλέσαντος, Νεθέμου τε καὶ Φαθρωσίμου, καὶ Χελόμου, καὶ Χεφθώμου περὶ τῶν ὀνομάτων οὐδὲν ἴσμεν. Ὁ γὰρ Αἰθιοπικὸς πόλεμος, περὶ οὗ δηλούσομεν ὑπερτον, ἀναστάντος αὐτῶν τὰς πόλεις ἐποίησεν. *Chronicon Alexandrinum* : Μεσραεὶμ ἐγέννησε τοὺς Λουδιεὶμ, Λουδιεὶμ ἐξ οὗ Λυδοί· Αἰνομετιεὶμ, ἐξ οὗ Ἠέμφυλοι· Λαβιεὶμ, ἐξ οὗ Αἰθίους· Νεφθαλιεὶμ, ἐξ οὗ Φρύγες· Πατρωσονιεὶμ, ἐξ οὗ Κρίταις· Χαλιωνιεὶμ, ἐξ οὗ Λύκιοι· Φυλιστιεὶμ, ἐξ οὗ Μαριανθῆνοι· Χαφθοριεὶμ, ἐξ οὗ Κύλικες. Manasses, in *Annal.* :

ΠΑΤΡΟΣ. ΓΑ. XVIII.

Μεστρέμ οὗτος κατέκρησε τὴν τῆς Αἰγύπτου χώραν, ἅψ' οὐπὲρ καὶ τὴν Αἰγυπτῶν φασὶν ὀνομασθῆναι. Τὸ γὰρ Μεστρέμ Ἑβραϊκῶς Αἰγυπτῶν ἐρμηνεύει.

Ibid., lin. 41. Ἐγένοντο δὲ καὶ. Josephus : Ἐγένοντο δὲ καὶ Χαναναίου παῖδες, Σιδώνιος, ὃς καὶ πόλιν ἐπὶ νημον ἐκτισεν ἐν Φοινίκῃ, Σιδὼν δ' οὗφ' Ἑλλήνων καλεῖται. Ἀμαθος δὲ Ἀμάθην κατέκρησε, ἥτις ἐστὶ καὶ νῦν ὑπὸ μὲν ἐγγωρίων Ἀμάθην καλουμένη· Μακεδόνες δὲ αὐτὴν Ἐπιφάνειαν, ἅψ' ἐνὸς τῶν ἀπογόνων ἐπωνόμασαν. Ἀρουδαῖος δὲ Ἀραδὸν τὴν νῆσον ἔσχεν, Ἀρουκαῖος δὲ Ἀρκην τὴν ἐν Λιδάω. Τῶν δὲ ἄλλων ἑπτὰ, Εὐαίον, Χετταῖον, Ἰεθουσαῖον, Εὐδαίου, Σειναίου, Σαμαραίου πλὴν τῶν ὀνομάτων ἐν ταῖς ἑραῖς βίβλοις οὐδὲν ἔχομεν. Eusebius : Υἱοὶ Χαναάμ· ὧν πρωτότοκος Σιδὼν, Σιδὼν ἐξ οὗ Σιδώνιοι· Χατναῖος, ἐξ οὗ. . . Ἰεθουσαῖος, ἐξ οὗ Ἰεθουσαῖοι· Ἀμορραῖος, ἐξ οὗ Ἀμορραῖοι· Γεργεσαῖος, ἐξ οὗ Γεργεσαῖοι· Εὐαῖος, ἐξ οὗ Εὐαῖοι· Ἀρουκος, ἐξ οὗ. . . Ἀσενναῖος, ἐξ οὗ. . . Ἀράδιος, ἐξ οὗ Ἀράδιοι· Σαμαραῖος, ἐξ οὗ Ὀρσοῖται· Ἀμαθεῖς, ἐξ οὗ Ἀμαθούσιοι. *Chronicon Alexandrinum* : Χαναάμ ἐγέννησεν τὸν Σιδῶνα πρωτότοκον, Σιδῶνα, ἐξ οὗ Μυσοί· Χετταῖον, ἐξ οὗ Δαρδανοί· Ἰεθουσαῖον, ἐξ οὗ Ἰεθουσαῖοι· Ἀμορραῖον, ἐξ οὗ Γερμανοί· Γεργεσαῖον, ἐξ οὗ Σαρμαῖται· Εὐαῖον, ἐξ οὗ Πανώνιοι· Ἀρουκαῖον, ἐξ οὗ Παῖονες· Ἀσενναῖον, ἐξ οὗ Δαλμαῖται· Ἀράδιον, ἐξ οὗ Ρωμαῖοι, οἱ καὶ Κιτταῖοι· Σαμαραῖον, ἐξ οὗ Αἰγυργες· Ἀδάδη, ἐξ οὗ Ἀμαθούσιοι.

Col. 757, lin. 6. Πέντε καὶ Σῆμ παῖδες. Josephus : Σῆμα δὲ τῷ τρίτῳ τῶν Νῶχου υἱῶν πέντε γίνονται παῖδες, οἱ τὴν μέχρι τοῦ κατ' Ἰνδῶν ὠκεανοῦ κατοικοῦσιν Ἀσίαν ἀπ' Εὐφράτου τὴν ἀρχὴν πεποιημένοι. Ἐλυμος μὲν γὰρ Ἐλυμαίους Περσῶν ὄντας ἀρχηγέτας κατέλιπεν· Ἀσσοῦρας δὲ Νίνου οἰκίζει πόλιν, καὶ τοὺς ὑπὸ τὴν Ἀσσοῦρας ἐπωνόμασεν, οἱ μάλιστα εὐδαιμόνησαν· Ἀρφαξάδης δὲ τοὺς νῦν Καλδαίους καλουμένους Ἀρφαξαδαίους ὀνόμασεν, ἄρξας αὐτῶν. Ἀραμαίους δὲ Ἀραμος ἔσχεν, οὗς Ἕλληνες Σύρους προσαγορεύουσιν, οὗς δὲ Λυδοὺς νῦν καλοῦσι· Λούδους δὲ τότε Λούδας ἐκτισεν. Eusebius : Σῆμ τῷ πρωτοτόκῳ αὐτοῦ υἱῷ ἄγοντι ἕως τετρακοσιοστὸν τριακοστὸν πρῶτον ἔδωκεν ἀπὸ Περσίδος καὶ Βάκτρων ἕως Ἰνδικῆς μῆκος, πλάτος δὲ ἀπὸ Ἰνδικῆς ἕως Ῥινοκοροῦρων τῆς Αἰγύπτου, ἥτις τὰ ἀπὸ ἀνατολῆς ἕως μέρους τῆς μεσημβρίας τὴν τε Συρίαν, ἢ καὶ Ἰουδαία λέγεται (καὶ γὰρ καὶ οἱ παλαιοὶ Σύρους τοὺς Παλαιστινίους ὀνομάζον), καὶ Μηδίαν καὶ ποταμὸν, διορίζοντα αὐτὰ τὰ ὄρια, τὸν Εὐφράτην. Et inferius : Ἐκ τοῦ Σῆμ τοῦ πρωτοτόκου Νῶε ἔθνη κε' οὕτως· Ἀρφαξάδ, ἅψ' οὗ Καλδαῖοι· Ἀλάμ, ἅψ' οὗ Ἐλυμαῖοι· Ἀσσοῦρ, ἅψ' οὗ Ἀσσοῦριοι· Λούδ, ἅψ' οὗ Λυδοί· Ἀράμ, ἅψ' οὗ Σύροι. *Chronicon Alexandrinum* : Εἶτα πάλιν Ἐπιφάνιος. Τῷ δὲ Σῆμ πρώτῳ υἱῷ τοῦ Νῶε ὑπέπεσεν ὁ κληρὸς ὁ ἀπὸ Περσίδος καὶ Βάκτρων ἕως Ἰνδικῆς, μῆκος τοῦ κλήρου ἕως Ῥινοκοροῦρων. Κεῖται δὲ αὕτη ἢ Ῥινοκόρουρα ἀνά μέσον Αἰγύπτου καὶ Παλαιστίνης τῆς ἀντικρῆ καίμηνος τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης. Υἱοὶ Σῆμ τοῦ πρωτοτόκου φυλαὶ κζ'· Αἰλάμ, ἐξ οὗ οἱ Ἐλαμίται· Ἀσσοῦρ, ἐξ οὗ

οἱ Ἀσσύριοι· Ἀρφαξᾶδ, ἐξ οὗ οἱ Καλδαῖοι· Λούδ, ἐξ οὗ οἱ Μάζωνες, καὶ Μῆδοι, καὶ Πέρσαι· Ἀράμ, ἐξ οὗ οἱ Ἐκταί. Ex quibus emendo textum Eustathii : Πέντε καὶ Σὴμ παῖδες ἐγένοντο.

Col. 757, lin. 16. Ἰσὶ δὲ τοῦ Ἀράμ. Josephus : Τῶν δὲ Ἀράμου παίδων, τεσσάρων ὄντων, Οὕσης μὲν κτίζει τὴν Τραχωνίτιν καὶ Δαμασκόν. Μέση δὲ ἐστὶ τῆς Παλαιστίνης καὶ Κοιλῆς Συρίας· Ἀρμενίαν δὲ Ὀτρος, καὶ Γέθερις Βακτριανούς· Μήσας δὲ Μησωνίους· Πασίνου χάραξ ἐν ταῖς νῦν καλεῖται. Eusebius : Ἰσὶ Ἀράμ· Ὡς, ἀφ' οὗ Τράχωνες· Οὐλ, ἀφ' οὗ Μαγαρδοί· Γάθερ, ἀφ' οὗ Ἀρμένιοι· Μοσὺχ, ἀφ' οὗ Μεσσήνιοι. *Chronicon Alexandrinum* : Ὡς, ἐξ οὗ Μαδιναῖοι· Οὐλ, ἐξ οὗ Λυδοί· Γάθερ, ἐξ οὗ Γαρφηνοί· Μοσὺχ, ἐξ οὗ Ἀλασσηνοί. Animadvertendum obiter est de Uxe conditore Damasci. Hieronymus, in *Quæst. Hebraicis in Gen.*, cap. x et xiv, colligit ante Abraham Damascum fuisse conditam, cum Abram insecutus sit quatuor illos reges usque Heba, quæ est ad lævam Damasci. Sed idem Hieronymus, cap. 15 *Historia scholastica*, Tostatus et alii, asserunt Damascum urbem a Damasco servo Abrahamæ fuisse exstructam. Sicque tempore Abrahamæ a Moysæ per anticipationem appellatum illum locum, ut sua ætate appellabatur.

Ibid., lin. 21. Ἰσὶ Ἀρφαξᾶδ. Eusebius : Ἰσὶ Ἀρφαξᾶδ, Καϊνάν, ἀφ' οὗ Γαρφηνοί. *Chronicon Alexandrinum* : Καϊνάν, ἐξ οὗ Σαρμαῖται. De Cainan generatione diu apud auctores agitata controversia, et adhuc sub iudice lis est. Eam commemorant Septuaginta Interpretes, et D. Lucas, cap. 3 *Evangelicæ historiæ*, eam agnoscunt, præter dictos auctores, Augustinus, lib. xvi *De civitate Dei*, cap. 10, et alii, quos non est opus hic recensere. Scriptura Hebraica, et paraphrasis Chaldaica ne verbum quidem. Quinam igitur falsi sunt, et errant? Septuaginta, an Hebræa? cum utramque veram esse fieri non possit. Pererius, disput. 41, lib. xvii, sententias ponit varias, et refellit prolixè. Augustinus Eugubinus dicit illa additione Septuaginta Interpretes errasse, et eorum errorem secutum, quis non inhorresceret? D. Lucam. Cajetanus, Septuaginta illam addendo errasse, D. vero Lucam excusari ab errore, cum secutus sit quæ invenerit apud Septuaginta, veritum, ne diversa a Septuaginta Interpretibus scribendo, minus vulgo scripta sua probarentur. Joannes Lucidus *De emendatione temporum*, et Hartmannus Contractus in *Chronicis* aiunt, unum et eundem fuisse Sale, et Cainan, corriguntque textum D. Lucæ iii, 35, 36 : *Qui fuit Sale, qui fuit Cainan*, in *Qui fuit Sale, qui et Cainan*. Aloysius Lipomanus in cap. xi *Genes.* et Melchior Camus lib. ii *De locis theologicis*, capit. 18, censuerunt hanc generationem Cainan vere inter Arphaxad et Sala intercessisse; eamque Septuaginta vel ex certa majorum traditione vel ex historiis fide dignis suæ translationi inseruisse, quam Moyses sciens prudensque prætermiserat, ut seriem generationum decadibus non sine aliquo mysterio perficeret, et

Deltrius in cap. xi *Genes.* putat Moysæm dedita opera, sed justa ratione hanc generationem transiisse, quoniam statuerat Noe ad Abraham decem gradus duntaxat recensere, sicut fuerant decem ab Adamo usque ad Noe. Merito etiam Septuaginta, et eos secutum D. Lucam eam non præterisse putat, quam Moyses præterit, quia non attendebant ad illum numerum denarium, sed statuerant exactum Catalogum omnium omnino generationum ponere. Denique D. Hieronymus, fidi interpretis officio functus fuit, eam omittens, etenim cum ex Hebræo fonte verteret, debuit omittere, quod in Hebræis codicibus non repererat. Contra D. Lucas, quia sequebatur Septuaginta versionem, debuit ponere, quod apud eos legebatur, et veritati consentaneum erat, et ad difficultatem : Cur igitur Septuaginta posuerunt, cum essent interpretes, quod in Hebræo non habebatur, et cum non ipsi ad denarium illum attenderunt, respondet illos sæpe non interpretum tantum, sed et metaphratarum functos officio, et prophetarum quoque, atque ita nobis etiam immediatam generationem Arphaxad voluisse conservare, quam D. Lucas postmodum exhibiturus erat. Alii generationem illam nec a Septuaginta translationi insertam, nec Evangelio a D. Luca, sed ab aliquo, nesciunt quem, et nonnullis conjecturis demonstrant. Arduum sane est in re tam gravi certum quid, et veritati consentiens proferre, unum enim defendere, est alium accusare, quæ accusatio et impia esset et catholico homine indigna. Unus et idem Spiritus divino impulsu, afflatuque et manum Moysis scribentem, et Septuaginta vertentem, et D. Lucæ repetentem fovendo rexit. Quis hunc Spiritum in Luca vel Septuaginta mendacem, in Moysæ veracem, vel contra, sine maxima impietatis nota, et catholice fidei detrimento asseverabit? Si secundum Basilium, hom. 10 in *Genes.*, *Dicere verbum aliquod esse in Scripturis otiosum, et supervacaneum, blasphemia est*, quid erit in illis errores, falsaque concedere?

Ibid., lin. 24. Σαλᾶ, ἀφ' οὗ Σουσιανοί. Eusebius : Σασάν, ἀφ' οὗ Κοσαῖοι. *Chronicon Alexandrinum*. Σαλᾶ, ἐξ οὗ Σαλαθιαῖοι.

Ibid., lin. 26. Ἰσὶ τοῦ Σαλᾶ Ἔθερ. Josephus : Ἀρφαξᾶδου δὲ γίνεται παῖς Σαλῆς, τοῦ δὲ Ἐβραρος, ἀφ' οὗ τοὺς Ἰουδαίους Ἐβρατοὺς ἀρχῆθεν ἐκάλου. Eusebius : Ἔθερ, ἀφ' οὗ Ἐβραῖοι. *Chronicon Alexandrinum* : Ἔθερ ἐξ οὗ Ἀλβανοί. Ab hoc Hebræos esse denominatos, tanquam Hebræos, et non ab Abraam tradit Augustinus, lib. xvi *De civitate Dei*, cap. 3 : *Non frustra*, inquit, *ipse primus nominatus est in progenie veniente de Sem, et prælatum est etiam filiis, cum sit quintus nepos : nisi quia verum est quod traditur ex illo Hebræos esse cognominatos tanquam Hebræos, cum et alia possit esse opinio, ut ex Abraham tanquam Abraæ dicti esse videantur. Sed nimirum hoc verum est, quod ex Heber Heberæi appellati sunt, ac inde una detracta littera Hebræi, quam linguam solus Israel populus potuit obtinere.*

in quo Dei civitas, et in sanctis peregrinata est, et in omnibus sacramenta adumbrata. Et lib. II *Retract.*, cap. 14, posthabita prima opinione, in qua fuerat aliquando, quod ab Abraam dicti sint Hebræi, hanc eandem opinionem aliis prætulit. Eandem tuentur, Eusebius in exordio suæ *Chronologiæ*, Aracius Cæsariensis in *Gen.*, Hieronymus *Traditionibus Hebraicis in Gen.* cap. XVI, et secuti sunt Beda, Isidorus, Lyranus, Eugubinus annotationibus in *Genes.*, cap. XIV, et alii. Artapanus apud Eusebium lib. IX *De præparatione evangel.* cap. ult., eos ita appellatos refert ex Abraam principe, ac parente ejus gentis nobilissimo, et dicti sunt Hebræi, quasi Abraæ. Ἀρτάπανος δὲ φησιν ἐν τοῖς Ἰουδαϊκοῖς τοὺς μὲν Ἰουδαίους ὀνομάζεσθαι Ἑρμουθῆ, ὃ εἶναι μεθερμηνευθὲν κατὰ τὴν Ἑλλάδα φωνὴν Ἰουδαῖοι. Καλεῖσθαι δὲ αὐτοὺς Ἑβραίους ὑπὸ Ἀβραάμου. Hunc aliquando secutus est Augustinus I. I *De consensu evangelist.*, cap. 14, tandem alii ab Heber quod Latine est *transivit*, Hebræos cognominatos existimant, et non ab Abraham, neque ab Heber. Hujus opinionis fuere Origenes, Diodorus Tarsensis, Rupertus lib. V *Commentar. in Genes.* cap. XI; Chrysostomus hom. 35 in *Genes.* Theodoretus quæst. 60 in *Genes.* eam ita defendit, ut oppositam reprehendat. Si enim, inquit, ab Heber, Hebræi, et lingua Hebraica nomen traxit, oportebat omnes posteros Heber appellatos fuisse Hebræos, atque ea lingua usos, quod in Syris, Moabitibus, et aliis posteris Heber non contigit. Ideoque censet appellatos fuisse Hebræos ex eo quod Abraham e regione Chaldæorum veniens in Palestinam transivit fluvium Euphratem. Hebra enim Syrorum lingua idem dicitur quod Euphrates. Paulus Burgensis censet Hebræos esse cognominatos quasi peregrinos, hoc esse etymon vocabuli lingua illa: de re non esse dubitandum. Quis enim nescit gentem illam et in terra Chanaan, et in Ægypto esse peregrinatam.

Col. 757. *Ὀλίτινες τὴν ἀρχὴν*. Heber pœnam confusionis linguarum evasisse, quod vana molientibus non assentiretur, refert Catena Græca in *Genes.* Φασὶν ὡς παρὰ τῷ Ἑβερ μόνῃ ἐφυλάχθη ἡ γλῶσσα, ὡς μὴ κοινωήσαντι εἰς τὸ τοῦ πύργου τόλμημα. Manasses in *Annal.* :

Ἑβερ δὲ μόνος τῆς πληθῆς ἐλεύθερος ὑπῆρξεν. Ὁὐ γὰρ συγκατετίθετο τοῖς μεταπραγοῦσι.

Suidas: Οὗτος οὐ συνεπόησε τοῖς πυργοποιεῖς, καὶ διέμενεν ἢ διάλεκτος αὐτοῦ ἀμετάβλητος. Theodoretus, quæst. 59 in *Genes.*, antiquissimam linguarum omnium Syriacam existimat, Hebræam vero primum traditam Moysi a Deo fuisse. Quemadmodum enim in templis Græcorum quidam sunt litterarum characteres peculiare, quos sacros appellarunt, sic Deus per Mosem donavit hanc linguam, non quidem naturalem, sed ad docendum quidem aptam. Verum aliter et cum nostro Eustathio consentit Augustinus *De civitate Dei*, lib. XVI, cap. 11, et lib. XVII, cap. 39; Hieronymus in cap. III *So-*

phonix, et alibi. Origenes hom. 11 in *Num.* Hieronymus Oleaster in cap. X *Genes.* et alii.

Ibid., lin. 30. *Υἱοὶ δὲ τοῦ Ἑβερ*. Eusebius: Φαλὲκ, ἀφ' οὗ Βάκτροι· Ἑλμωδάμ, ἀφ' οὗ Ἰνδοί· Ἰεκτάν, ἀφ' οὗ Μαδιναῖοι. *Chronicon Alexandrinum*: Φαλὲκ, ἐξ οὗ κατὰγεται τὸ γένος Ἀβραάμ προπάτορος· Ἰεκτάν, ἐξ οὗ Αἰθίοπες.

Ibid., lin. 31. Ὁ δὲ Φαλὲκ διὰ. Nicephorus patriarcha Constantinopolitanus in *Chronographia*: Ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις Φαλὲκ διεμερίσθησαν· διὰ καὶ σὺμβαίνει τὸ Φαλὲκ ὄνομα τῇ Ἑβραίων φωνῇ *μερισμός*. Καὶ οὗτος πρὸ τοῦ περὶ τελευτῆ. Ἐπὶ τούτου ἡ πυργοποιία συνέστη, καὶ ἀπὸ μίαις τῆς πάλαι διαλέκτου πολυφωνία γέγονε. Καὶ ἡ καθ' ἕκαστον ἔθνος τῶν γλωσσῶν διαφωνία, φησὶν ἡ θεία Γραφή. Hebræorum illa fuit sententia, Heber niagnum fuisse prophetam, atque divini numinis afflatu ante ducentos annos futurum prævidendo, nomen Phalec imposuisse. Idem sentit Hieronymus, qui in *Traditionibus Hebraicis in Genes.* affirmat Heber vaticinio quodam videlicet ex futuro eventu divisionis linguarum nomen imposuisse suo, et Chrysostomus hom. 30 in *Genes.*: *Considera*, inquit, *quemadmodum rei futuræ præscientiam vocabulo nati pueri declaravit; ut cum videris rem opere adimpletam non ultra mireris, videns divinitus id pueri nomine prædictum*. Josephus tamen lib. I *Antiquit.* et Augustinus, lib. XVI *De civitate Dei*, cap. 11, nomen hoc, non ex futuro eventu, sed eo quod factum erat, positum fuisse.

Ibid., lin. 36. *Τρισχίλιοι γάρ*. De temporibus verba facientes auctores haud mediocriter inter se dissident, et varia proferunt, ut facilius sit in hac re quod alius dixerit reprehendere, quam aliquod quod reprehensione caret, proferre; cum rationes et argumenta, quibus hæc statuuntur, non omnino certa, sed dubia sint. Illud unusquisque pro certo habeat, se eo minus errare, quo minus ab Ecclesiæ catholicæ traditione recedit penes quam solam, et veritas omnium rerum, et certitudo est, in aliis ingenii humani libidine et audacia omnia obscura, et sexcentis erroribus implicata. Adducemus tamen quæ alii uti certa, etsi non re vera ita sint, tradiderunt. Et sicut superius diximus, inter Græcos D omnesque eos, qui Septuaginta Interpretum versionem secuti sunt, et Latinos maximum esse discrimen, cum in describendis patrum, et patriarcharum temporibus, differentia temporum spatia statuerint. Fridericus Husmanus in sua *Chronologia* ab orbe condito, ad annum 50 Phalec annos 1788 enumerat, ante Christum natum 2172, et Romam conditam 1421, ab hujus opinione, quoad annum ab orbe condito ad 30 Phalec non abest Genebrardus *Chronograph.* libr. I. Cunmannus Flinsbachius 1787, Joannes Funccius in *Chronologia* 1739. Noster tamen hic auctor ad nativitatem Phalec annos ter mille fuisse elapsos asseverat. Sed nos etiam inferius de annis a mundo condito ad Christum natum nonnulla dicemus.

Col. 757, lin. 37. *Δογμάματα γὰρ*. Hanc opinionem et multi magni nominis Patres secuti sunt. Justinus Martyr *Ad Gent.* quæst. 71; Irenæus lib. v *Advers. heres.* cap. ult.; Lactantius, lib. vii *Institut.* cap. 7; Hilarius can. in *Matthæum* xvii; Augustinus lib. xx *De civitate Dei*; Hieronymus epistol. ad Cyprianum, et Comment. in *Michæam*, cap. iv; Germanus Constantinus lib. *De Theoria rerum ecclesiasticarum*, ad hunc numerum quingentis adjectis, et ait ante ipsum eadem dixisse et Hippolytum e Roma, et S. Cyrillum in lib. *De Antichristo*, itemque Chrysostomum. Opinionem istam non esse veram ipsa experientia docemur, præcipue si Septuaginta interpretationem consideremus, quam ut plurimum secuti sunt auctores supra citati, qui id modeste asseruerunt. Semper dictum Christi præ oculis habentes Marci xiii, 32: *De die illo, ac tempore, nemo novit, neque angeli quidem qui in cælo sunt, neque ipse Filius*; et Act. i, 7: *Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ Deus posuit in sua potestate*. Nuperrime tamen Cunmannus Flinsbachius furore insanientis Lutheranorum hæresis actus, libello de hac re edito conatur ostendere, *Mundi hujus ætatem supra sex millia annorum, tanquam certam et immotam metam, quam Deus mundo, sapienti et inscrutabili consilio determinavit, non excursuram esse. Deinde ultimum millenarium sextum, in quo nunc vivimus, non completum iri*. Decem conjecturis hinc inde ab ejusdem hæreseos primatibus petitis, ut sibi videtur ostendit. Sed omnia peregit præter hoc unum sibi propositum institutum, insulsiissime enim, et undequaque etiam inaniter occasione arrepta in Ecclesiam catholicam præter omnem modum et rationem impiissime spurco maledicoque ore invehitur. Commune id omnibus, qui veritate neglecta aliis copulantur vesanis opinionibus et erroribus. Itaque cum de suo nihil proferat, habet id etiam quod aliunde arrepta in pejorem sententiam deferat, nec unam in tanta conjecturarum illuvie quæ discursus formam, vel argumentationis præseferat, in medium affert. Ejus conjecturas refellere, nec interest, nec mei instituti esse duco; ultimam tamen quam ipse omnium conjecturarum summam appellat, attingam, ut ex hac lector et reliquis dignoscere valeat. *Jam coronidis vice subjiciemus egregium illud dictum Eliæ prophetæ, quod, etsi in Bibliis nusquam existet, tamen quia reliquarum omnium conjecturarum summa est, et quasi explicatio, omnibus notissimum esse debet, et maxime faciendum est. Sex millia annorum mundi, et postea destructio, duo millia inane, duo millia lex, duo millia Christus, et si quid ex his deerit, deerit propter peccata nostra quæ magna et innumera sunt*. En Cunmanni coronidem, en dicta egregia, en prophetam extra Scripturas, en summam, en explicationem, quæ quanti facienda sit videbimus. Primo falsum est dictum illud esse Eliæ Thesbitæ prophetæ, cum sit cujusdam Eliæ rabini Judæorum cabalistici commentum in Thalmud., tract Sanedrim,

A cap. Helec., et tractatu *De idololatria*, cap. Libne, et tractat. *De Sabbato*. Ejus conjecturas affert Rabbi Isaac in caput Genes. secundo ex locis divinæ Scripturæ. Tertio mirum est secretum hoc de mundana duratione omni nationi absconditum, etiam angelis, et Filio hominis, quod ex sententia Patrum et expositione intelligendum est, fuisse revelatum Eliæ, et ab eo toti humano generi, et tamen ignorasse apostolos. Quarto ex Augustino in enarratione psalm. lxxxix: *Ausi sunt homines presumere scientiam temporum, quod scire cupientibus discipulis Dominus ait: « Non est vestrum scire tempora, quæ Pater posuit in sua potestate, » et definierunt hoc sæculum sex annorum millibus, tanquam sex diebus posse finiri; nec attenderunt quod dictum est, tanquam dies unus, qui præterit: non enim quando hoc dictum est soli mille anni præterierant; et quod eos maxime debuit admonere, ne temporum luderentur incerto, illud est, sicut vigilia in nocte; neque enim de sex diebus aliquid verisimile videntur opinati propter sex dies primos, quibus Deus perfecit opera sua, sic etiam sex vigiliis, id est, horas decem et octo possunt illi opinationi coaptare*. Vide item Ambrosium lib. vii *Comm. in Lucam* in illud Matthæi, xvii, 2, *Post dies sex transfiguratus est*.

Ibid., lin. 44. *Ἐπὶ δὲ τῆς τοῦ*. Chronographorum de hac re et anno nativitatæ Christi variæ fuerunt sententiæ, quarum nonnullas in sua *Bibliotheca* retulit Sixtus Senensis. Nos item ad illustrandum hunc locum aliquas subjiciemus. Quæ autem de hac re sit nostra sententia in iis quæ de fine temporum jam paramus, luculenter explicabimus. Abraamus Bucholcerus in *Isagoge* chronologica ponit annos 3970; cum enim annorum mundi seriem in tria partitus fuisset temporum spatia, in primo videlicet a creatione mundi ad templum Salomonis enumerat annos 2934; in secundo a condito templo ad ejus desolationem, et inde ad captivitatis Babylonicæ finem annos 501; in tertio a fine captivitatis Babylonicæ ad natum Christum 557, qui omnes, si simul sumantur, constituunt numerum 3970. Hisce autem tribus Eusebianam chronologiam, et aliorum præcipue Græcorum, qui numeros ex Septuaginta mutuati sunt, cum sua conciliat, primo correctione numerorum versionis Græcæ, Genes. v et xi; secundo omissione decennii in regno Ammon IV Regum xii; tertio applicatione anni ultimi captivitatis Babylonicæ ad tempora Cyri. Cunmannus Flinsbachius in chronologiæ confirmatione enumerat annos 3962, videlicet a creatione mundi ad diluvium 1656, a diluvio ad vocationem Abrahæ 567, a vocatione Abrahæ ad exitum de Ægypto 450, ab exitu de Ægypto ad Davidem regem 437, a Davide ad captivitatem Babylonicam 501. Captivitas Babylonica 70; a captivitate Babylonica usque ad Christum natum 501, omnes simul 3962. Joannes Funccius in sua *Chronologia* 3963, videlicet a creatione mundi usque ad Persarum monarchiam 3406, a Persarum monarchia ad regnum

Ibid., lin. 50. Πρῶτῳ δὲ τῷ. Eusebius, *Chronic.* lib. 1: Πρῶτῳ προφητῶν ἔντι τῷ Ἀβραάμ ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος φανεῖς ἐν ἀνθρώπου σχήματι τὴν τῶν ἐθνῶν κλήσιν θεσπίζει, ἦν καθ' ἡμᾶς ὁ τοῦ Χριστοῦ λόγος εἰς πέρας ἤγαγε διὰ τῆς εἰς πάντα τὰ ἔθνη Εὐαγγελικῆς διδασκαλίας. Hæc eadem *Chronicon Alexandrinum*. De hac et aliis Abrahæ revelationibus Asterius Amasææ episcopus hom. De Lazaro et divite, cum ad dubium illud, Quid causæ fuerit quod cum multi justorum Abrahamo antiquiores fuerint, honorem hunc illis in ævo remotiori constitutis debitum isti præcipue assignarit cum diceret, *Et deportaretur ab angelis in sinum Abrahæ*, nulla facta mentione, neque Enoch, neque Noe, nec aliorum: Ἐπειδὴ γὰρ ὁ Ἀβραάμ θεράπων Χριστοῦ, καὶ διαφερόντως οὗτος ἀνθρώπων τὰς τοῦ Χριστοῦ ἐπιφανείας ἐδέξατο, καὶ τὸ τῆς Τριάδος μυστήριον ἱκανῶς ἡμῖν ἐν τῇ σκητῇ τοῦ γέροντος τούτου διετυπώθη, ἠνίκα τοὺς τρεῖς ἀγγέλους ὡς ἀνδρας ὀδοιπόρους ἐξένισε, καὶ ἀπλῶς ἐκ πολλῶν τῶν μυστικῶν αἰνιγμάτων οικεῖος ἀνθρώπος οὗτος γεγένηται τοῦ Θεοῦ τοῦ χρόνου ὑστερον ἀμφισαμένου τὴν σάρκα, καὶ διὰ μέσου τοῦ ἀνθρώπου τούτου παραπετάσματος ἐναργῶς ὁμιλήσαντος τοῖς ἀνθρώποις διὰ τοῦτο τὸν κλῆρον αὐτοῦ οἶον εὐδίον τινα λιμένα, καὶ ἀκλυστον ἀνακαυτήριον εἶναι τῶν δικαίων φησίν.

Col. 765, lin. 3. Τελουτηγάσης Σάββας. Josephus, *Antiq.* lib. 1, cap. 16: Γαμεὶ δὲ αὐτὰς Χεττού-

ραν ὑστερον, ἐξ ἧς αὐτῶν παῖδες ἐξ γίνονται, πρὸς τε πόνους κρτεροί, καὶ δεινοὶ συνιέναι, Ζεμβράνης, 'Ιαζάρης, Μαδάνης, Μαδιάνης, Λουσοῦδακος, Σούος. Φύονται δὲ καὶ τούτοις παῖδες· καὶ Σούου μὲν Σαθακάνης γίνεται καὶ Δαδάνης· τούτου δὲ Λατούσιμος, "Ἀσσυρος, Λουούρης· Μαδάνου δὲ Ἡφαῆ, Ὀφρης, Ἄνοχος, Ἐβιδας, Ἐλδᾶς. Et Origenes, hom. 11, *Genes.*, idem sentit, post mortem scilicet Saræ Abraham in matrimonium duxisse Cethuram, idque ex ordine Mosaicæ narrationis satis compertum est. Cajetanus tamen in cap. xxv *Genes.* dubitat. *Tempus autem, ait, quando Abraham uxorem accepit Cethuram, non est certum, videlicet an id factum sit vivente adhuc Sara post ejectionem Agar cum Ismaele, an ea jam mortua. Scripturæ tamen narratio, si rei gestæ ordini respondet, insinuat hoc esse factum post mortem Saræ.*

Col. 765. *Τὴν Χεττοῦρᾶν.* Fuit Hebræorum opinio, Cethuram et Agar unam et eandem, etsi nomina variant, mulierem; nec novo matrimonio illam sibi Abraham post mortem Saræ copulasse, cum prius illam legitime sibi conjunxisset; hos secuti sunt, et Lyranus, et Thomas Anglus in cap. xxv *Genes.* Hieronymus in *Traditionibus Hebraicis* ambigit, et ut incertam relinquit. *Cethura, inquit, Hebræo sermone copulata interpretatur, aut conjuncta; quam ob causam suspicantur Hebræi, mutato nomine eandem esse Agar, quæ Sara mortua, de concubina transierit in uxorem; et ita sane videtur decrepiti jam Abraham excusari ætas; ne senex post mortem uxoris suæ vetulus novis arguatur nuptiis lascivisse. Verum nos quod incertum est relinquamus.* Cajetanus et alii sententiam hanc rejiciunt, et confutant.

Ibid., lin. 9. *Καὶ τούτοις ἄπασιν.* Josephus, lib. 1: Τούτοις ἄπασιν τοῖς παισὶ καὶ τοῖς υἱωνοῖς Ἀβραμὸς ἀποικιῶν στόλους μηχανᾶται, καὶ τὴν τε Τρωγλοδύτην καταλαμβάνουσι καὶ τῆς Εὐδαίμονος Ἀραβίας ὄσον ἐπὶ τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν καθήκει. Et post Josephum Hieronymus tradit hos Cethuræ filios tenuisse Troglodytin, et Arabiam felicem, usque ad mare Rubrum. Addunt alii, plerasque regiones Indiæ occupasse. Sed non videtur, ait Pererius, id congruere cum eo, quod de istis memorat hoc loco Moyse, scribens, eos habitasse ad plagam orientalem respectu videlicet ejus loci, quem incolebat Abraham, sive is esset Hebron, sive Bersabe. Scriptura enim regiones orientales appellat respectu Palæstinæ, quæ spectant magis ad Chaldæam et Persidem. Hoc autem nullo modo convenit in Troglodyticam regionem, quæ jacet in Africa Æthiopicis proxima, et a supradicta descriptione plagæ orientalis remotissima. Hæc tamen requirunt longiorem indaginem.

Ibid., lin. 13. *Σωφρὴν δὲ ἐπὶ.* Josephus, lib. 1: Λέγεται δὲ, ὡς οὗτος δὲ Ὀφρης, στρατεύσας ἐπὶ τὴν Λιβύην, κατέσχευεν αὐτήν, καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ, κατοικήσαντες ἐν αὐτῇ, τὴν γῆν ἀπὸ τοῦ ἐκεῖνου ὀνόματος Ἀφρικαν προσηγόρευσαν. Μαρτυρεῖ δὲ μου τῷ λόγῳ καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Πολύστορω λέγων οὕτως: Κλεόδημος

φησιν ὁ προφήτης, ὁ καὶ Μαλχὸς ὁ ἱστορῶν τὰ περὶ Ἰουδαίων, καθὼς καὶ Μωϋσῆς ἱστορήσεν ὁ νομοθέτης αὐτῶν, ὅτι ἐκ τῆς Χαιτούρας ἐγένοντο Ἀβράμω παῖδες ἱκανοί. Λέγει δὲ αὐτῶν καὶ τὰ ὀνόματα ὀνομάζων τρεῖς, Ἀφερᾶν, Σουρεῖμ, Ἰάφραν· ἀπὸ Σουρεῖμ μὲν τὴν Ἀσσυρίαν κεκλήσθαι, ἀπὸ δὲ τῶν δύο, Ἀφρᾶ τε καὶ Ἰαφέρου, πόλιν τε Ἀφρᾶν, καὶ τὴν χώραν Ἀφρικαν ὀνομασθῆναι. Pererius, haud scit, an pro certo credi posset Opher hunc petiisse cum exercitu Libyam, ibique postea consedis, et mutato nomine Libyam ab eo dictam esse Africam, cum ex ipsa Scriptura manifestum sit, Madian cum suis liberis Æthiopiæ Orientalis, vel, ut alii interpretantur, Arabiæ partem tenuisse proximam terræ promissionis. Diversa a Josepho tradunt profani auctores, Solinus, cap. 27; Joannes Leo in *Descriptione Africae*, lib. 1. Vide Isidorum et alios.

Ibid., lin. 17. *Οἴτινες Ἡρακλεῖ.* Josephus ex Cleodemum lib. 1 *Antiquit.*: Τούτους γὰρ Ἡρακλεῖ συστρατεύσαι ἐπὶ Λιβύην καὶ Ἄνταλον, γήμαντά τε τὴν Ὀφραν θυγατέρα Ἡρακλεῖα γενῆσαι υἱὸν ἐξ αὐτῆς Δέδωρον. Τούτου δὲ γενέσθαι Σοφῶνα, ἀπ' οὗ τοὺς βαρβάρους Σοφακὰς λέγεσθαι· alii legunt Σοφᾶς. Ex his corrigendus Eustathius, nisi magis placuerit Σοφῶνας scribere. Hoc tamen perinsignem atque perabsurdum in *Chronologia* errorem continere scribere Pererius; Hercules namque excessit, ut inter omnes convenit, minus triginta annis ante bellum Trojanum, quod bellum in principatu Samsonis, aut non procul ab eo tempore contigit, quare isti nepotes Abrahamæ, plus sexcentos annos Herculemi antecesserunt, probatque auctoritate Eusebii in præfatione suorum *Chron.* Sed errorem hunc perinsignem et perabsurdum in *Chronologia*, velit, nolit, nobis Pererius suggerit, qui unum Herculem constituens putat, se non ineleganter redarguere Cleodemum, Alexandrum Polyhistem, Josephum, et consequenter nostrum Eustathium. Cleodemi dicta maximæ esse auctoritatis vel ex eo patet, quod tantorum virorum testimonio, suam historiam contextit ad imitationem Moysis Judæorum legislatoris. Ὁ ἱστορῶν τὰ περὶ Ἰουδαίων καθὼς καὶ Μωϋσῆς ἱστορήσεν ὁ νομοθέτης αὐτῶν, nusquam iste auctor a Mosaicis dictis vel traditionibus aberrasset. Nec dubium est Herculem Jovis et Alcmenæ filium, qui cum Argonautis navigavit, Trojam expugnavit, et cui Græcorum ambitio universa reliquorum, qui tali nomine insigniti sunt, acta attribuit, quique virium et fortitudinis fama venit ad posteros, una generatione Troicum bellum antecessisse: et de eo Eusebium in *Chronico* sermonem habuisse, cum de rebus a Græcis gestis, et quorum memoria insolescerent, sermonem haberet; quod si de altero Hercule sermonem instituisset, argumentum ejus rueret. Compertum est, in historia Hercules plures fuisse. Varro quatuor et quadraginta recenset, Cicero sex, Diodorus, lib. iv, tres ponit: Primum Ægyptium, cujus maxima fuerit virtus, quemque Osiris quod corpore esset validis-

simo exercitui præfecit. Hic magna orbis parte peragrata in Libya columnam erexit, præcessitque Herculem Alcmæne filium pluribus quam mille annis. Servius item quatuor Hercules facit *Æneid.* viii: Tyrrinthium, Argium, Thebanum, Libym. Inter quos quamvis non constet de numero, tamen illud unum certum est, Herculem Ægyptium, sive etiam Libym, multis sæculis Herculem Græcorum, de quo loquitur Eusebius, præcessisse; ita ut Abrahæ nepotibus ætate par esse possit; ita enim et ratio temporum cohæret, nec auctores, qui de expeditione nepotum Abrahæ una cum Hercule verba faciunt, ἀλογιστως damnabimus.

Col. 765, lin. 22. *Ἰακώβ παραρπάσας.* Alexander Polyhistor ex Demetrio apud Eusebium, *De præpar. Evangel.* lib. ix: Δημήτριός φησι τὸν Ἰακώβ, γενόμενον ἐτῶν ἑβδομήκοντα πέντε, φυγεῖν εἰς Χαρρῶν τῆς Μεσοποταμίας, ἀποσταλέντα ὑπὸ τῶν γονέων διὰ τὴν πρὸς τὸν ἀδελφὸν κρυφίαν ἔχθραν Ἡσαῦ, διὰ τὸ εὐλογῆσαι αὐτὸν τὸν πατέρα, δοκοῦντα εἶναι τὸν Ἡσαῦ, καὶ ὅπως λάβῃ ἐκεῖθεν γυναῖκα. Ἀφορμησαὶ οὖν Ἰακώβ εἰς Χαρρῶν τῆς Μεσοποταμίας, τὸν μὲν πατέρα καταλιπόντα Ἰσαὰκ ἐτῶν ἑκατὸν τριάκοντα ἑπτὰ, αὐτὸν δὲ ὄντα ἐτῶν ἑβδομήκοντα ἑπτὰ. Διατρίψαντα οὖν αὐτὸν ἐκεῖ ἑπτὰ ἔτη Λάβαν τοῦ μητρῷου δύο θυγατέρας γῆμαι, Λεῖαν καὶ Ῥαχὴλ, ὄντα ἐτῶν ὀγδοήκοντα τεσσαράρων.

Ibid., lin. 25. *Τὰς δύο θυγατέρας.* Faustus Manichæus polygamiam hanc pro magno crimine sancto patriarchæ Jacob procacissimis verbis objectavit. Huic lib. xxii, cap. 47, respondet Augustinus Jacobum a calumnia vindicans. *Quando mos erat, crimen non erat: et nunc propterea crimen est, quia mos non est. Alia enim sunt peccata contra naturam, alia contra mores, alia contra præcepta. Quæ cum ita sint, quid tandem criminis est, quod de pluribus simul habitis uzoribus objicitur sancto viro Jacob? si naturam consulas, non lasciviendi, sed gignendi causa illis mulieribus utebatur. Si morem, illo tempore, atque in illis terris hoc factitabatur. Si præceptum, nulla lege prohibebatur. Nunc vero cur crimen est, si quis hoc faciat, nisi quia et moribus, et legibus non licet? Quæ duo quisquis contempserit, etiamsi tantummodo causa generandi uti possit pluribus feminis, peccat tamen et ipsam violat humanam societatem, cui necessaria est procreatio liberorum.* His affinia scribit et lib. iii *De doctr. Christiana*, cap. 12, idem Augustinus, et Hieronymus ep. 83 ad Oceanum, et Theodoretus quæst. 84 in *Genes.*

Ibid., lin. 27. *Ἐπεθύμησε δέ.* Thomas Anglicus in cap. xxviii *Genes*, tribus modis diversis ab eo quem Eustathius tradit, purgat a vitio amorem Jacob, et inculpabilem reddit, quos vide.

Ibid., lin. 31. *Συναντήσασαν ἡσπάσατο.* Josephus, lib. i, cap. 19, ubi hanc refert historiam, amplexus et alia quæ Scriptura narrat, non tribuit Jacobo sed Racheli, Ἡ δὲ, ὑπὸ μνήμης, ὅποια φιλεῖ συντυγχάνειν τοῖς νέοις, προπετυσμένη παρὰ τοῦ πατρὸς τὰ περὶ τῆς Ῥεβέκκας, καὶ τοὺς γονεῖς

Α εἰδυῖα ποθοῦντας αὐτῆς τὸ ὄνομα, ὑπὸ τῆς τὸν πατέρα εὐνοίας ἔνδακρυς γενομένη, περιβάλλει τὸν Ἰακώβον, καὶ κατασπασαμένη τὴν εὐκτατοτάτην καὶ μεγίστην ἡδονὴν αὐτὸν κομίσει τῷ πατρὶ καὶ τοῖς ἐπὶ τῆς οικείας ἅπασιν, ἔλεγεν ἐπὶ τῇ μνήμῃ τῆς μητρὸς αὐτοῦ κειμένῳ, καὶ πρὸς μόνῃ ταύτῃ τυγχάνοντι, φανεῖσθαι δὲ αὐτῷ παντὸς ἀντάξιον ἀγαθοῦ. Hisce et aliis Josephus in historiis commemorandis parum diligens et fidelis. Nec raro in historia et in *Chronologia* esse lapsus reprehenditur.

Ibid., lin. 36. *Ἦκονται δὲ παῖδες.* De ortu filiorum Jacobi, et tempore, deque mora apud Laban, et descensu, plura, etsi in nonnullis diversus a sacris litteris, Alexander Polyhistor ex Demetrio apud Eusebium *De præparat. Evangel.* lib. ix.

Ibid., lin. 41. *Οἱ καὶ Ἰδουμαῖοι.* Josephus, *Antiq.* lib. ii, cap. 1, hæc eadem ita narrat: Ἄλλ' Ἡσαῦ μὲν, τῆς Χεβρωνίας παραχωρήσας τῷ ἀδελφῷ, ἐν Σασίρα διηγεῖτο, καὶ τῆς Ἰδουμαίας ἦλθεν οὕτω καλέσας τὴν χώραν αὐτοῦ. Ἄδωμος δ' ἐπινομάζετο κατὰ τοιαύτην αἰτίαν τυχὼν τῆς ἐπικλήσεως. Ἀπὸ θήρας ποτὲ καὶ πόνου τοῦ περὶ τὸ κυνηγῆσαι λιμώτων ἐπανῆλθεν, ἐτι παῖς ὢν τὴν ἡλικίαν. Ἐπιτυχὼν δὲ τῷ ἀδελφῷ φακῆν ἐσκευασκότε πρὸς ἄριστον αὐτῷ ξανθὴν σφόδρα τὴν χροῶν, καὶ διὰ τοῦτ' ἐτι μᾶλλον ὀρεχθεὶς ἤξλου παρασχεῖν αὐτῷ πρὸς τροφήν. Ὅδὲ ἀποδόσθαι τὸ πρᾶσιον αὐτῷ τοῦ φαγεῖν συνεργῶ χρησάμενος τῇ πείνῃ τὸν ἀδελφὸν ἠνάγκασε. Κάκεινος, ὑπὸ τοῦ λιμοῦ προαχθεὶς, παραχωρεῖ τῶν πρᾶσιων αὐτῷ μετ' ὄρκων. Ἐνθεν διὰ τὴν ξανθότητα τοῦ βρώματος ὑπὸ τῶν ἡλικιωτῶν Ἄδωμος καλεῖται κατὰ παιδιὰν ἐπικληθεὶς. Ἄδωμα γὰρ Ἑβραῖοι τὸ ἐρυθρὸν καλοῦσι. Τὴν δὲ χώραν οὕτω προσηγόρευσεν. Ἕλληνες γὰρ αὐτὴν ἐπὶ σεμνότερον Ἰδουμαίαν ὠνόμασαν. Ab Esau igitur toti genti nomen impositum, quos Græci Idumæos appellant. Errat igitur Strabo, lib. xvi, qui eos origine Nabathæos esse affirmavit, seditioneque patria pulsos, Errat Sicphanus περὶ πόλεων, eos a filio quodam Semiramidis ortos scribens, sicut ab alio ejus filio Juda Judæos. Insaniunt et Rabbini cum Abenezra qui Romam vocant Edom, et pontificem Romanum monachum Edomæum.

Ibid., lin. 44. *Ἦστερον δὲ Σύροι.* Syriam regionem nobilissimam Asiæ cum Assyria ab auctoribus confundi supra innuimus. De ea Ammianus Marcellinus, lib. xxiii: *Citra amnes provincia est nobilis Assyria, celebritate et magnitudine, tum et multiformi feracitate, diutissimæque per populos, pagosque amplos diffusa, quondam et copiosa, ad unum concessit vocabulum, et nunc omnis appellatur Syria.* Plura de ea vide apud Eustathium *Comment.* in *Dionysium de situ orbis*, Abrahamum Hortelium, et alios.

Ibid., lin. 46. *Ὁ δὲ Ἡσαῦ γυναῖκας.* Delrius, et alii notarunt, Hebræos solitos habere plura nomina, indeque magnas tenebras oriri in Genealogiis, dum uno loco unam, alio aliud ponitur, quod non considerantes quidam desperant de con-

cillatione hujus Catalogi cum I Paralipom. 1. Quæ A consuetudo etiam in mulieribus obtinuit. Sequendus igitur Cyrillus, et Procopius qui observant, uxores Esau, et earum parentes aliis nominibus in Genesi et Paralipomenis nuncupari. Quæ enim hic dicitur Ada filia Elom Hethæi, illic Juditha filia Proeri; et quæ illic Basemath filia Elom, hoc loco Oolibama filia Annæ; quæ hic Basemath filia Ismael, illic Maheleth nominatur. Quod ita accidisse et in patre Moysis inferius notabimus.

Col. 765, lin. 54. *Εἰς τὸ Σειρ ὄρος.* Non armis Jacobi coactus, sed ita Deo annuente, sponte sua, ut libera Jacobi posteri Chananæa potirentur. Discesserat prius quidem Esau in Seir, sed non animo plane deserendi Chananæam, quare cum tota familia redierat. Sed propter gregum multitu- B dinem et angustiam pascuorum mutata sententia, revertitur eo unde venerat. Vide August. quæst. 119.

Col. 768, lin. 6. *Ἐν οἷς ἦν καὶ.* Josephus, *Antiq.* lib. 11: *Ἀμάληκος γὰρ νόθος ἦν παλλακῆς αὐτῷ γεγὼώς Θαμνάης ὄνομα. Οὗτοι κατώκησαν τῆς Ἰδουμαίας τὴν Γοβοαίτιν λεγομένην, καὶ τὴν ἀπὸ Ἀμαλήκου κληθεῖσαν Ἀμαληκίτιν. Πολλὴ γὰρ γενομένη τότε ἡ Ἰδουμαία, τότε πάσης αὐτῆς ἀπέσωζεν ὄνομα, καὶ τοῖς μέρεσι τὰς ἀπὸ τῶν οἰκητόρων προσηγορίας διεφύλαξε.*

Ibid., lin. 19. *Ὅς εἶπεν ἐν τῇ.* Locus hic Scripturæ, ad quem respexit Eustathius, varie a variis accipitur, nec ejus sententia difficultate vocis Hebraicæ haberi potest; relictis tamen aliorum explicationibus, quæ nimis audacter Eugubinus in recognitione Pentateuchi super hunc locum tradit, animadvertam: eum et Hieronymum, et Septuaginta Interpretes a veritate Hebraica discordare affirmat. Putat enim Hieronymi tempore, pro *Jemin* quod significat multos, codices, quibus est usus Hieronymus, habuisse vel *Majim*, id est aquas, vel *Jamin*, id est maria. Cur autem verterit aquas calidas ex Hebræo ratio nulla reddi potest. Deinde reprehendit Septuaginta Interpretes, quod vocem Hebræam *Jemin*, perinde quasi esset nomen proprium alicujus hominis, ut est Jacob, et Isaac, hic retinuerint, ita reddentes hunc locum: *Iste est Ana, qui invenit Jamin in deserto, quando pascebat ju- D menta patris sui;* quos secutus Eustathius idem hoc in loco retinens.

Ibid., lin. 26. *Μεθ' οὗ Ἰωδὰδ.* Jobab de quo fit hic mentio, Jobum fuisse multi tradiderunt, quamvis oppositum affirmant Lyranus, et Oleaster, eumque fuisse non filium Esau, ut retulit Aristæus, qui Judæorum historiam scripsit apud Eusebium Cæsariensem, lib. 1x *De præparatione Evangel.*, cap. ultim., sed ex stirpe et progenie Esau, scribunt Athanasius in synopsis, Chrysostomus hom. 2 *De patient. Job.* Augustinus lib. xviii *De civitate Dei*, cap. 47. Idem sentit et Theodoretus quæstion. 92 *in Gen.* et Gregorius Magnus initio Commentar. *in Job.* His patribus adde, et quos enumerat Hierony-

mus epistol. 126 ad Evagrium, Hippolytum, Iræ- næum, Eusebium Cæsariensem, Eusebium Emese- num, Apollinarium, Eustathium. Hieronymus *Traditionibus Hebraicis in Genes.*, cap. 22, eum non de genere Esau, sed de stirpe Nachor generatum existimat, quem sequitur Rupertus lib. vi *Comentar. in Genes.*, *Historia Scholastica*, cap. 58; et Philippus presbyter, qui paulo post Hieronymum scripsit in hunc prophetam, sic ait: *Chus et Bus filii fuere Nachor fratris Abrahamæ juxta fidem Gene- seos libri, nati de Melcha sorore Saræ: credibile videri potest ut in terra quæ ex parentum nomine dicta est, vir ille sanctus habitaverit: et esse illum potius de genere Nachor, non de Esau origine procreatum, sicut quidam opinione dubia suspicantur. Illi autem tres reges de genere fuerunt Esau.* Et Hieronymus tradit Eliphaz, quem Ada peperit Esau, illum esse cujus meminit ipse Job, quod si ita est, cum pronepotibus Abrahamæ Jobum vixisse necesse est. Philo, Suidas, et Paraphrasis Chaldaica generum Jacobi faciunt ex Dina uxore. Septuaginta malunt esse ex posteris Abrahamæ, quartum ab Esau. Cajetanus in primum caput Job de stirpe ejus nihil certum esse statuit.

Ibid., lin. 34. *Οἱ δὲ υἱοὶ Ἰακώβ.* Justinus histo- ricus lib. xxxvi, historiam Josephi breviter enar- rans scribit: *Sed Israelæm felix decem filiorum pro- ventus majoribus suis clariorem fecit. Namque populum in decem regna divisum tradidit filiis, omnesque ex nomine Judæ, qui post divisionem recesserat, Judæos appellavit; colique ejus memoriam om- C nibus jussit. Ejus portio omnibus accesserat. Minimus ætate inter fratres Joseph fuit: cujus excellens ingenium veriti fratres, clam interceptum peregrinis mercatoribus vendiderunt. A quibus deportatus in Ægyptum, cum magicas ibi artes solerti ingenio percepisset, brevi ipsi regi percharus fuit. Nam et prodigiorum sagacissimus erat, et somniorum pri- mus intelligentiam condidit; nihilque divini juris hu- manique et incognitum videbatur, etc., sed hic au- ctor in paucis verbis multa peccavit. Fuerunt enim filii Jacob duodecim præter unam feminam. Min- D mus natus erat Benjamin, non Joseph. Joseph a magicis artibus earumque studio plurimum abfuit; sed Spiritus sancti peculiari quadam gratia dona- tus illa omnia perfecerat.*

Ibid., lin. 37. *Τῷ Περταγορῆ.* Principi, seu præ- fecto coquorum. Ita Philo lib. *De Joseph.*; Josephus lib. 1 *Antiquitat.*, Ambrosius lib. *De Joseph.*, et alii. Nonnulli vocem Hebraicam significare præpositum militiæ tradiderunt. Alii utrumque. Pererius, ne Septuaginta Interpretes ita reddentes errasse videren- tur, ait ἀρχιμάγειρον omnia hæc significare. Sed eum audiamus: *Dices, Ergo Septuaginta Inter- pretes errarunt hoc loco, qui verterunt archima- giro, id est, principi coquorum? Minime vero. Nam vox archimagiros proprie significat princi- pem occisorum: μαγειρεύειν, quippe interprete Hieronymo, Latine est occidere. Sed nomen oc-*

cisorum trifariam potest intelligi. Vel enim sunt occisores hominum in bello, quales sunt milites, et in hanc sententiam, Latinus interpres vertit magistro militum; vel sunt occisores hominum propter eorum crimina, tanquam publicæ justitiæ administri, executores, quam interpretationem secuti sunt Hebræi et multi de nostris supra memorati; vel sunt occisores animalium ad coquendum, et comedendum ut sunt lanii, et coqui: cui expositioni Philo, Josephus, et Ambrosius insisterunt. Cum igitur vox archimagiros, qua usi sunt Septuaginta Interpretes, tres istas significationes et interpretationes capiat, translatio Septuaginta Interpretum lectioni nostræ Latinæ aptari commodissime potest; præsertim autem cum sanctus Hieronymus affirmet, archimagiros pro magistris exercitus in plerisque locis divinam Scripturam commemorare. Sed dubium adhuc remanet non contemendum, princeps hic Pharaonis sive præfectus divinarum litterarum testimonio dicitur fuisse eunuchus, et ea est communis Patrum opinio, qui id fieri potuit, ut uxorem habuerit, cujus sctis criminationibus Josephus in carcerem triditur, vitæque propriæ periculum subit. Taceo hic Hebræorum nugas, qui eo incitiæ pervenere, ut dicerent principem hunc nullo modo eunuchum fuisse, sed integrum omnibus suis membris uxorem duxisse, cum qua feliciter jucundeque vitam ducebat. Verum empti Josephi blanda pulchraque forma pellectum, nescio quid in ipsum Josephum tentasse, ideoque justo Dei judicio in prænam tanti sceleris membris illis quasi eunuchum fuisse impeditum, ideoque a Scriptura eunuchum vocari, etiamsi haberet uxorem. Quidam dixerunt, mulierem illam non fuisse uxorem, sed tantum rerum domesticarum curam gessisse. Quidam, etsi eunuchum, illa tamen muliere tanquam uxore legitima usum. Theodorus Catena in *Genesim*: Πῶς εὐνοῦχος ὢν ὁ ἀρχιμάγειρος γυναῖκα εἶχε; Μάλιστα μὲν οὖν καὶ τοὺς εὐνοῦχους καὶ τοὺς ἐκτομίας ὁμωνύμως καλοῦσιν· οὐδὲν δὲ ἦν ἀπειρία, καὶ εὐνοῦχον ὄντα γυναῖκα ἔχειν ἐν τῇ οἰκίᾳ τῶν ἐνδοῦ ἐπιμελουμένην πραγμάτων. Diodorus ibidem: Πῶς, εὐνοῦχον εἶναι φήσας τὸν Πετεφρῆν, γυναῖκα τοῦτον εἶπεν ἔχειν; Οἶμαι τοίνυν ἐγὼ τῶν δύο τὸ ἕτερον, ἢ διὰ τὸ εὐνοῦχον αὐτὸν καταχρηστικῶς προσειρηθῆαι, ἢ καὶ τῷ ὄντι τῶν μορίων ἐκτετημένων ἔχειν ἐν γαμετῆς τάξει τὸ γύναιον, ὃ δὴ καὶ ἐφ' ἡμῶν ἔγνωμεν ὑπὸ πολλῶν πολλὰκις γινόμενον. Et Gennadius: Et εὐνοῦχος ὁ Πετεφρῆς, πῶς εὐρίσκειται γυναῖκα ἔχων; Ἄλλ' ὁ μὲν Σύρος μὲ προσσηγορίᾳ τὸν τε σπάδοντα καὶ τὸν πιστὸν ἄνδρα λέγει τοῖς δεσπόταις, ὃ δὲ Ἑβραῖος ἀληθῶς εὐνοῦχον, καὶ τοῦτον ἀπὸ τῆς πίστεως, ἐπειδὴ φιλεῖ τὸ τῶν εὐνοῦχων γένος μάλιστα πιστεῦσθαι τὰ τιμιώτερα τῶν κτημάτων, καὶ αὐτὴν τῶν βασιλέων σωτηρίαν. Καὶ οὐ θαυμάστον, ὅπου γε Ἀβραάμ, καὶ Ἰσαάκ, καὶ Ἰακώβ χριστοὶ. Μὴ ἄπτεσθαι γὰρ φησι τῶν χριστῶν μου. Λέγεται δὲ καὶ Κύρος ὁ Πέρσης χριστός. Οὕτως ἄρα καὶ τὴν τοῦ σπάδοντος ὁ ἀρχιμάγειρος προσσηγορίαν ἔσχε καὶ τότε

PATROL. GR. XVIII.

γυναῖκα ἔχων διὰ τὴν εὐνοῦχον. Notum est inter spadonem et eunuchum discrimen; eunuchus enim is dicitur, qui necessaria ad generandum parte diminutus est, sive naturaliter ita prognatus sit, sive ante pubertatem excisus. Spado est, qui valetudine aliqua vitiove corporis præditus generare non potest. Ideoque spadones adoptari possunt, posthumumque hæredem scribere, eunuchi sive castrati non possunt; hi namque omnino generare non possunt; illi impeditis, quibus temporali sterilitate laborant, liberati, possunt. Hoc in legum synopsi ad Michaellem Ducam optime versibus expressit Michael Psellus, eorum, quia adhuc lucem non viderunt, copiam mihi fecit vir sæculorum memoria dignissimus Franciscus Bartolinus:

Εὐνοῦχος σπάδων δύναται νοθετεῖν καὶ μόνον. Τοῦτο γὰρ ἀπὸ γένεταί καστράτοις, καὶ θλιβλαῖς. Ὁ γὰρ τοῖ σπάδων δύναται παιδοποιεῖσθαι τάχα.

Porro spadonum et eunuchorum appellatio interdum generalis est, qua omne genus eviratorum continetur. Quare possemus dicere, principem hunc, etsi vocatur eunuchus, spadonem fuisse, et uxorem duxisse antequam pars illa corporis funeretur, cum qua postea vitam transigebat. Isidorus *Orig.*, lib. x, tradit eunuchorum quosdam coire, sed tamen virtutem in semine nullam esse: *Liquorem enim habent et emittunt, sed ad gignendum inanem atque invalidum.* Possem item alias hujus explanationes afferre, quas brevitalis gratia omitto.

Ibid. *Τῶν ἀρχιμαγείρων Φαραῶ.* Pharaonis vocabulum non fuisse proprium, sed commune regum omnium Ægyptiorum, qui pro dignitate regis eo nomine tanquam regali utebantur, quemadmodum et apud Romanos Augusti, imperatores, tradit Eusebius ex libris Manethonis sacerdotis Ægyptiorum, et rursum: Ἀνέστη δὲ μετ' αὐτὸν, Sesostrius scilicet, ἐπ' Αἴγυπτον Φαραῶ, ὃ καὶ Ναρεχῶ καλοῦμενος, κρατήσας ἔτη, ὡς φασί, πεντήκοντα. Ex τούτου οἱ ἀπὸ τοῦ γένους αὐτοῦ καταγόμενοι βασιλεῖς Φαραῶν προσαγορεύονται. Et Africanus: Ἐπαυθεῖσαν δὲ, uxorem videlicet Abrahæ, ἡγάγετο Φαραῶ. Οὕτω γὰρ Αἰγύπτιοι τοὺς βασιλεῖς ὀνομάζουσιν ἐρμηνεύουσιν. Expressius Hieronymus lib. ix *Comment. in Ezechielem*: *Ceterum illud vel maxime requirendum est, utrum ipse sit Pharaos, qui in Exodo, et Isaia, et Jeremia et Ezechiele, et in Canticis cantic. nominatur, an alius atque alius; videtur mihi non esse unus. Sed apud Ægyptios hoc vocabulo demonstrari regiam dignitatem, sicut et apud Romanos Cæsares et Augusti appellantur eorum imperatores a primo Caio Cæsare, et a filio ejus adoptivo Octaviano, qui postea Augustus est nominatus; quemadmodum etiam apud Syros Antiochi, apud Parthos Arsacidæ, apud Philistiam Abimelec, et post Alexandrum in Ægypto reges dicebantur Ptolemæi usque ad Cleopatram, qua victa apud Actium Ægyptus Romana est facta provincia. Ergo in presentiarum adversus unum quemlibet regem Ægypti sermo fit Domini.* Appellationis hujus causam illa

33

expressit Joannes Antiochenus, in *Archæologia*: Φαραώ τινος βασιλέως Αιγύπτου πολλούς τῶν προσοίκων καταγωνισαμένου, καὶ τοὺς ληστρικοὺς ἄνδρας μεταβῆθμισαντος πρὸς τὸ φιλόνηρωπον, καὶ οἱ λοιποὶ βασιλεῖς Αἰγύπτου εἰς τιμὴν ἐκείνου Φαραώ ἐκαλοῦντο. Vide item Josephum lib. xviii *Antiquitatum*, qui multa de nomine Pharaonis adnotavit, quamvis quibusdam incompta, falsaque, et jure merito, visa sint. Alii dixerunt Pharaones dictos quasi Pharaones, a Pharo insula e regione Alexandriæ olim Carpathos dicta, ubi regnavit Proteus; sed hæc opinio sua inanitate per se ruit.

Col. 768, lin. 43. *Γυναῖκα ὀνόματι*. Thamar filiam fuisse Melchisedech sacerdotis nonnulli existimant, quod Judas in scortatione deprehensam, ut inferius comburi jussisset, non lapidari. Lex enim fuit apud Hebræos, quam postea Moyses repetivit, ut filia sacerdotis scortata combureretur, cæteræ lapidarentur, Levit. xx et xxi. Sed de Thamar ejusque gente, conditione et moribus accurate Philo, lib. *De nobilitate*: Ταύτην εὐγένειαν οὐ μόνον θεοφιλεῖς ἄνδρες, ἀλλὰ καὶ γυναῖκες ἐζήλωσαν, ἀπομαθοῦσαι μὲν ἀμαθίαν τὴν σύντροφον περὶ τιμῆς τῶν χειροκμήτων, παιδευθεῖσαι δὲ περὶ μοναρχίας ἐπιστήμην, ἣ μοναρχεῖται ὁ κόσμος. Θάμαρ ἦν τῶν ἀπὸ τῆς Παλαιστίνης Συρίας γύναιον ἐν οἰκείᾳ πόλει τραφὲν πολυθῆψι, γεμούσῃ ξοάνων, καὶ ἀγαλμάτων, καὶ συνόλως ἀφιδρυμάτων. Ἄλλ' ἐπειδὴ καθάπερ ἐκ σκότους βαθέος ἐδυνήθη βραχεῖαν αὐτὴν ἀληθείας ἐνιδεῖν θανάτῳ κινδύνου, πρὸς εὐσέθειαν ἠτομώλησεν, ὀλίγα φροντίσασα τοῦ ζῆν, εἰ μὴ μέλλοι καλῶς ζῆν. Τὸ δὲ καλῶς ἀνεφέρην ἐπ' οὐδὲν ἕτερον ἢ ἐπὶ τὴν θεραπείαν καὶ ἰκεσίαν τοῦ ἐνδὸς αἰτίου. Καίτοι δυσὴν ἀδελφοῖς ἀμφοτέροις πονηροῖς ἐν μέρει γημμένη, κουριδίῳ μὲν τῷ προτέρῳ, τῷ δ' ὕστερον καὶ ἔχοντι ἐπιδικασίας νόμῳ, γενεὰν τοῦ προτέρου μὴ καταλιπόντος, ἀλλ' ὁμως, ἀκηλδῶτον διαφυλάξασα τὸν ἑαυτῆς βίον, ἴσχυσε καὶ προσσχοῦσης τοῖς ἀγαθοῖς εὐφημίας ἐπιλαχεῖν, καὶ τοῖς μεθ' αὐτὴν ἅπασιν εὐγενείας ἀρχὴ γενέσθαι. Ἄλλ' αὕτη μὲν εἰ καὶ ἀλλόφυλος, ἀλλ' οὖν γε ἐλευθέρα καὶ ἐξ ἐλευθέρων ἴσως, καὶ οὐκ ἀσήμεν.

Ibid. *Καὶ διὰ πορνείαν*. Quæ fuerit hæc malitia vel iniquitas Her, neque Scriptura expressit, nec certum aliquid statui potest ob varias auctorum sententias. Augustinus, lib. xxii *contra Faustum*, cap. 84, significat, peccatum ejus fuisse crudelitatis et sævitæ. Alii conjectarunt, fuisse peccatum contra naturam, quod admittebat, abutens uxore extra vas muliebri. Hebræorum traditio est, Thamar fuisse pulcherrimam feminam, eamque perditæ adamatam esse ab Her. Qui quo diutius illibata ejus pulchritudine frui posset, sciens per gravidationes et partus deflorescere decorem, et venustatem muliebrem, in congreduendo cum Thamar, effundebat semen extra vas illius, ne gravidari posset. Hæc secutus est Cajetanus, nec videtur ab ea abhorruisse Joannes Cassianus, collatione 8, cap. 11, de peccato Onam verba faciens, verisimile enim est

fuisse idem peccatum; tota hæc historia de nuptiis Thamar et scortatione Judæe proluxe narratur in *Testamento 12 patriarcharum*, cap. 3.

Ibid., lin. 50. *Ἐξέχεεν ἐπὶ τῆς*. Augustinus, lib. xxii *contra Faustum*, cap. 84, pejorem fuisse Her, quam Onam; illum fuisse malignum, et sævum, et peccasse nocendo; hunc peccasse, prodesset et juvare nolendo. Pererio oppositum probabilius videtur, cum Scriptura Her appellet nequam, Onam vero detestandum, quod rem detestabilem faceret, quod gravioris criminis nota est. Deinde Onam exemplo punitionis fraternæ noluit resipiscere, nec deterritus abstinuit, vel a simili, vel a majori peccato. Præterea Her peccavit inordinata libidine delectationis veneræ, Onam maligna invidia fraterni boni, ne primogenitus suus assignaretur fratri suo.

Col. 769, lin. 12. *Ὁς δ' ἀποστέλλας*. Historiæ hujus perelegantem allegoriam habes apud Philonem, lib. *Περὶ φηγάδων*, quem vide.

Ibid., lin. 35. *Τῆς ἀρχάντου Μαρίας*. Insulsissimi Mahumetani Mariam sanctissimam, et quæ Christum Deum peperit, sororem Moysis et Aaronis faciunt. Euthymius, in *Panoplia*: Καὶ ὅτι ὁ Ἄγγελος τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ, κτιστὰ ὄντα, εἰσῆλθεν εἰς Μαρίαν τὴν ἀδελφὴν Μωσέως καὶ Ἀαρῶν, καὶ ἐγέννησεν αὐτὴ διὰ σπέρματος Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν, προφήτην, καὶ δούλον γεγονότα τοῦ Θεοῦ. Et in ordine qui servatur super iis qui a Saracenis ad Christianorum fidem se convertunt: Ἀναθεματίζω τὴν τοῦ Μωάμεδ φουαρίαν τὴν λέγουσαν, ὅτι ὁ Κύριος καὶ Θεὸς Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ἀπὸ Μαρίας τῆς ἀδελφῆς τοῦ Μωσέως καὶ Ἀαρῶν ἐγεννήθη ἀνευ σπορᾶς ἐκ τοῦ Λόγου τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος. Quis hanc ἀνιστορησίαν somniasset, nisi Moameth, et pater ejus diabolus? Spatium bis mille annorum inter Mariam sororem Moysis, et Mariam quæ Christum peperit, intercessit. Nec minus reprehendendus est Fridericus Sylburgius, qui notis in Saracenicis, de adoratione imaginum male sentiens negat adorationem deberi beatæ Mariæ virgini, idque locis quibusdam sancti Epiphanii male ab ipso intellectis. Is enim uti Calvinianæ sectæ addictus sparsim in illis notis latenter et subdole venenum effundit, sicut et superius de sacramento Eucharistiæ egerat et in ipso lumine cæcutire, et palam mendacii posse convinci non veretur; at dum venena spargat, quæ inficiant, parum illi curæ est, si suam in scriptoribus intelligendis inscitiam patefaciat. Vide ipsum p. 136 et 158. Quod si non est invertere, transversosque agere Patres et eorum sententias, quid erit? Hæc ideo adnotavi ut notas illas caute lector percurrat.

Ibid. *Τῆς ἀρχάντου*. Quæ tota pulchra est, nec ullam admittit omnino maculam. In eam humiles et devoti, hæc quamvis incompta, affectu tamen plena cecinimus. Quæ tibi, lector, φιλοπαθῆναι non ingrata fore existimamus.

I.

Κρουνοὺς μὲν κοθ' ἔηκε πυρὸς κατ' Ὀλύμπιον
 [ἔδραν
 Αἴτην, αἰθερίους ἔρρεε καὶ θαλάμους.
 Φλόξ δὲ κυλινδομένη καταβόσκειτο, ὄσσα τ' ἐν
 [ἀγροῖς
 Γαῖα φέρει, δεινροῖς ὄσσα τε τηλεθάει,
 Καὶ πυρὸς ἦεν ἔδρασμα. Λέων φύγε. Φεύγε ποτητὰ
 Φῶς φεύγων χυροῦ κήδετο καὶ βιότου.
 Εἰς δὲ τις οἶος θείρε φίλον βάρος οἶα τοκῆα,
 Ἥδ' ἐσάωσε μόνου φλέγμασι θνητῶν.
 Θαυμα τὸδ' εὐσεβίης γενέτην παῖς ἄρνυτο, καῖδα
 Σῶζε γοεύς, πυρὸς δ' εἰκαθερ λεμένους.
 Πειράτα πᾶσιν ἔκειτο μόνου, καὶ μοῖρα κραταῖη,
 Οὐδ' ἄλλη χθονίους, οὐδ' ἄλλη τις ἔην
 Ἄντ' ἀλιτροφροσύνης, σὺ δ' ἐκυλινσο κόμπον
 [ἔλεθρον,
 Ὅστε πάρος, Μαρτῆ, αἰσχρὰ λέπυθρα χάους.
 Κυσσαμένη δ' ἔτεκες βαρυνήμορος ἔνδοθι κό-
 [σμον
 Σὺν γενέτην, τῷ πῦρ οὐ σε δάμασσε μόνου.

II.

Τρινακρὶς τετάρυστο μέσοις ἐνὶ κεύθεσι γαίης
 Σήραξ, ἣ καλλίων θωύτων ἔσκαε ὕδωρ.
 Ἄμβρατὸς ἡμερίοισι, καὶ οἷς μένος ἀψέσιν ἔρπει.
 Καὶ ἐν μηδὲν ἔβη τῷ πεπέδηγτο θύραι
 Αἰῶνος, καὶ κηρὸς ἐπιπίτιος ὤρεγε κῆρα
 Κλυτομένοις, αἰὼν ἐπλετο γισσομένοις.
 Οὐποτε ἠσύχιος πόδις εὐνάσε κεκμηκῖα
 Παρθένος, ἀσπεργὲς δ' εὐαγέας ὠρθοβάτει.
 Μούνη μὴ κλυθείσα λυγρὰς κακίαις τοκῆων
 Οὐδ' ἰδίαις γῆ καὶ δεσμὸν ἄλυξε μόνου.

III.

Πρώσσι ἀροτάτοις χίμαιρα Φασήλιδος αἴη,
 Ἐκθρόσκησι κάρη, καὶ πόλιν ἀμφικλέκει.
 Ἢ πυρὸς ἀεναίοι κατ' αἰθέρα διὰρ ἀλλὰται
 Οὐκεία στροφάλιγγ, οὐποτε δαμναμένη.
 Ὑδασι τὴν ἦψας, καὶ τηλυγέστερον αἰθεῖ
 Βρεχθείσ', ἐσθέσθη δ' ἀχθεῖ θλιβομένη.
 Ἄχθος ἀλιτροσύνης Μαρτῆ μάλα τῆλε λιάσθη,
 Οὐδ' ἐμίγηε Θεοῦ εἰκόνα ἀροτάτην.
 Νασμῷ δ' αὐ χαρίτων σέλας ἀβέετο, τὰς πόρε
 [κράντωρ
 Ἀθανάτως τ' ἐβίω κηρὸς ἀποτροπιῆ.

I.

Auit æthereas ignitis fluctibus oras
 Ætna olim : traxit flamma per astra globos.
 Ignis ab arboribus quidquid dependet, et una
 Pascebat, quidquid Dædala fundit humus.
 Vos trepidæ fugistis aves, fugere leones,
 Et fugit nummis et sibi quisque pavens.
 Dulce patrem pondus, sed tantum sustulit unus,
 Ignibus eluctans eripuitque neci.
 Servabat senior, miræ pietatis imago,
 Tunc natum, et patrem natus ab exitio.
 Flammæ illis cessere viam. Mors omnibus æque
 Et fatum instabat, non erat ulla salus.
 Sic scelerum meruere notæ. Tu robora mortis
 Frangis, ut horrendi turpia vincla Chaos.
 Namque tuum tristi genitorem regia mundo,
 Virgo serens, diræ mortis ab igne vacas.

II.

Trinacrio quondam vastus telluris hiatus
 Littore erat, Paticum qua refluxat aqua :
 Huc homini penetrare cæcum, membrisque valenti,
 Audebant aditu nil prohibere fores.
 Causa necis vitæque ibidem; nam stare salubre,
 At lethale fuit ponere corpus humi.
 Lassatum fulcire latus, gressusque quieti
 Tradere non unquam mos tibi, Virgo, fuit.
 Sola igitur culpis non inclinata parentum,
 Nec propriis, mortis vincula dura fugis.

A

Terris Phasi tuis sublimes verberat auras,
 Flammigeri lambens astra, Chimæra, poli.
 Illic æternum volitans per inane fluentum
 Ignitum, nullo tempore comprimitur.
 Quin susis augetur aquis, ardeique subinde
 Splendidius, moritur pondere pressum alio.
 Absuit a sancta peccati tabida labes
 Virgine, nec divinam imbuunt effigiem.
 Imbribus assiduis donorum lucida adaucta
 Gratia, ut inमितem vicerit inde necem.

Reliqua hæc nostra una cum Sophronii Hierosoly-
 mitani, Sophronii monachi Iatrosophistæ, Eliæ Syn-
 celli, Michaelis Syncelli, Ignatii grammatici dia-
 conii, elegantissimis, piissimis et melitissimis car-
 minibus, in eadem Deiparam, aliosque sanctorum
 carminibus propediem edemus, si ita Deus annuerit.

B

Col. 772, lin. 10. Ζητητέον δὲ ἡμῖν. Vetust fuit
 dubitatio de Christi genealogia ab evangelistis tra-
 dita, quanam ratione quem Matthæus nominat Jacob
 parentem Joseph, Lucas appellet Heli; recentiores
 nonnulli, inter eos Benedictus Arias Montanus
 in Lucae cap. iii *Elucidationibus*, Heli eundem esse
 putant et Joachim dictum. Lucidus de emendatione
 temporum idem ait, subditque Joachim hunc fuisse
 patrem Virginis, socerum Josephi patremque ejus,
 quod. sicut habetur ex Philone generi loco filiorum
 haberentur. Africanus tamen apud Eusebium, *Hist.*
 lib. i, cap. 9, et Nicephorum lib. i, cap. 11, cui
 Hieronymus, aliique Patres astipulati sunt, eum
 ita determinavit, uterinos fuisse fratres Heli et

C

Jacob, et cum Heli absque prole discessisset, Jaco-
 bum illi semen suscitasse, et genuisse Josephum, cui
 natura filius erat, lege vero, Heli; et ita utriusque
 filius erat. Ματθάν ὁ ἀπὸ Σολομώντος ἐγέννησε τὸν
 Ἰακώβ. Ματθάν ἀποθανόντος, Μελχι ὁ ἀπὸ Νάθαν ἐκ
 τῆς αὐτῆς γυναικὸς ἐγέννησε τὸν Ἡλί. Ὁμομήτριοι
 ἄρα ἀδελφοὶ Ἡλί καὶ Ἰακώβ. Ἡλί ἀτέκνου ἀποθα-
 νόντος, ὁ Ἰακώβ ἀνέσττησεν αὐτῷ σπέρμα γεννήσας
 τὸν Ἰωσήφ, κατὰ φύσιν μὲν ἑαυτῷ, κατὰ νόμον δὲ τῷ
 Ἡλί. Οὕτως ἀμφοτέρων υἱὸς ἦν Ἰωσήφ. Huic item
 opinioni laudatissimus, et Christianæ reipublicæ
 auspiciatissimus Cæsar Baronius *Apparatu in An-
 nales ecclesiasticos* magis tribuit, quam alteri re-
 centiorum.

Ibid., lin. 31. Ἰακώβος τις. Quisnam sit hic
 D Jacobus, qui hæc de conceptione, nativitate, et re-
 bus gestis beatæ Mariæ Virginis conscripsit, adhuc
 hæsito, cum et apud alios videam controversum.
 Gesnerus in *Bibliotheca*, et Joannes Heroldus in
Orthodoxographis Jacobo apostolo fratri Domini
 cognomento Justo Hierosolymorum episcopo, cui
 et Epistola canonica uti genuinus fetus ascribitur,
 libellum hunc quem protevangeliū appellant a
 Gullelmo Postello in linguam Latinam versum, et
 cum scholiis Theodori Bibliandri ab Oporino ex-
 cussum tribuunt, præter omnem rationem. Baro-
 nius in *Apparatu in Annales eccles.*, Sixtus Senen-
 sis, et alii maximæ æstimationis viri inter apocry-
 phos rejiciunt multis rationibus, inter eas præcipua,
 quod absurdissimum illud contineat, Josephum cæ

Mariam stupri et sacrilegii accusatos ex decreto sacerdotum simul fuisse adactos ad bibendum poculum redargutionis quo Moyses explorari jussit innocentiam feminæ de adulterio suspectæ. Epiphanius monachus et presbyter libello de vita beatæ Mariæ virginis Jacobum hunc dicit fuisse Judæum, et iisdem cum Virgine temporibus vississe : ita enim de eo pronuntiat : ' Ἀλλὰ καὶ οἱ ἐπιχειρήσαντες καὶ μέρη τινὰ εἰπόντες οὐκ ὀρθοτομήσαντες ἀμφ' ἑαυτοῖς γεγονάσι κατήγοροι, οἷοι Ἰάκωβος Ἑβραῖος, καὶ Ἀφροδισιανὸς Πέρονης, καὶ ἄλλοι τινὲς, μόνον περὶ τῆς γενέσεως αὐτῆς εἰπόντες, εὐθέως ἐσιώπησαν. Περὶ δὲ τῆς κοιμήσεως αὐτῆς Ἰωάννης ὁ Θεσσαλονικεύς, πολυθρόλλητον ποιησάμενος λόγον, αὐτὸς ἑαυτὸν ἐπεσκίασε. Καὶ ἕτερος δὲ Ἰωάννης, αὐτὸν θεολόγον ἐπιχρώσας, τότε ψεύδους ἔγκλημα ἐφ' ἑαυτὸν ἐπασπάσατο. Ἀνδρέας δὲ ὁ ἐξ Ἱεροσολύμων, ἐπίσκοπος Κρήτης, ὀλίγα τινὰ εἰπὼν, καὶ ὀρθοτομήσας εἰς ἔγκωμιον τάξιν τὴν διήγησιν ἐστήσεν. Et, nonnullis interjectis : Ἀθανάσιος δὲ ὁ Ἀλεξανδρείας, καὶ Λέων ὁ Ῥώμης, εἰπόντες περὶ αὐτῆς, ὅτι ἐπιθυμίαν ἀνδρὸς ἠγνόησε, καὶ αἱ ἅγαι πᾶσαι σύνοδοι ὀρθόδοξοι τὸ αὐτὸ ἐπιμαρτυροῦσιν. Οἷον Ἰάκωβος Ἑβραῖος, τότε παρὼν, καὶ τὰ περὶ αὐτὴν γράψας, λέγει, ὅτι, διὰ τὸ γενέσθαι ξένον καὶ παρηλλαγμένον κατὰ πάντα τὸν τοκετὸν, ψηλαφισθεῖσα ὑπὸ τῆς μαίας, εὐρέθη παρθένος, ὡς πρὸ τοῦ τόκου· καὶ Ῥουβὴν δὲ ὁ ἱερεὺς τοῦτο ἐπεξεργασάμενος διὰ τῆς Μαρίας ἐπληροφορήθη. Quidquid tamen sit, illud verissimum est, scriptum hoc esse antiquum, et circumcirca apostolorum tempora conscriptum. Nec dubium, in hoc, sicut et in multis aliis accidit, ab hæreticis multa fuisse inserta astruendæ propriæ hæreseos causa, veritatisque catholicæ destruedæ. Ideoque ejus lectio nec omnibus permit-tenda, et quicumque legerint, attentè illud percurrent, ne quæ hæretici absurda, et contra divinas Litteras clam, doloseque disseminant, ipsi tanquam vera hauriant et genuina, de quibus caute satis et Georgius Syncellus : Ταῦτα μὲν ἐκ τοῦ πρώτου βιβλίου Ἐνώχ περὶ τῶν ἐργηγῶρων, εἰ καὶ μὴ τελείως χρῆ προσέχειν ἀποκρύφους, μάλιστα τοὺς ἀπλουστέ- ρους, διὰ τε τὸ χρυπτά τινα καὶ ἀτριβῆ τῆς ἐκκλη- σιαστικῆς παραδόσεως ἔχειν, καὶ διὰ τὸ νενοθεῦσθαι αὐτὰ ὑπὸ Ἰουδαίων καὶ αἰρετικῶν. Πλὴν καὶ ὁ μακά- ρος Παῦλος σπανίως ἐχρήσατό τισιν ἐξ ἀποκρύφων χρήσασιν, ὡς ὅταν φησὶν ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους πρώτῃ Ἐπιστολῇ τὰ « Ὀφθαλμοὺς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, » καὶ τὰ ἐξῆς Ἥλια ἀποκρύφων. Καὶ πάλιν ἐν τῇ πρὸς Γαλάτας ἐκ τῆς Μωϋσέως ἀποκαλύψεως· Ὅυτε περιτομή τί ἐστὶν οὔτε ἀκροβυστία, ἀλλὰ καινὴ κτίσις. » Καὶ ἐν τῇ πρὸς Ἐφεσίους ἐκ τῶν Ἱερεμίου λεγομένων ἀπο- κρύφων, « Ἐγείραι, ὁ καθεῦδων, καὶ ἀνάστα ἐκ νε- κρῶν, καὶ ἐπιφαύσει σοὶ ὁ Χριστός. » Ταῦτα δὲ ἡμῖν ἐῖρηται οὐ πρὸς ἄδειαν τῶν βουλομένων ἀδιαφόρως ἐντυγχάνειν· μὴ ἔβνοιτο! Πολλοὶ γὰρ ἐβλάθθησαν ἐν πᾶσιν αὐτοῖς πιστεύοντες· ὅθεν καὶ ἡ ἅγια τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία, καὶ ὁ χορὸς τῶν θεοφόρων ἡμῶν Πατέ-

ρων ἐκάλυπεν ἐντυγχάνειν αὐτοῖς ὡσπερ τῇ θείᾳ λοιπῇ Γραφῇ. Καὶ ἡμεῖς τὰς περιγραφείσας χρήσεις ὑπὲρ τοῦ δεῖξαι μόνον τὴν τῶν ἐργηγῶρων παράδα- σιν, καὶ τὴν τῶν γιγάντων ἀσέβειαν, περὶ ἧς καὶ ὁ θεὸς Μωϋσῆς μὲνῃται, καὶ ὅτι δι' αὐτοῦς ὁ κοσμο- κδὸς γέγονε κατακλυσμὸς παρεθέμεθα. Bene itaque actum cum hoc auctore, cum Eustathius omissis, et detruncatis iis, quæ fucum facere possent, utilia tantum decerpit devoto lectori, Virginisque studio non incommoda; quin tanti Patris auctoritas pondus illi, et auctoritatem addit, præcipue cum nihil sit ex iis, quæ hic referuntur, quod vel Ecclesiæ vel ejus auctoritati contrarium sit, imo testi- moniis dictisque aliorum Patrum et historico- rum omnia sint consentanea. Eoque libentius in hanc ducor sententiam, cum videam non laudari a nostro Eustathio tanquam opus Jacobi apostoli, sed alterius cujusdam, quod clarissime significatur additione illa τις, Ἰάκωβός τις, *Jacobus quidam*. Quod si existimasset esse apostoli, nunquam siluis- set; et, quod non est minoris momenti, Gregorius Nysenus de nativitate Virginis tractans, ex hoc libello multa mutuatus esse videtur tacito auctoris nomine, etsi inter apocrypha rejiciat; ejus verba habentur apud Symeonem Metaphrastem *De nativitate et educatione beatæ Mariæ Virginis*: Αὐτίκα γοῦν ὁ θεὸς Γρηγόριος ἐν τῷ λόγῳ, ὅς εἰς τὴν Χριστοῦ γέννησιν αὐτῆς συνετάχθη τοιάδε περὶ ταύ- τῆς διαλαμβάνει· Ἥκουσα, λέγων, ἀποκρύφου τινὸς ἱστορίας τοιαῦτα παρατιθεμένης τὰ περὶ αὐτῆς διηγή- ματα· Ἐπίσημος ἦν. etc. Quæ pessime ita reddidit in- terpres: *Audivi arcanam, et occultam quamdam histo- riam tales de ea prodentem narrationes*, nec enivi ἀπό- κρυφος in historiis, arcana, et occulta historia est. Puto hunc esse Jacobum cujus meminit Ori- genes hom. 15 in *Matthæum*.

Col. 772, lin. 31. *Ἐν ταῖς φυλαῖς*. De hoc vide Joannem Damascenum, *De fide orthod.* lib. iv, capit. 15; Epiphanium, hæres. 78, adversus Antidicomarianitas; et hæres. 9, adversus Collyridianos.

Ibid., lin. 32. *Ἀνδρα πλούσιον*. Joachim Patrem Virginis et divitem, et sobolis expertem maximo cum dolore ad Deum confugisse ita narrat Gregorius Nysenus, oratione d., *Ἐπίσημος ἦν ἐν τῇ κατὰ νόμον ἀκρι- βεῖ πολιτεῖα, καὶ γνώριμος ἐν τοῖς καλλίστοις ὁ τῆς Παρ- θένου πατήρ, ἀπαις δὲ κατεγήρα τὸν βίον, ὅτι αὐτῷ πρὸς τεκνογονίαν οὐκ ἐπιτηδείως εἶχεν ἡ σύνοικος. Ἦν δὲ τις ἐκ τοῦ νόμου τιμὴ ταῖς μητράσιν, ἧς οὐ μετεῖχον οἱ ἄγονοι. Μιμνῆται τοίνυν καὶ αὐτὴ τὰ περὶ τῆς μητρὸς τοῦ Σαμουὴλ διηγήματα, καὶ ἐν τῆς τοῦ ναοῦ ἁγίων γινομένη, ἰκέτης γίνεται τοῦ Θεοῦ μὴ ἔξω πεσεῖν τῆς ἐκ τῶν νόμων εὐλογίας, ἐξαμαρτά- νουσα περὶ τὸν νόμον οὐδέν· γενέσθαι δὲ μήτηρ καὶ ἀφιερῶσαι Θεῷ τὸ τιμωμένον. Vide Epiphanium *De laudibus beatæ Mariæ Virginis*, Audream Cæsa- riensem, Germanum, et alios.*

Col. 773, lin. 13. *Καὶ γινούς τὴν γυναικα*. Ex his refellitur Collyridianorum error, qui Dei Geni-

tricem Mariam humanæ naturæ prorsus expertem, A Ita Origenes *super Matthæum*, cap. 13; Epiphanius ac divinæ tantum participem fuisse dicebant, cum ex hoc habeamus, Joachim cum Anna concubitu, indeque generatum et ortam Virginem. Certe illud angeli dictum Joachim in deserto, *uxor tua concepit*, antequam domum veniret, in narratione ista non legitur, imo satis aperte oppositum colligitur. Ex quo manifestum est ab hæreticis libri depravatum tempore Epiphani, qui forsitan Eustathii tempore incorruptus et intactus adhuc fuerat reservatus.

Col. 775, lin. 14. *Καὶ ὀνομάζει*. Gregorius Nysse-
nus: *Δυναμωθείσα δὲ Πνεύματι θεῷ πρὸς τὴν χάριν ἦν ἤτησεν, ἐπεὶ ἔτεκεν παιδίον, ὀνόμασεν αὐτὴν Μαρίας, ὡς ἂν καὶ διὰ τῆς ἐπιωνυμίας τὸ θεόδοτον διασημανθείη τῆς χάριτος. Ἄνδρουθείσαν δὲ ἤδη B τὴν κόρην, ὡς μηκέτι δεῖσθαι προσανέχειν τῇ θηλῇ, ἀποδοῦναι τῷ Θεῷ, καὶ πληρῶσαι τὴν ἐπαγγελίαν, καὶ προσαγαγεῖν τῷ νεῷ. Hippolytus martyr apud Nicephorum, l. 11, cap. 3: *Tres fuere sorores Bethlehemiticæ, filię Matan sacerdotis, et Mariæ conjugis ejus, sub Cleopatrar, et Casoparis Persæ regno, ante Herodis Antipatri filii regnum. Primæ Mariæ, secundæ Sobe, tertiæ Annæ nomen erat: nupsit prima in Bethlehem Maria, et peperit Salomem obstetricem: nupsit quoque secunda ibidem in Bethlehein Sobe, et genuit Elisabeth, nupsit postremo et tertia Anna in terra Galilæa, et protulit Mariam Dei genitricem, ex qua nobis natus est Christus.* Quibus refellit Baronius eorum sententiam qui dixerunt S. Annam tertio nuptam, et singulas ex singulis viris genuisse filias, et eorum qui conati sunt asserere, ex eodem viro Joachim tres peperisse filias.*

Ibid., lin. 16. *Γενομένης δὲ αὐτῆς*. Evodius episcopus Antiochenus apud Nicephorum, lib. 11, cap. 3: *Trimula cum esset in templum præsentata, ibi in Sanctis sanctorum traduxit annos undecim, deinde vero sacerdotum manibus Joseph ad custodiam est tradita, apud quem cum menses peregisset quatuor, ab angelo lætum illud accepit nuntium. Peperit autem illius mundi Lucem, annum agens quindecimum, vicesima quinta die mensis Decembris.* Trimulam Deo oblatam Virginem præter Eustathium, et Evodium, idem sentiunt Gregorius *De Christi nativitate*, Joannes Damascenus *De fide orthodoxa*, D capit. 13, Andreas Cretensis sermone *De Deipara*, Germanus sermone *De Præsentatione*, Georgius Nicomediensis *De Præsentatione*, Cedrenus in *Compendio Historiæ* et alii. Observandum et illud, beat. Virginem ex nostro Eustathio multo juniorem Christum peperisse, quam voluerit Evodius et alii, de quibus hic agere non est præsentis negotii.

Ibid., lin. 22. *Τοῦ λαοῦ τοῦς*. Josephus sanctissimæ Virginis sponsus bigamusne fuerit, an cælebs, antiqua est in Ecclesia catholica quæstio, ad hanc usque diem variis in utramque partem Patrum testimoniis agitata. Celebris apud Græcos, nec non Latinorum nonnullos fuit opinio eum fuisse bigamum, et aliam ante Virginem habuisse uxorem.

Ita Origenes *super Matthæum*, cap. 13; Epiphanius *adversus Antidicomarianitas*; Eusebius lib. 11 *Eccles. histor.*, cap. 4; Nicephorus, lib. 11, cap. 3, ubi etiam refert Hippolytum ejusdem sententiæ auctorem; Gregorius Nysseus, *De resurrect. Christi* homil. 2; Euthymius in *Matthæi cap. 11*; Œcumenius *super Ep. ad Gal.* cap. 1; Theophyl. *super Matthæum*, cap. 111, et repetit c. xxvii; Hilarius *comment. in Matth.*, can. 4; Ambrosius in *Epist. ad Galat.* cap. 1, et Cajetanus, *ibidem*. Oppositum sensere Hieronymus *adversus Helvidium*, Augustinus, serm. 14 in *Nativitate Domini*, Beda *super cap. vi Marci*, et alii recentiores qui secundam sententiam, tanquam magis probabilem et receptam defendunt. Non est tamen silenda temeritas et impudentia in sanctos Patres Gerardi Vossii (quid enim id facinus libertatem appellem), qui primam assertionem ausus sit vocare, non satis piam nec orthodoxam, portentosam, impudentiusculam, ac minus cautam, prout humana interdum fert fragilitas, quod præstantissimi, ac doctissimi viri quandoque dormitant, fuisse sic dictam, vel scriptam. Ideoque sermonem in Annuntiationem sanctissimæ Dei Genitricis Mariæ qui incipit: *Πάλιν χαρᾶς εὐαγγέλια, πάλιν ἐλευθερίας μηνύματα*, sæpius sub Joannis Chrysostomi nomine evulgatum, et a Lipomanno, Davide Hoeschelio, et aliis, ipse propter hanc opinionem de Josepho, et re uxoria ipsius ante acta tanquam indignam Chrysostomo, Gregorio Thaumaturgo ascribit. Considera, lector, mentem hominis aversam, perversam. Assertionem, quam dignam censet tot ac tantis Patribus Græcis et Latinis, indignam vocat Chrysostomo. Si hoc asserere non est orthodoxum, sed parum pium, portentosum, impudentiusculum, ac minus cautum in Chrysostomo, quomodo pium, orthodoxum, prudens, cautum, ac minime portentosum in Gregorio? ego, ne in tot Patres injurius esse viderer, redderem Vossio verba sua; sed quid? ita nunc mos viget; ita nunc servitium est, profecto modus haberi non potest.

Ibid., lin. 53. *Καὶ ὁ ἀρχιερεὺς*. Gregorius Nysseus: *Τοὺς δὲ ἱερεῖς τέως μὲν καθ' ὁμοίότητα τοῦ Σαμουὴλ ἐν τοῖς ἁγίοις ἀνατρέφειν τὴν παῖδα: αὐξηθείσης δὲ, βουλήν ἀγαγεῖν, ὅ τι ποιήσαντες τὸ ἱερὸν ἐκεῖνο σῶμα, οὐκ ἂν εἰς τὸν Θεὸν ἐξαρτοῖεν. Τὸ μὲν γὰρ ὑποζεύξαι τῷ νόμῳ τῆς φύσεως, καὶ καταδουλώσαι αὐτὴν διὰ τοῦ γάμου τῷ ἀγομένῳ τῶν ἀτοπωτάτων ἐδόκει. Ἰερουσαλία γὰρ ἀντικρως ἐνομισθη θελοῦ ἀναθήματος ἀνθρώπων γενέσθαι κύριον. Ἐπειδὴ κυριεύειν ἐκ τῶν νόμων ὁ ἀνὴρ ἐτάχθη τῆς γυναικός. Τὸ δὲ τοῖς ἱερεῦσιν ἐντὸς τῶν ἀνακτόρων συναστρέφεται γυναῖκας, καὶ ἐν τοῖς ἁγίοις ὁρᾶσθαι οὕτε νόμιμον ἦν, καὶ ἅμα τῷ πράγματι τῷ σεμνὸν οὐ προσῆν. Βουλευομένοις δὲ αὐτοῖς περὶ τούτων θεσθὲν γίνεται συμβουλή δοῦναι μὲν αὐτὴν ἀνδρὶ μνηστείας ὀνόματι τοῦτον δὲ τοιοῦτον εἶναι, ὅσον πρὸς φυλακὴν τῆς παρθενίας ἐπιτηδεύειν ἔχειν. Εὐρέθη τοίνυν ὁ Ἰωσήφ, ὅσον ἐπεζήτει: ὁ λόγος, ἐκ τῆς αὐτῆς φυλῆς τε καὶ*

πατριδς τῆ Παρθένω, καὶ μνηστεύει κατὰ συμβουλήν τῶν ἱερῶν ἑαυτῷ τὴν παῖδα. Ἡ δὲ συνάφεια μέχρι μνηστείας ἦν. Τότε μυσταγωγεῖται παρὰ τοῦ Γαβριὴλ ἡ Παρθένος. Non dissimilia habet Epiphanius *adversus Antidicomarianitas*, et alibi.

Col. 773, lin. 35. *Καὶ καταλιπών*. Alii rem hanc ita narrant. Desponsata Virgo parentibus redditur, qui eam domum reducant, et quæ ad futuras nuptias sunt necessaria præparent. Erant sponsalia ejusmodi apud Hebræos, non minoris momenti quam ipsæ nuptiæ, ut auctor est Philo, si quidem in salemni amicorum conventu mariti uxorisque nomina scribebantur in tabulis, et si quid sponsa in domo paternâ manens deliquisset, æque plectebatur, ac nupta; ut lapidibus obrueretur, si adulterii rea inventa esset. Mariam autem nuntium ab angelo suscepisse, dum adhuc maneret in domo paternâ.

Col. 776, lin. 3. *Ἐρ οἷς καὶ τόν*. Similia de causa necis Zachariæ leguntur apud Petrum episcopum Alexandrinum et martyrem in suis *Regulis ecclesiasticis*, quas recepit atque probavit sexta synodus, cap. 4, apud Theodorum Balsamonem.

Ibid., lin. 31. *Ὁὐκ εἶδον, ἐλ μὴ τὸ αὐτῷ*. Tertullianus, in *Scorpiaco*, cap. 8 : *Zacharias intra altare et ædem trucidatur, perennes cruoris sui maculas silicibus assignans*; et Baronius scribit, se aliquando incidisse in antiquum codicem manu scriptum positum in bibliotheca Vaticana *De peregrinatione ad loca sancta*: in quo eadem de Zachariæ sanguine lapidibus templi indelebili nota inhærente, cæpta fide consignata erant. Itinerarium item Burdgalense : *In marmore ante aram sanguinem Zachariæ, ibi dicas hodie fuscum, etiam parent vestigia militum, qui eum trucidarunt in totam aream utpote in cera fixum esse*. Hippolytus Thebanus in *Chronico* aliter de morte Zachariæ; ait enim eum, dum sacris operaretur de more lapidibus jactis trucidatum fuisse, corporeque raptato in valle Josaphat suspensum : *Ἐν γὰρ τῷ ἱερατεύειν αὐτὸν κατὰ τὸ εἰωθὸς αὐτῷ λιθοβολήσαντες αὐτὸν, καὶ κροταφήσαντες ἀπέκτειναν· καὶ σύραντες ἐκρέμασαν αὐτὸν εἰς τὴν κοιλάδα τοῦ Ἰωσαφάτ*. Hieronymus hoc simplicitati credentium potius tribuit, quam veritati historiæ in *Matthæi* xxiii : *Simpliciores fratres inter ruinas templi, et altaris, sive in portarum exitibus, qui Siloem ducunt, rubra sata monstrantes, Zachariæ sanguine putant esse polluta. Non condemnamus errorem, qui de odio Judæorum et fidei pietate descendit*.

Ibid., lin. 38. *Ἄλλη δὲ τις ἱστορία*. Cyrillus Alexandrinus, *adversus Anthropomorphitas*: *Ὁὗτος τοίνυν ὁ τῷ προφητικῷ Πνεύματι πρὸς τὴν τῶν χριστιανῶν γυνῶσιν χειραγωγούμενος, τὸ μυστήριον τῆς παρθενίας ἐπὶ τοῦ ἀφθόρου τόκου κατανοήσας, οὐ κατέκρινε τῷ ναῷ τοῦ τοῖς παρθένοις κατὰ τὸν νόμον ἀποκεκληρωμένου τόπου τὴν πάναγγον μητέρα· διδάσκων τοὺς Ἰουδαίους, ὅτι ὁ τῶν ὄλων δημιουργὸς καὶ βασιλεὺς πάσης κτίσεως ὑποχείριον ἔχει ἑαυτῷ μετὰ πάντων τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν, τῷ ἰδίῳ θελήματι πρὸς τὸ δοκοῦν ἄγων, οὐκ αὐτὸς ὑπὸ ταύτης*

Ibid., lin. 57. *Παρ' ᾧ τὰς ρομοθεσίας*. Crassus error Alexandri Polyhistoris, qui ait, apud Hebræos mulierem quamdam μωσῶ fuisse, quæ eam legem scripsit, qua Judæi utuntur, hoc est Moisaicam legem Judæorum non a Moyse, quem nullus vel de plebe minimus, qui quidem Judæos nosset, ignorare potuit, sed ab hac muliere dictam fuisse.

Ibid., lin. 40. *Ζητητέον δὲ οἱ ἑ*. Plura de hac controversia, et annorum supputatione eruditissime scribit Pererius in *cap. xv Genes.* in qua reliquas aliorum sententias examinando uti falsas et ad difficultatem loci illius explicandam parum idoneas refellit, et hanc nostri auctoris uti legitimam, veramque defendit, solidis rationibus, et sanctorum Patrum auctoritatibus adductis. Vide etiam Genebrardum, et Delrium in *cap. xv Genes.*

Col. 792, lin. 3. *Διὰ τοῦ Ἰορδάνου*. Divisionem maris Rubri quatuor rationibus dissimilem a divisione hac aquarum Jordanis tradit Cornelius a Lapide in *xiv cap. Exod.*: Primo in eo quod divisio maris facta est per Moysem extendentem in illud suam virgam; divisio vero Jordanis facta est per præsentiam arcæ Domini; secundo, in mari divi- sæ aquæ utrinque quasi muri constiterunt; in Jordane vero inferior pars defluxit in mare Mortuum,

A superior substitit, et intumuit, assidue aquis affluentibus; cum vero transissent Hebræi non subito, sed sensim detumuit, et defluxit, ne ripas et campos obrueret; tertio, in mari submersi sunt Ægyptii, nullus vero mersus est in Jordane; quarto, in mari Deus immisit ventum, ad fundum limosum siccandum, id vero non fecit in Jordane, quia ejus alveus est parvus, et arenosus.

Ibid., lin. 7. *Ἐπὶ τὴν Ἱεριχώ*. Josephus *Antiquit.* lib. IV, cap. 5: Πόλις δὲ ἐστὶν εὐδαίμων αὐτή, φοινικὰς τε φέρειν ἀγαθῆ, καὶ βάλαμον νεμομένη. Ejusdem topographiam habes apud eundem *De bello Jud.* I, v, c. 26; Brocardus monachus in *Descriptione Terræ sanctæ: Item a Galgala per unam leucam contra orientem est sita Jericho, civitas olim famosa, nunc autem habet octo domos, vix nomen villæ sortita.*

Ibid., lin. 14. *Καὶ πᾶσα τῷ Κυρίῳ*. Josephus, *Antiq.* lib. V, cap. 1: Ἄπειρον δὲ τι πλήθος ἐκ τῆς ἀλώσεως συναθροίζεται ἀργύρου τε καὶ χρυσοῦ, καὶ προσέτι χαλκοῦ, μηδενὸς παραβάντος τὰ δεδογμένα μηδ' εἰς ἴδιαν ὠφέλειαν αὐτὰ διαπεπραμένων. Καὶ ταῦτα μὲν Ἰησοῦς τοῖς ἱερεῦσιν εἰς τοὺς θησαυροὺς παραδίδωσι καταθέσθαι.

Ibid., lin. 15. *Τὴν πόλιν Οὐαί*. Fuse hæc omnia prosequitur Josephus, *Antiq.*, loco d.

Ibid., lin. 21. *Οἱ δὲ Γαβωρίται*. Eadem habet Josephus, latius tamen ea narrat.

Ibid., lin. 40. *Ὅργισθεις δὲ*. Eadem Josephus loco dicto.

Ibid., lin. 52. *Ἰνα δὲ τέλειον*. Josephus: Ἐνθα καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ συνεργίαν ἔμαθεν, ἐπιμήναντος αὐτοῦ βρονταῖς τε καὶ κεραυνῶν ἀφέσει, καὶ χαλάζης καταφορᾷ μείζονος τῆς συνήθους. Ἐτι γὰρ μὴν καὶ τὴν ἡμέραν αὐξήθηναί πλεον, ὡσάν μὴ καταλαβοῦσα νύξ ἐπισχεῖν τὴν τῶν Ἑβραίων προθυμίαν συνέπεσεν. Ὅστε καὶ λαμβάνει οὐκ βασιλέας Ἰησοῦς ἐν τινι κρυπτομένους σπηλαίῳ κατὰ Μακχιθά, καὶ κολάζει πάντας. Ὅτι δὲ τὸ μήκος τῆς ἡμέρας ἐπέδωκε τότε καὶ τοῦ συνήθους ἐπλεόνασε δηλοῦται διὰ τῶν ἀνακειμένων ἐν τῷ ἱερῷ γραμμάτων.

Ibid., lin. 54. *Στήσας τὸν ἥλιον*. Joannes Keplerus in introductione ad suam *Astronomiam novam*, ut probaret terram moveri, solem stare, dicit, quotidie nos multa loqui cum oculorum sensu, quæ certo scimus aliter se habere; et hunc modum loquendi etiam esse Christo, et divinæ Scripturæ familiarem; loquuntur enim cum hominibus humano modo, ut ab hominibus percipiantur, et utuntur iis quæ sunt apud homines in confesso, ad insinuanda alia sublimiora et divina, et exemplis sacræ Scripturæ demonstrare conatur; inter ea ita explicat hunc locum, ut potius contrarium esse quisque intelligat; concludit enim tunc terram stetisse, quæ perenni motu movebatur, non item solem. Verba ejus sunt: *Facile autem Deus ex Josue verbis, quæ is vellet, intellexit: præstititque inhibito motu terræ, ut illi stare videretur sol. Petitionis enim Josuæ summa huc redibat, ut hoc sic sibi videri posset,*

quidquid interim esset; quippe hoc videri vanum, et irritum non fuit, sed conjunctum cum effectu optato. Dura sane divinarum litterarum expositio, et distorta; quamvis enim sciamus, sæpissime eas, more hominum multa proferre, quæ aliter esse certa comperimus, tamen sententia semper firma figurarum ac schematum modos exponimus, sicque rebus esse conformatamprehendimus, at in contrarium sensum detorquere quis sanæ mentis audebit? Sol stat, id est, terra stat, quis id credet? Sannissima semper sanctorum Patrum expositio, quam sicut et in hoc, ita et in aliis summa veneratione amplectimur.

Col. 794, lin. 7. Ἀσὼρ δὲ ὁ βα. De his omnibus vide Josephum dicto loco; de divisione terræ Chanaan distincte omnia leguntur in sacris Litteris.

Ibid., lin. 43. Τῇ Ἀστάρτῃ. Astarte, vetustissimum Syriæ nomen fuisse notat Tertullianus, *Apolog.* cap. 24, *Unicuique etiam provinciarum et civitati suus deus est, ut Syriæ Astartes*. Artemidorus *Oneirocrit.* lib. 1, cap. 9, Ἰχθύας πάντες ἐσθλοῦσι πλὴν Σύρων τινῶν τῶν τῆν Ἀστάρτην σεβομένων. Constat ex Plutarcho Syros Syriam deam coluisse, cujus filia cum hæc crederetur, nihil mirum Syros eam coluisse. Phœnicibus et Sidoniis alii tribuunt. Achilles Tatius initio lib. 1: Ἐνταῦθα ἤκων ἐκ πολλοῦ χειμῶνος, Σώστρατε, ἔθυσον ἑμαυτῷ τῇ τῶν Φοινίκων καλοῦσιν αὐτὴν Ἀστάρτην οἱ Σιδώνιοι. Suidas: Ἀστάρτη ἢ παρ' Ἑλλήσιν Ἀφροδίτη λεγομένη, θεὸς Σιδωνίων. Joannes Xiphilinus oratione *De adoratione crucis*, Καὶ προσκυνήσασαν τῇ Ἀστάρτῃ, καὶ τῷ Χαμῶς, ὃ ἐστὶ Σιδωνίων βδέλυγμα. Augustinus asserit, lingua Punica, quæ ex Hebræa nata, Junonem sine dubitatione vocari Astartem, lib. vii, quæst. 16. Multæ Junones veteribus, sicut et Joves, et Veneres, inde factum, ut quarta Venus a Syris Astarte, seu Astartem Syriæ et Tyri filia vocaretur, testis Cicerone lib. iii *De nat. deor.* Quibusdam hæc Luna, seu Diana credita. Sunt qui putant eam esse, quæ in sacris Litteris et præcipue Judicium x, 6, Astaroth dicitur, et ubi IV Reg. xxxi, 43 legitur: *Quæ ædificaverat Salomon rex Israel Astaroth idolo Sidoniorum*, Septuaginta vertunt, ὃν ψυχόδομησε Σαλομὼν βασιλεὺς Ἰσραὴλ τῇ Ἀστάρτῃ, sic enim putant legendum, non Ἀσάλη. Et, I Reg. xxxi, 40: *Et posuerunt arma ejus in templo Astaroth*. Septuaginta, Καὶ ἀνέθηκαν τὰ σκευῆ αὐτοῦ εἰς τὸ Ἀσταρτεῖον, ubi Schol. εἰς τὸ ἱερὸν τῆς Ἀστάρτης. Sonat Phœnicum lingua *Greges*, μῆλα, et apud Hebræos eadem voce proferuntur, *Greges*, et *Astaroth*; quare David Kimhi, et Marinus Brixianus suspicantur idolum fuisse figura ovis, ita referente Joanne Pineda lib. vii *De rebus Salom.*, c. 11, num. 2. Græcis *Derceto* dici volunt, voce nimirum detorta a Syriaca *Adardaga*, qua illi piscem significabant. Quare Laurentius Ramiresius in *Pentecontarcho*, cap. 21, corrigit Macrobiū, lib. 1, cap. 21, *Apud quos Veneris Archilidis, et Adonis maxime*, etc. Ex Plinii lib. vi *Nat. hist.*, c. 25, *Syriis vero Magog*,

ubi prodigiosa *Adargartis* [emendat Ramiresius *Adargatis*] Græcis autem *Derceto* dicta colitur. Sannatque, ut ipse existimat, locum Petri Criniti lib. xiv *De honesta discip.*, cap. 8, *Syriorum dea Adargartis*, mutando in *Adargatis*. Quæ correctio quamvis acuta, nimis sane superstitiosa videtur. Sic enim textus omnes antiquorum essent invertendi, ut unum vel alterum emendarem, cum tamen nulla necessitas urgeat. Demus enim apud Syrios *Adardaga* dici piscem, ideone et hanc deam ita nuncupatam affirmabimus, nulla litera, nulla syllaba immutata? Sed esto ita; idem et apud Græcos, sive etiam Romanos ipsos ita debere pronuntiari evincemur? Verba dura ac aspera emolliunt Græci, Romanique, et barbarica illa in meliorem frugem reducunt, politioribusque, ut ipsi politissimis sunt moribus, vestimentis induunt, accentu scilicet, sono, pronuntiatione, numeris. Quid mirum si Syrorum *Adardaga*, in *Atargatim* abierit, præsertim ita scribente Plinio loco dicto, et ante eum Strabone lib. xvi, ex quo sua habuit Plinius: Ὑπέρκειται δὲ τοῦ ποταμοῦ σχολίνους τέτταρας διέχουσα ἡ Βαμύουχη, ἣν καὶ Ἐδεσσα, καὶ ἱερὸν πόλιν καλοῦσιν, ἐν ἣ τριμῶσι τὸν Συρίαν θεὸν τῆν Ἀταργάτιν, nec dissimili ratione nomen etiam ipsi ex Syriaco deflectunt; ex *Adardaga* namque *Atargatim* faciunt, meliori sono atque formatione. Nec alia ratione voluisse, vel potuisse scribere *Crinitum*, et alios, qui in illo capite laudantur, vel ex eo solo manifestum est, quod Strabonis locum, quem supra scripsimus, dum illa scriberent, haberint præ oculis; ibi enim *Atargatis* legitur. En singulare de hac mutatione Strabonis testimonium in fine dicti libri, Αἱ δὲ τῶν ὀνομάτων μεταπτώσεις, καὶ μάλιστα τῶν βαρβαρικῶν πολλαί, καθάπερ τὸν Δαριήτην Δαρεῖον ἐκάλεσαν, τὴν δὲ Πάρζιλιν Παρυσάτιν, Ἀταργάτην δὲ (lego Ἀταργάτιν, vel Ἀταργάτιν, ut superior ipse scripserat, nisi velis Ἀταργάτην) τὴν Ἀθάραν, Δερκετὸν δὲ αὐτὴν Κτησίαν καλεῖ. Astartes item meminere Ælianus, Cicero *De natur. deor.*, Tertullianus in *Apolog.* cap. 24, Josephus *contra Appionem*, Eusebius *De præparatione evangel.* lib. 1, cap. 2. Epiphanius ex aliorum opinione prodit patrem Melchisedech dictum fuisse *Heraclam*, matrem vero *Astaroth*.

Ibid., lin. 45. Ὡς ἐπὶ πολύκατα. In malis et calamitatibus ad Deum cœlestesque auxilii causa confuginus, hocque solemne est omnibus. Virgilius *Æneid.* lib. 1:

*Interea ad templum non æquæ Palladis ibant
Crinibus Iliades passis, pepulumque ferebant,
Suppliciter tristes, et tunc pectora palmis.*

Et lib. 11:

*Nec non ad templum, summasque ad Palladis arces
Subvelitur magna matrum regina caterva
Dona ferens, juxtaque comes Lavinia virgo
Causa mali tanti.*

Sallustius in *Conjurat. Catilinæ*: *Ad hoc mulieres, quibus pro magnitudine belli timor insolitus inceserat, afflictae sese, manus supplices ad cælum ten-*

dere, miserari parvos liberos, rogitare, omnia pavere, superbia atque deliciis omissis, sibi patriæque diffidere. Theophylactus Symocattus *Hist.*, lib. 1 : Τοιγαροῦν ἡμέρας κλινοῦσης, εἰνεῖτο τὸ κέντρον, καὶ ὁ φόβος ἐξίστιος ἦν, ὡς καὶ τοὺς ἱππομανοῦντας ὑπὸ τοῦ δέους ἀθρόον μεθάλλεσθαι πρὸς τὸ σῶφρον δίκην παίδων ἐν παιδιᾷ κύβων ἀρικομένου ἐξαπιναίως τοῦ παιδοτρίβου. Τότε παραπέτασμα τὸ πρὸ τοῦ γυμνασίου τῶν ἱππικῶν ἀγωνισμάτων, ὃ δὴ σύνθημα τῆς ἐλαρίας ἐτύγχανεν ἐν, περιαιρεῖται διὰ τὸν ἀδόκητον κίνδυνον. Ἄπαντάς τε συνέβαινε πρὸς τοὺς ἱεροὺς σηκοὺς ἐντραμενίεσθαι, ὀρθωδοῦντας τὸν θάνατον.

Concludam has notas pulche rima Lactantii sententia lib. II, c. 1 : *Nam tum maxime Deus ex ne-*

moriam, hominum elabitur, cum beneficiis ejus fruente, honorem dare divinæ indulgentiæ deberent. At vero si qua necessitas gravis presserit, tunc Deum recordantur : si belli terror infremuerit, si morbum pestifera vis incubuerit, si alimenta frugibus longa siccitas denegaverit, si sæva tempestas, si grando ingruerit : ad Deum confugiunt, a Deo petitur auxilium, Deus ut subveniat oratur : si quis in mari vento sæviente jaclatur, hunc invocat, si quis aliqua vi afflicatur, hunc protinus implorat : si quis ad extremam mendicandi necessitatem deductus, victum precibus exposcit, Deum solum obtestatur, et per ejus divinum atque unicum numen hominum sibi misericordiam quærit. Nunquam igitur Dei meminere, nisi dum in malis sunt.

ANNO DOMINI CCCXXXVIII-LXXXVIII.

TITUS BOSTRENSIS EPISCOPUS.

NOTITIA

(GALLAND., *Bibliotheca vet. Patr.*, t. V, p. xxvi, et p. 269.)

I. Titus Bostræ in Arabia Ecclesiam regebat, quo tempore imperator renuntiatus est Juliano. Rerum potitus ille apostata, cum Ecclesiarum præsules potissimum ex urbibus ejiciendos curaret, Bostrenos etiam malis artibus hortatus est, ut Titum episcopum tanquam civium delatorem expellerent clamante præcone. Rem narrat Sozomenus (a), edisseritque Baronius (b). Exstat etiamnum hæc Juliani epistola Bostrenis inscripta (c), in qua verba nonnulla refert quibus usus erat noster præsul Bostrensis in libello ad ipsum Julianum misso, unde postmodum imperator eidem calumniam struxit. Porro extincto Juliano, ad synodum Antiochenam se contulit anno 363 a Meletio coactam, eujus etiam synodica, ad Jovianum imperatorem oblata subscripsit; ejusque nomen inter aliorum episcoporum subscriptiones comparet apud Socratem (d). *Moritur autem sub Valente*, inquit Hieronymus (e); id est, saltem ante annum 378. De titulo *Sancti* quo perinde ac Irenæus Lugdunensis, Chrysoſtomus, Cyrillus Alexandrinus aliique hu-

jusmodi Patres, honestatur noster antistes in regia venerandæ antiquitatis catena *Commentariorum in Lucam*, consulas si placet Combetsium (f). Neque aliter in *Parallelis Damascenicis* appellatur (g).

II. Titi Bostrensis doctrinam maximi ducunt veteres. Inter eos Patres ipsum refert Hieronymus (h), qui in tantum philosophorum doctrinis atque sententiis suos refarciunt libros, ut nescias quid in illis primum admirari debeas, eruditionem sæculi an scientiam Scripturarum. Et Sozomenus multos quidem tradit (i) ea tempestate in Ecclesiis floruisse admodum doctos et eloquentes viros; sed præ cæteris Titum Bostrensem, *ἐπισημώτατον, celeberrimum prædicat*. Scripsit autem præclarum opus *adversus Munichæos* doctissimus Pater post Juliani cædem atque imperante forte Joviano, aut certe sub initium imperii Valentis, ut ex iis constat quæ tradit ipsemet auctor in hæc verba (j). *« Etsi, inquit, civitates concidant, sicut NUPER contigit, cum ille impiissimus (apostata) dominaretur, οἷα δὲ καὶ ΠΡΩΗΝ ἐπὶ τοῦ λίαν ἀσεβήσαντος,*

(a) Sozom. *Hist. eccl.* lib. v, cap. 15.

(b) Baron. ad ann. 362, § clvii.

(c) Julian. epist. 52, inter ejus Opp. pag. 453 edit. Lips.

(d) Socrat. *Hist. eccl.* lib. iii, cap. 25.

(e) Hieron. lib. *De vir. illustr.* cap. 102.

(f) Combef. *Recens. auct. ad Bibl. concion.*

tom. I, p. 49.

(g) Damasc. *Parall.* infra.

(h) Hieron. epist. 70, al. 84, ad Magnum or. t., § iv, Opp. tom. I, pag. 427 edit. Veron.

(i) Sozom. *Hist. eccl.* lib. iii, cap. 14.

(j) Tit. lib. II *adv. Manich.*, § xvi.

et errorem idololatriæ recoleret ac renovaret, etc. A nam et cum Novo Testamento congruere docet, esse alienam, referrique oportere ad eam libri primi partem, qua duo ingenita principia, duasque radices, bonam alteram, alteram malam, unde omnia bona malaque prodierint, oppugnat, obiterque hominem Dei optimi maximi esse opus ostendit. Addi etiam et editionem condecorare potuissent fragmenta ex hoc Titi opere a Græcis nobis servata : cujusmodi sunt in primis ea quæ excrispsit auctor *Parallelorum sacrorum*, quæ vulgo Joanni Damasceno tribuuntur, et e Rupefucaldino codice vulgata sunt a D. Michaele Lequien. . . . Esse autem in *Parallelis* quædam emendatius per-scripta, non est ut moneam : ipsa locorum collatio rem manifestabit, etc.

III. Porro in quatuor libros dispescuit opus suum Bostrensis antiates, quos *fortes* appellat Hieronymus (a), et legisse videtur Epiphanius (b) qui scribebat anno 376, ut advertit Tillemontius (c). Eos item memorat apud Photium (d) Stephanus Goharus tritheita, qui et nonnulla inde profert; necnon Heraclianus Chalcedonensis episcopus, ut auctor est idem Photius (e). Verum non est hic illud omittendum, quod adnotat Basnagius (f) : hunc nimirum præsulem Chalcedonensem, qui circa tempora Anastasii imperatoris claruisse fertur (g), et cujus doctrinæ placita sancto Maximo haud probata fuisse comperimus (h), Titum Bostrensem redarguere, quod scribens adversus Addam seu potius Buddam, se Manichæos refellere existimavit. Iniqua plane censura. Fac enim, Buddam ante ipsum Manetem hæreseos Manichaicæ existisse auctorem, aut si mavis, unum ex duodecim ejusdem Manetis discipulis fuisse, ut ex Petro Siculo (i) et Photio (j) eruuntur : cum tamen discipuli errantem assectati magistrum, in præcipuis capitibus convenient, adeoque Manes non secus ac Buddas docuerit; non erat enimvero cur Titus eo nomine reprehenderetur, qui dum Buddam perstrinxit, Manetem quoque ipsum ejusque sectatores confutasse jure optimo existimatur.

IV. Ad editionem quod attinet Titi Bostrensis operis *adversus Manichæos*, libros tres priores cum integris librorum quatuor argumentis, primus edidit ex versione Francisci Turriani Henricus Canisius (k) : Græca vero Jacobus Basnagius (l), qui ca ex bibliothecæ Holstenianæ Hamburgensis codice descripta, Joanni Friderico Wincklero refert accepta : quo quidem in codice haud plura exstare novimus, quam quæ vertit laudatus Turrianus ; ut propterea interpres vel eo ipso exemplari, vel eidem simili usus fuisse videatur. Quartus porro liber totus intercidit. Hanc autem Basnagii editionem minus accurate fuisse adnotatam, merito censuit Petrus Wesselingus V. C. his verbis (m) : « Inseti sunt, inquit, Canisianis *Lectionibus* Titi Bostrensis, viri pii et egregie docti, in *Manichæos* scripti libri; sed, quod dolemus, laceri et spissis maculis deturpati. Facile fuisset ad animadvertendum, modo viro docto cui Græca debemus, libuisset, intexam extremo libro tertio disputationem de hominis creatione, quam Titi adversarii diabolo acceptam ferebant, ab eo loco quo legem esse bo-

V. Viro docto monenti morem gessimus. Et primum quidem omnia excrispsimus quæ in *Parallelis* Rupefucaldinis occurrunt, ad textum Titi Bostrensis *adversus Manichæos* evulgatum sive castigandum sive supplendum; eaque ad calcem rejecimus : quo scilicet quisque locorum collatione instituta, de lectionum veritate judicium ferat. Deinde notulas textui subjectimus, quibus tum *Parallelorum* loca indicantur, tum etiam locis vexatis aut corruptis lux affunditur, aut integritas restituitur. In idem præterea consilium nonnulla sumus ex Photio mutuati. Ad hæc quatuor librorum integri operis Titi argumenta subdidimus. Denique trium superstitium librorum lemmata contexuimus, quibus conspectus totius operis exhibetur.

VI. His porro addita est *Oratio in Ramos palmarum*, quæ sub Titi Bostrensis nomine circumfertur. Qui ex codice regio eam edidit Combefsius (n), dubitat ejus ne sit de quo hic sermo, an vero alterius junioris, cujus *Commentarii in Lucam* esse feruntur. Nimirum duos ille Titos Bostrenorum episcopos commentus est; cum tamen veteres unum tantum agnoscant. Alibi autem idem editor nihil vetare ait (o), uti nec aliquid cogere, quin hæc ipsa oratio sentori detur. Simulque subdit : « Cujuscunque vero sit, opus est eruditum, egregiis refertum sensis, ac dogmatis accuratum, ut quisque theologus ipsa statim lectione videbit. Locos Scripturæ scite admodum exponit ac applicat, ut nihil desiderari videatur. » Sed hæc satis de Tito Bostrensi. Cæterum de *Commentariis in Lucam* ejus nomine inscriptis, nos alias opportunius

(a) Hieron. *De vir. illustr.*, cap. 102.

(b) Epiph. hæz. LXVI, cap. 24.

(c) Tillem. *Mem. eccl.* tom. VII, pag. 383.

(d) Phot. *Bibl. cod.* CCXXXII, pag. 894 seq. edit. Rothom.

(e) Id. *ibid.* cod. LXXXV, pag. 203.

(f) Basnag. *ad Thes.* Canis. tom. I, pag. 57, § III.

(g) Lequien. *Or. Christ.* tom. I, pag. 602.

(h) Maxim. *Opp.* tom. II, pag. 65.

(i) Petr. Sic. *Hist. Manich.*, pag. 30.

(j) Phot. lib. I *Contr. Manich.*, § XIV, apud Wolf. *Anecd. Gr.* tom. I, pag. 54.

(k) Canis. *Lect. antiq.* tom. V, pagg. 36 seqq.

(l) Basnag. *Thes.* Canis. tom. I, pagg. 59 seqq.

(m) Wessel. *Probab. lib. sing.* cap. 20, pagg. 166 seqq.

(n) Combef. *Auct. nov.* tom. I, pag. 635 - 651.

(o) Id. in recens. *auct. ad tom. I Bibl. conc.*, pag. 49.

TITI BOSTRENSIS EPISCOPI LIBRI TRES ADVERSUS MANICHÆOS.

INTERPRETE FRANCISCO TURRIANO S. J.

LIBER PRIMUS.

CAP. I. Origo Manichæismi.

Πᾶσι μὲν οἷς γέγονε διὰ σπουδῆς τῶν ἐν ἀνθρώ- A
ποις ἀμαρτανομένων τὰς αἰτίας ἐξελεῖν Θεοῦ, δοῖς
τε καὶ ἀληθῆς γέγονε κατὰ τοῦτο τῶν τοιούτων ὁ
σκοπός· εἶγε μὴ διαφυγόντες τὸ προνοεῖν τῶν καθ'
ἡμᾶς τὸν Θεόν, εὐλόγως καὶ φιλαλήθως ἀνθρώποις
ἀνέθηκαν τὰ σφῶν αὐτῶν ἀμαρτήματα· ἐπειτοίγε
μικρὸν ἴσθαι τι βουληθέντες, μίζονι καὶ χαλεπῶ
νοσήματι τῆς ἀσεβείας περιέπεσον, εἰς ἄρνησιν τῆς
ἐν παντὶ φαινομένης τοῦ Θεοῦ προνοίας ἐμπεσόντες.
Ὁ δὲ μανεὶς ἐκ βαρβάρων καὶ τῆς μανίας αὐτῆς
ἐπύνημος, ἐτι πρὸς ἀσεβείαν βλαβερωτέρῳ φαρμάκῳ
κατεχρήσατο· κακίας γὰρ ἀναίτιον ἀποδείξει τὸν
Θεὸν βουληθεὶς, κακίαν προῖων ἀντέστησεν αὐτῷ·
ἀγέννητον, ὡς φησιν, ἀγεννήτω, ζῶσαν ζῶντι, ἀεὶ μὲν
ἐπανισταμένην καὶ μαχομένην, καὶ οὐποτε μὴ οὐχί
πράγματα παρέχουσαν αὐτῷ· ἀναιρεθῆναι δὲ πρὸς B
αὐτοῦ παντελῶς μὴ δυναμένην, ὡς ἀιδίον τε καὶ συμ-
πεπληρωμένην τὴν οὐσίαν καὶ ἀγέννητον· καὶ κα-
πτόν, ὡς φησιν, φεύγων, ἐμπεπτωκεν εἰς τὸ πῦρ.
Ἴνα γὰρ μὴ τῶν παρ' ἡμῖν, ὡς οἴεται, κακῶν ὑπ-
έχειν δοκῆ τὰς αἰτίας ὁ Θεός, αὐτός γε ὅλης τινὸς καὶ
δλοκλήρου παρ' αὐτῷ κακίας παραπολαύειν. Τί γὰρ
εἰ μακροθύμως καὶ σοφῶς, ὡς φησιν, μεταχειρίζεται;
ἀλλ' ὅμως οὐκ ἀπολέμητος ἂν εἴη κατὰ γε τὴν τοιαύ-
την ὑπόθεσιν· οὐ τί ἂν γένοιτο τῶν κρηπόντων περὶ
Θεοῦ λογισμῶν ἀλλοτριώτερον;

Quibus studium est causas eorum quæ homines
peccant, a Deo remove, aiunt sanctum et verum
esse Deum : huc spectant tales, et hoc eis propo-
situm est tueri. Cum enim non negant procurare
Deum res nostras, recte ac vere hominibus peccata
eorum assignant ; falioqui parum quid sanare qui
voluerunt, in graviolem et difficiliorem impietatis
ægritudinem inciderunt, Dei providentiam, quæ in
universitate rerum cernitur, negantes. Manichæus
vero, qui a barbarie et furore nomen ducit, nocentio-
re adhuc contra impietatem remedio abusus est :
cum enim demonstrare voluisset non esse Deum
auctorem mali, malum ei opposuit, ingenitum, ut
ait, ingenito, vivum vivo, semper obsistens ac re-
pugnans, et nunquam non negotium et molestias
inferens ; quodque ab eo funditus extingui et in-
terire nequeat, utpote æterna et completa substan-
tia, tanquam ingenita : sic fugiens sumum, ut est
in Proverbio, in ignem incidit. Etenim ne videatur
Deus, ut Manichæus existimat, nostrorum malo-
rum esse in causa, ex toto quodam et integro malo
apud se fructum fingit percipere. Quid enim, si res
tractat Deus, ut Manichæus ait, toleranter et sa-
pienter ? at nunquam, opinione hujus, bello et pu-
gna carebit : quo quid potest de Deo quod minus
eum deceat, cogitari ?

Nota

CAP. II. Catholicorum sententia.

Ὅτι μὲν γὰρ εὐσεβὲς τῶν παρὰ ἀνθρώποις ἀδι- C
κημάτων ἀναίτιον παντὶ σθένει τὸν Θεὸν ὁμολογεῖν,
πρῶτος πρεσβεύειν ἐσπούδακε τῆς καθολικῆς Ἐκκλη-
σίας ὁ λόγος· ζητούμενου δὲ, τίνα τρόπον πλημμελοῦ-
μεν ἡμεῖς, τοῦ Θεοῦ μὴ βουλομένου, οὐ περὶ μειζό-
νων κατηγοροῦμεν Θεοῦ, περὶ μικροτέρων, ὡσπερ
ἐκείνος, ἀπολογεῖσθαι βουλόμενοι (1).

Ἄλλ' αὐτὴν τῆς ἀληθείας τὴν ὁδὸν, ἐκ τε τῶν ἁγίων
Γραφῶν καὶ τῶν κοινῶν ἐννοιῶν ἔχοντες, ἀσφαλῶς
ὀδεύομεν (1') πρὸς τὴν τοιαύτην ζήτησιν, τῷ γε αὐτοῖς
φιλαλήθως προσεγκαλεῖν, εὐσεβῆ τὴν ἀπόδειξιν τὴν
ὑπὲρ Θεοῦ ποιούμενοι· οὐ γὰρ ἵνα τῷ λόγῳ δια-
φεύγωμεν, ὧν εἰς ἀλλήλους πλημμελοῦμεν τὰ ἐγκλη-
ματα, προσῆκεν εἰς Θεὸν ἀσεβεῖν, πραττομένους
παρ' αὐτοῦ τὰ πάντων ὑβριστικώτερα καὶ μηδαμῶς
ὄντα

Quod pium quidem sit apud homines, totis viri-
bus confiteri, Deum non esse injuriarum et malefici-
orum auctorem, prima doctrina Ecclesiæ catho-
licæ studuit profiteri. Cum autem quærimus quo-
modo nos peccemus nolente Deo, ut peccemus,
de gravioribus non Deum accusamus, cum a levio-
ribus eum, sicut ille, defendere volumus.

Si qui viam veritatis ex sanctis Scripturis et ex
communibus notionibus cognitam habemus, perga-
mus firme ad talem quæstionem, piam argumenta-
tionem pro Deo concludentes, nos ipsos studio
veritatis accusando : non enim ut verbo accusatio-
nem eorum, quæ in nos inter nos peccamus, de-
clinemus, decebat in Deum impios esse, poscentes
ab eo quæ sunt contumeliosiora omnibus, et quæ
nequaquam sunt.

(1) Vulg., Βουλόμενος. EDIT.

(1') Forte, ὀδεύομεν. EDIT.

Præterea qui existimamus peccata apud homines insanabilia esse, utpote quæ non a principio quodam contra eos effluant, sed alio modo a nobis fiant (quem disputatio suo tempore explanabit), non solum non sumus in Deum impii, non audentes conjecturam facere, non posse Deum propter difficultatem resistere vitio quod ei non inest, sed quæ a nobis vitiose aguntur, nitimur in eis cessare; cum iis qui advertunt, demonstramus, quæ a nobis principium ducunt, ut fiant, per nos etiam, ne fiant, finem assequi, tametsi non apud omnes; non enim hoc generale in singulis est, sed in singulis eorum qui studium adhibuerunt (iudicium tamen universi est, posse esse in singulis). Verumtamen qui barbare cum impietatem excogitavit, fingens malum sine principio, contra Deum vere principio carentem, ac solum, et hoc secundum principium insane constituens, non solum malum collocat in ordine æquali Deo, tanquam hoc honorare velit, quod scilicet odit; sed mala, quæ ex malo quod principio caret, insanabilia penitus esse, cum necessario affirmat, facit insidiose, ut existiment qui ei credunt, injustitiam non posse apud homines corrigi. Ita ut anticipata voluptate peccatorum, pro conversione desperatio objiciatur; quasi fieri non possit, ut impetus vitii quod principio caret, coercetur. Præterquam si quis cupiditate gloriæ, quod plus boni, ut isti fingunt, habere videatur, studium adhibeat, ut, quoad fieri potest, non peccet, ut manifestum faciat, non aliunde quam a se peccatum proficisci. Existimabitur tamen apud ipsos melior esse propter admisionem naturæ, qui non natura, sed labore et sudore usus est, qui quidem putabit se laudari, cum alioqui vera laude privetur. Veram enim gloriam ex labore ac studio virtutis proficiscentem relinquens, si quidem pietati erga Deum studebat, necessitatem naturæ rapinam esse falso ducit, qui utilitatem industriæ ad impietatem in Deum adhibet; ut nec animus ignaviæ et inertix deditus, cum male agit, pungatur, si quidem alteri cuidam principio actiones ascribit: neque qui studio utitur, laude dignus habeatur, quippe qui in id cogitatione incumbat, quod est omnium atrocissimum, institui scilicet ad impietatem adversus Deum.

CAP. III. Mali definitio secundum Manichæos.

Cum vero Manichæi rationem creationis mundi a Deo facti non intelligerent, non solum actiones hominum a ratione aversas excutientes, eo modo quem diximus, lapsi sunt, sed etiam plurimas creaturas, imo fere omnia in crimen vocaverunt, quæ nullam tamen vituperationem vere admittunt; mala autem hæc appellaverunt, in aliis quidem misionem contrariorum, boni scilicet et mali, ut loquuntur, mentientes; in aliis vero malum simplex et unius formæ reprehendentes: et quantum in ipsis fuit, omnia confuderunt, appellantes mala, quæ minime mala sunt. Si enim injustitiam in qua

πρὸς δὲ τούτοις ἰᾷσιμα τὰ παρὰ ἀνθρώποις ἁμαρτήματα νομίζοντες, ἄτε δὴ μὴ ὡς ἀπὸ τίνος ἀρχῆς καθ' ἡμῶν βέοντα, ἀλλ' ἕτερόν τινα τρόπον πρὸς ἡμῶν πραττόμενα (ὅν ὁ λόγος σαφῶς κατὰ καιρὸν ἐρμηνεύσει), οὐ μόνον εἰς Θεὸν οὐκ ἀσεβοῦμεν, μὴ τολμώντες αὐτοῦ καταστοχάζεσθαι χαλεπὴν ἀδυναμίαν, τοῦ ἀνθεστάναι κακίᾳ τῇ μὴ οὖσῃ, ἀλλὰ καὶ τὰ πραττόμενα πρὸς ἡμῶν κακίας τρόπῳ παύειν ἐπιχειροῦμεν, τῷ γε σαφῶς τοῖς προσέχουσιν ἀποδεικνῦναι, ὡς τὰ πρὸς ἡμῶν ἀλήθειαν ἔχοντα τοῦ γίγνεσθαι τὴν ἀρχὴν, δι' ἡμῶν ἂν καὶ τέλος τοῦ μὴ γίγνεσθαι λάβοι, εἰ καὶ μὴ παρὰ πᾶσιν· οὐ γὰρ ἐφ' ἐκάστῳ τὸ καθόλου, ἀλλὰ γε παρ' ἐκάστῳ τῶν ἐσπουδακώτων (δείγμα μέντοι τοῦ καθόλου, τὸ ἐφ' ἐκάστῳ ἐνδεχόμενον). Ὁ μέντοι βαρβαρικὴν ἀσέθειαν ἐπινοήσας, ἀναρχὸν κακίαν κατὰ τοῦ Θεοῦ ἀληθῶς ἀνάρχου καὶ μόνου πλάσάμενος, καὶ δευτέραν ἀρχὴν ταύτην μαυικῶς ὀρισάμενος, οὐ μόνον ἐν ἔσῃ τάξει τίθεισι κακίαν Θεῷ, ὡς περ τιμῆσαι ταύτην ὁ δὴθεν μισῶν προελόμενος, ἀλλὰ καὶ ἀνίματα πάντη τὰ ἐκ τῆς ἀνάρχου βέοντα κακὰ ἐπάναγκες φάσκων, ἀδιώρθωτον παρὰ ἀνθρώποις τὴν ἀδικίαν ἐπιβούλως οἰεσθαι ποιεῖ τοὺς πειθόμενους αὐτῷ· ὥστε προλήψει τῆς τῶν ἁμαρτημάτων ἡδονῆς προβάλλεσθαι ἀντὶ τῆς ἐπιστροφῆς τὴν ἀπαγόρευσιν, ὡς ἀδύνατον ἀνάρχου κακίας ἐπιτρέχειν τὴν φορὰν· πλὴν εἰ μὴ τις ἐπιθυμία δόξης τοῦ δοκεῖν τὸ πλέον ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ ἔχειν, ὡς δὴ μυθολογοῦσι, ἀπουδάσας μὲν, κατορθώσειεν ὡς οἶόν τε τὸ μὴ ἀμαρτάνειν, ὡς αὐτόθεν ποιήσῃ δῆλον, ὡς οὐχ ἐτέρωθεν, ἀλλὰ παρ' αὐτοῦ ἐπλημμελεῖ· ὁμοῦ δ' ἀπενέγκηται τινα δόξαν παρ' αὐτοῖς, ὡς τὴν κρᾶσιν εἰη βελτίων τῆς φύσεως, ὁ μὴ φύσει πόνῳ δὲ καὶ ἰδρώτι χρώμενος· ὅς δὴ καὶ ἐπαινέσθαι οἶοι' ἂν, τοῦ ἀληθοῦς ἐπαίνου στερούμενος. Τὴν γὰρ εὐδοξίαν τοῦ πόνου τῆς ἀρετῆς, εἶγε τῆς εὐσεβείας τῆς πρὸς Θεὸν ἤνυστο, καταλιμπάνων, ἄρπαγμα ψευδῶς τὸ ἀναγκαῖον τῆς φύσεως ἡγείται, τὸ χρῆσιμον τῆς φιλοπονίας πρὸς ἀσέθειαν κατὰ Θεοῦ μετερχόμενος· ὡς μήτε τὸν βραστῶν προσκειμενον πληττεσθαι τὸν νοῦν κακοπραγούοντα, εἶγε ἄλλῃ τῇ ἀρχῇ λογίζοιτο τὰ πραττόμενα, μήτε τὸν σπουδῇ χρώμενον ἄξιον εἶναι θαυμάζεσθαι, καίτοι λογισμῷ πονούοντα πρὸς τὸ τῶν πάντων χαλεπώτατον, πρὸς ἀσέθειαν κατὰ Θεοῦ παιδαγωγηθῆναι.

Μὴ συνιέντες δὲ οἱ ἀπ' ἐκείνου τῆς τοῦ Θεοῦ δημιουργίας τὸν λόγον, οὐ μόνον τῶν ἀνθρώπων τὰς παραλόγους πράξεις ἐξετάσαντες, τὸν εἰρημένον τρόπον ἐσφάλησαν, ἀλλὰ καὶ πλεῖστα τῶν δημιουργημάτων· μᾶλλον καὶ σχεδὸν ἅπαντα, φόγον οὐδένα κατὰ τὸ ἀληθὲς ἐπιδεχόμενα, διέβαλον· κακὰ δὲ ταῦτα προσείπον, τῶν μὲν κρᾶσιν τῶν ἐναντίων, ὡς φασί, κακοῦ τε καὶ ἀγαθοῦ καταψευσάμενοι, τῶν δὲ μονοειδῆ κακίαν κατεπόντες, καὶ συνέχεαν τόγε ἐπ' αὐτοῖς τὰ πάντα, κακὰ τὰ μηδαμῶς κακὰ προσειπόντες. Εἰ μὲν γὰρ τὴν παρὰ ἀνθρώποις ἀδικίαν μόνην οὕταν ἀδικίαν διέβαλον εἰς κακίαν, ἐγρῆν μὲν καὶ

οὕτως ἀσφαλίζεσθαι τ' ὄνομα καὶ τὴν περὶ αὐτῆς δόξαν, ὡς ὑπαρχούσης καὶ μὴ ὑπαρχούσης, ἐν τε (2) τῷ πράττεσθαι, καὶ μὴ πράττεσθαι· ἤκιστα δὲ ἀρχὴν ἐπιστάγειν αὐτὴν κατὰ Θεοῦ· ὅμως δ' ἂν αὐτοῖς εὐπερίγραπτον ἦν τὸ σφάλμα. Νυνὶ δὲ σχεδὸν ἅπασαν τὴν δημιουργίαν κακίσαντες, ὑπέρογκον τὴν βλασφημίαν κατὰ Θεοῦ πεποιήνται, καὶ παράγουσιν ὡς ὁμολογούμενα τῷ λόγῳ καὶ πάντα τὰ θηρία καὶ τὰ κνώδαλα, οὐκ οἰόμενοι χρῆναι πρὸς ἀγαθοῦ ταῦτα γεγενῆσθαι, οὐκ ἀχρηστα μόνον, ὡς ὑπειλήφασιν ὄντα, ἀλλὰ καὶ λιὰν ἀνθρώποις βλαβερώτατα· καίτοιγε δειχθῆναι δυνάμενα, ὡς μᾶλλον ὠφελιμώτερα καὶ χρησιμώτερα τυγχάνει, ἤπερ τὰ ὅπως ἀνθρώποις λυσιτελεῖν δοκοῦντα· καὶ πολλὰ μὲν καὶ ἕτερα συνείρουσιν εἰς διαβολὴν τῶν ὄντων, καὶ τῆς τῶν ὄλων διοικήσεως.

A homines sunt, quæ sola est injustitia, accusarent tanquam malum; sic etiam oportebat nomen et opinionem de ea munire, tanquam quæ esset, dum est actio; aut non esset, dum non est actio: non autem oportebat introducere principium ipsum contra Deum: fuisset tamen eorum error aflatim circumscriptus et terminatus. Nunc autem cum fere omnia quæ fabricata sunt, mala esse dicant, blasphemiam in Deum in infinitum auxerunt, et producunt tanquam certa et ratione ac judicio probata, omnes bestias et feras, non putantes oportere facta esse hæc a bono, non solum eorum opinione inutilia, sed hominibus nocentissima. Quamvis demonstrari possint utiliora et commodiora esse quam ea quæ vere hominibus conducere videantur; ac multa quidem alia connectunt ad accusationem rerum et gubernationis universi.

CAP. IV. Methodus disputandi.

Ὁ δὲ λόγος οὐδὲν ἀναπόδεικτον τῶν τε εἰρημέων καὶ βῆθησόμενων καταλιπεῖν πειράσεται· δύο γὰρ ἐναντίων φύσεων κρᾶσιν ἐν τοῖς οὐσι φανταζόμενοι, διανέμουσι ταύταις τὰ ὄντα κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτοῖς. Πόθεν, λέγοντες, τὰ κακὰ, εἰ μὴ ἐκ τινος ἀρχῆς καὶ ταῦτα τυγχάνει; Εἰ δὲ τις ἐρωτήσῃ· Ποῖα; συνείρουσι τὰ τῶν ἀνθρώπων ἀμαρτήματα καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ δημιουργήματα, καὶ αὐτὴν ὅλην τὴν πάνσοφον οἰκονομίαν κακίζουσιν· ὡς εἰ τις δεῖξῃε πάντα καλῶς καὶ ἀναγκαίως γεγονέναι καὶ γίνεσθαι, ὀφίεται αὐτοῖς ἐξ ἀνάγκης ὁ περὶ τῆς ἐναντίας ἀρχῆς λόγος. Μὴ γὰρ συνιέντες, ὅπως ἔχει τὰ κάτω, ἐπλάσαντο περὶ τὰ ἄνω· μὴδὲ καταλαθόντες τίνα τρόπον δίδασκται τὰ ὁρώμενα, ἐσυκοφάντησαν τὸ μὴ ὁρώμενον· καὶ γινῶναι σπουδάσαντες διὰ τὸ μὴ γινῶναι, ἀγνοίᾳ μείζονι περιέπεσον· ὡς γὰρ ἐν σκότει τὴν περὶ τῶν φαινομένων ἔννοιαν ζητοῦντες, οὐ μόνον οὐχ εὔρον, ὁ ζητεῖν ἐδόκουν, ἀλλὰ καὶ μείζον ἐαυτοῖς τὸ σκότος τῆς ἀγνοίας πεποιήκασιν. Ἡμεῖς δὲ, πρῶτον περὶ τῶν δύο ἐναντίων ἀρχῶν ἃς ὑποτίθενται διαλαθόντες, οὕτως ἤξομεν πρὸς τὴν ὑπὲρ τῶν ὄλων ἀπόδειξιν, ὡς καλῶν καὶ ἀναγκαίων ὄντων ἀπάντων, καὶ ἐκείνων, ὡς προλαθῶν ἔργη, μάλιστα καθ' ὧν περ πλείστην καταδρομὴν ποιοῦνται, ὡς ὁμολογούμενων καλῶν· ἔτι δὲ καὶ τῆς τῶν ὄλων διοικήσεως, καὶ δι' ὧν πικρίαν αὐτῆς ἀγνωμόνως καταψήφίζονται, τὰ ἀναγκαϊότερα οἰκονομοῦσης, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν παρὰ ἀνθρώποις ἀδικημάτων, ὡς οὐδὲ διὰ ταῦτα προσῆκε κακίας ἀρχὴν κατὰ Θεοῦ φαντάζεσθαι· δειχθήσεται γὰρ ὡς καὶ ταῦτα τοῦ πεποιηκῆτος ἡμᾶς ἐμφαίνει τὴν ἀγαθότητα· καὶ οὔτε κατὰ βούλησιν αὐτοῦ πρὸς ἀνθρώπων γίνεται, οὔτε ἐκ τινος αἰτίας ἢ ἀρχῆς καθ' ἡμῶν φέρεται.

Dabitur vero opera, ut nihil tam eorum quæ dicta, quam quæ dicenda sunt, disputatio non ratione conclusum relinquat: fingunt enim cogitatione duarum naturarum contrariarum admistionem, et his, ut eis videtur, res omnes distribuunt. Undenam, inquit, mala, si hæc non ex aliquo principio sunt? Si quis vero percontetur, qualia peccata in homines confertis? Quæcunque fabricatus est Deus, et totam ipsam rerum sapientissimam compositionem ac gubernationem vituperant: ut jam si quis demonstret omnia bene et necessario facta esse et fieri, necesse est excidat eis et avolet ratio contrarii principii. Cum enim ea quæ infra sunt, non intellexissent, quomodo habeant de iis quæ sunt supra, sunt commenti, neque percepissent quomodo ea quæ videntur, disposita sint, id quod non videtur, calumniati sunt; et cum studere viderentur, ut cognoscerent, quia non cognoverant, in majorem ignorantiam incidernnt: etenim veluti in tenebris quærerent, quæ de iis quæ apparent, ignorabant, non solum non invenerunt, quod quærere videbantur; quin potius majores ignorantix tenebras sibi offuderunt. Nos vero primo de duobus principiis contrariis, quæ ponunt, disserentes, ad conclusionem argumentationis de universo venimus: esse scilicet bona et necessaria omnia, et illa maxime, ut superius dixi, in quæ maximum impetum et incursum faciunt, quasi omnium concessu mala sunt; præterea etiam omnium rerum gubernationem, atque illa in quibus severitatem providentiæ, qua, quæ magis necessaria sunt, procurantur, improbant; et non solum hæc, sed de iis etiam quæ apud homines injuste sunt, neque propter hæc principium mali contra Deum oportere cogitare: docebimus enim hæc etiam bonitatem Dei qui nos fecit, declarare; et neque ab hominibus fieri secundum voluntatem Dei, nec ex principio quopiam contrario in nos ferri.

CAP. V. An duo principia opposita.

Τοιγαροῦν λοιπὸν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν τῆς μυθώδους ἀσεβείας αὐτῶν ἔλθωμεν, ἐξετάζοντας, εἰ παραδέ-

(2) Editi, εὔτε. EDITI.

Igitur aggrediamur deinceps ad principium impietatis illorum commentitiæ, inquirentes, utrum

notiones naturales duo contraria principia rerum admittant: si enim ne consentientia quidem admittunt, multo minus pugnantia. Scribens igitur ille ipse: furens Manichæus, ubique incipit: *Erat Deus et materia, lumen, et tenebræ, bonum et malum, in omnibus summe contraria*; ut in nulla re alterum cum altero communionem et societatem haberet, ambo ingenita et viventia: igitur aut disjungent se; aut si fuerint simul, amica et nequaquam contraria esse apparebit. At patet dicere eum, se juncta esse hæc. Igitur utrumque cum altero finitum et terminatum erit secundum substantiam, et neutrum incircumscripsum et infinitum: circumscribere autem Deum secundum substantiam, et non nosse et confiteri infinitum esse, quomodo non est admodum impium? Quandoquidem non solum circumscribi et terminari substantia Dei videbitur, sed a malo, ut ille ait, hoc accipere. Quod quidem extra communes notiones est, quæ menti suggerunt, ut eum ubique esse noscat, et natura incomprehensum.

CAP. VI. *Deus secundum placita Manichæica finitus.*

Præterea etiam, si hæc necessario a se dissident, non solum Deus, opinione illius insana, naturæ circumscripæ esse videbitur, sed in privato loco esse, et residere prope contrarium. Quæ enim a se mutuo arcentur, propriis et privatis locis circumscribunt. Excutienda igitur sunt hæc, si ambo contraria tanquam ingenita antiquiora locis erant, aliquando rursus prius erant communiter a pugna inter se libera. Sin vero disjunctio substantiæ utriusque simul ex æternitate fuit, antiquior erat locus substantiæ utriusque, vel simul cum illis ingenitus. Si autem antiquior, ut jam ambo videantur utriusque loci propagines, non sunt hæc ingenita, nec æterna: quod quidem locis ex quibus hæc exstiterunt, videbitur inesse. Si vero locus est simul cum illis ingenitus, erant plura ingenita, et non jam duo: necesse enim est, ut alia sint illa loca præter hæc quæ in illis sunt, sine quibus nec esse possunt.

CAP. VII. *Spatium inter dua principia quodnam?*

Ad hæc poscendum est ab istis intermedium, et utrisque interjectum, quod alterius cum altero communitatem arceat et prohibeat, ne finibus inter se commista, rursus rationem ac naturam contrariorum tollant. Quid igitur erit istud, quod ambo illa distermine, et intersepit? opus enim habet apud istos cujusdam tertii commentum fabulæ. An dicturi sunt nobis, esse murum adamantinum, aut aliud quid delirum? Cujusnam vero providentiæ hoc quidquid sit, interseptum esse dicent? utricunque enim contrariorum hoc assignare velint tanquam postea immissum, non reperient exitum in hac causa, neque se hinc expedient. Revocata enim

(2*) *Δύο*. In cod. ms. erat *διό*, nullo plane sensu; ideoque illud omiserat Turrianus: reposuimus *δύο*; duo quippe tuebatur principia Manes. BASN.

Α γονται γοῦν αἱ κατὰ φύσιν ἐννοιαὶ δύο (2*) ἐναντίας ἀρχαὶ τῶν ὄντων· εἰ γὰρ μηδὲ συμφωνούσας δέξαιντ' (3) ἄν, ἢ πού γε μυχόμενας. Γράφων τοίνυν ἐκείνος αὐτὸς, ὁ χαλεπώτατα μανείς, ἀρχεται πανταχοῦ· Ἦν Θεός, καὶ ὕλη· φῶς, καὶ σκότος· ἀγνοῦν, καὶ κακόν· ἐν τοῖς πᾶσιν ἄκρως ἐναντία, ὡς κατὰ μηδὲν ἐπικοινωνεῖν ἕτερον θατέρω, ἀγέννητά τε καὶ ζῶντα ἄμφω· οὐκοῦν ἢ χωρῖσει γε ταῦτα ἀπ' ἀλλήλων, ἢ σὺν ἀλλήλοις ὄντα φίλα καὶ οὐδαμῶς ἐναντία φανήσεται. Ἄλλὰ δῆλον, ὅτι χωρὶς ἀπ' ἀλλήλων καὶ αὐτὸς ταῦτα εἶναι φησιν· ἄρ' οὖν συμπεπερασμένον ἐκάτερον θατέρω τὴν οὐσίαν εἶναι, καὶ οὐδέτερον ἀπεριόριστον· περιορίζειν δὲ κατ' οὐσίαν τὸν Θεόν, καὶ μὴ ἀπέραντον εἰδέναι τε καὶ ὁμολογεῖν, πῶς οὐ λίαν ἀσεβές; ὅποτε οὐ μόνον περιορίζεσθαι δόξει τὴν οὐσίαν καὶ περιγράφεσθαι, ἀλλὰ καὶ πρὸς τῆς κακίας, ὡς ἐκεῖνός φησι, τοῦτο πάσχειν. Ὅπερ πρῶτον μὲν τῶν κοινῶν ἐννοιῶν ἐκτός, ζῆτινες ὑποβάλλουσιν αὐτὸν γινώσκειν εἶναι τε πανταχοῦ, καὶ ἀπεριληπτον ὑπάρχειν τὴν φύσιν.

Ἐτι μὲν εἰ ταῦτα διέστηκεν ἀναγκαίως ἑλλήλων, οὐ μόνον Θεοῦ κατὰ τὴν ἐκείνου μανίαν δόξει τὴν φύσιν περιορίζεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἐν ἰδίῳ τόπῳ τυγχάνειν, καὶ καταμένειν παραπλησίως τῷ ἐναντίῳ. Τὰ γὰρ ὑπ' ἀλλήλων εἰργόμενα, τόποις ἰδίοις δηλαδὴ περιγράφεται. Ἔστιν οὖν ἕξεταστέρων, εἰ μὲν πρεσβύτερα τῶν τόπων ἄμφω τὰ ἐναντία ὡς ἀγέννητα, ἢ ὅτε πάλιν πρότερον ἐτύγγανε κοινῇ τῆς ἐναντιότητος ἀπηλλαγμένα. Εἰ δὲ συναΐδιος ἐκατέρου τῆς οὐσίας ὁ χωρισμός, προγενέστερος ἐκατέρου τῆς οὐσίας ὁ τόπος, ἢ συναγέννητος. Ἄλλ' εἰ μὲν προγενέστερος, ὡς ἐκατέρου τόπου βλάστημα δοκεῖ εἶναι ἐκάτερον, οὗτ' ἀγέννητα ταῦτα, οὕτε ἄδια· ὅπερ ὑπάρχειν δόξει τοῖς τόποις ἐξ ὧν ταῦτα· εἰ δὲ συναγέννητος εἶναι, πλείω, καὶ οὐκέτι δύο τὰ ἀγέννητα· ἀνάγκη γὰρ ἕτερα τυγχάνειν ἐκεῖνα παρὰ ταῦτα, ἐν οἷς ἐστὶ ταῦτα, ὧν ἄνευ οὐδὲ εἶναι δυνήσεται.

Πρὸς δὲ τούτοις καὶ μεθόριον ἀμφοτέρων ἀπαιτητέον, διεῖργον καὶ διακωλύον ἐκατέρω τὴν πρὸς ἕτερον κοινωνίαν, ἵνα μὴ, διὰ τῶν τερμάτων αὐθις ἀλλήλοις καταμειγνύμενα, τὸν τῆς ἐναντιότητος διαφείρη λόγον. Τί τοίνυν εἶναι τὸ διαφράττον καὶ διεῖργον ἄμφω; τρίτου γὰρ τινος κατ' οὐσίαν χρεῖαν ἔχει παρ' αὐτοῖς τῆς μυθολογίας τὸ πλάσμα. Ἄρ' οὖν τὸ ἀδαμάντινον τεῖχος ἐρούσιν ἡμῖν, ἢ τι ἕτερον, παραπαίοντες; Τῇ τίνος δὲ προνοίᾳ τοῦθ' ὅποτε (3*) φήσουσι παρεγχεῖσθαι; Ὅποτερῳ γὰρ τῶν ἐναντίων βουλευθεῖεν ἀναθεῖναι τοῦτο, ὡς ἕτερόν ποτε παρεμβληθὲν, ἀπορος αὐτοῖς ἢ ὑπόθεσις εὐρεθήσεται. Πρὸς γὰρ τὸ ἀρχαιότερον ἀναβάς ὁ λόγος αὐθις φωράσει

(3) Vulg., *δέξαιντ'*. EDIT.

(3*) Forte, τοῦτό ποτε, vel τοῦθ', ὃ τί ποτε. EDIT.

τὰ ἐναντία ἀλλήλων ἀχώριστα, ὡς οὐδαμῶς ἐναντία. Εἰ δὲ μηδετέρου προνοία τὸ μεθόριον, ὃ δηλοῦσιν, ὑπάρξει φήσουσιν, ἕτερον ἀγέννητον ἐπεισάγοντες ἐξ ἀνάγκης ὁμολογοῦσι, μηδετέρου τῶν ἐναντιῶν τῆς οὐσίας μετέχον, ἵνα τῷ πάντῃ διαλλάττειν χωρίζῃ ταῦτα· καὶ εὐρεθήσονται ὄχλον ἀγέννητων τιθέμενοι, δύο φήσαντες εἶναι.

Τὰ ἀγέννητα, τὸ μέντοι διεῖργον καὶ μεθόριον, εἴτε δὴ τείχος, εἴτε γῆ δοικος, εἴτε καὶ ὄπερ ἂν θέλοιεν· ποῦ μὲν ἄρ' ἔχει τὴν ἔδραν, ποῦ δὲ τὴν κορυφὴν; Ἄλλὰ δῆλον, ὡς κάτω μὲν τὴν ἔδραν· ποῦ δὴ καὶ πόσον; Ἄνω δὲ τὴν κορυφὴν· ποῦ καὶ ἐπὶ πόσον; Τὸ γὰρ ἄνω καὶ κάτω δημιουργίας ὀνόματα, πρὸ δημιουργίας· δεῖ μέντοι καὶ βαθύτερον καὶ ὑψηλότερον εἶναι τὸ μεθόριον τῆς τῶν χωριζομένων οὐσίας· ἵνα μὴ κάτωθεν ἢ ἄνωθεν ἐλλείψαν, πάροδον τοῖς ἐναντίοις παράσχη πρὸς ἄλληλα. Εἰ δὲ σκια καὶ ἡλίω παραβάλλοιεν ὃ καλοῦσι μεθόριον, οἴησονται μὲν, ὡς οὐδὲν ἐπικοινωνεῖ τῷ ἡλίῳ ἢ σκιά, διελεγχθήσονται δὲ χαλεπῶς πρὸς τοῦ Μάνεντος ἡπατημένοι· σκιά γὰρ ἡλίου κοινωνία καὶ δι' ὄλου παρουσία γένοιτο ἂν, ὄχλου τινὸς ἀνέχοντος ἐν μέσῳ καὶ πρὸς θάτερον μέρος αὐτὴν παραπέμποντος· καὶ σκιά εἴη ἂν οὐδὲν ἕτερον, ἢ τεκμήριον φωτός, διὰ τινος παρεγκειμένου σώματος ἐμποδιζομένου· ἐπεὶ τοι φωτός ἐν νυκτὶ μὴ παρόντος, οὐδ' ἂν σκιά μερικὴ γένοιτο. Ἄρ' οὖν, ὅπη σκιά, ἐκεῖ φῶς· τὰ γὰρ ἐπέκεινα τῆς σκιάς, φωτὶ καταλάμπεται· πληγὴ εἰ μὴ γε τὸ σκιάζον ὕψει τὸ φωτίζον παμπληθὲς ὑπερβαίνει· κἂν μὴ τὸ γελοιότατον τείχος τῷ παραλόγῳ τεθῆ, φῶς ἐν φωτὶ διαιτωμένη φανήσεται ἢ κακία. Πῶς γὰρ ἂν γένοιτο σκιά, τοῦ φωτός δι' ὄλου κατὰ τῆς ὕλης ὄντος, εἰ μὴ τι ἐν μέσῳ γε ἀνέχοι, καὶ ἀποκλείον δι' ὄλου ποιοῖ αὐτὴν; οὐ μὴ (4) παρεγκειμένου, καὶ πλείστον ὄσον ἀνέχοντος, κοινὸν αἰδίως ἔσται καὶ τῆ κακία τὸ φῶς.

omnino ab ea excludens umbram efficiat? In lumine non videbitur posuisse pro murc ridiculo; quod interpositum si non sit, et quam maxime disterminet, perpetua erit communitas malo cum lumine.

Αὐθις τὸ μεσημβρινὸν μέρος τῆ κακία διδόντες, ὡς ὄναρ τῆς δημιουργίας διαγράφουσι· ποῦ γὰρ τὴν μεσημβρία πρὸ μεσημβρίας; Ἀτιμότερος δὲ τόπος ἄλλος ἄλλου τῆς δημιουργίας οὐκ ἂν γένοιτο· τὸ γὰρ εὐώνυμον ὄρωντι πρὸς δύσιν, δεξιὸν αὐθις εὐρίσκεται πρὸς ἀνατολὰς ἰδόντι. Ἄλλὰ κλειστή μὲν ἡ τοῦδε τοῦ βαρβαρικοῦ δόγματος ἀτοπία· δύο γὰρ ὅλως ἀρχαί, πῶς ἂν εἶεν, ἢ κληθεῖεν ἀρχαί; ἀρχὴ γὰρ ἔστιν ἢ τε τῶν ὄλων πρεσβυτέρα καὶ τῶν ἀπάντων κρατούσα· ἂν οὐδέτερον ὑπάρξειεν ἂν οὐδέτερον. Σύγχρονα γὰρ ἄμφω καὶ συναγέννητα, ὄντα τὸν τοῦ προτερουῦσιν ἀλλήλοις διαφθερίζει λόγον. Ἄλλὰ καὶ τῆς ἀρχικῆς ἐξουσίας οὐ μόνον ἀλλήλων ὡς ἐναντία γε ταῦτα ἐξηρημένα, ἀλλὰ καὶ φύσει μαχόμενα, πῶς ἂν ἔχειν διόλου τὸ ἀρχειν νομισθεῖ; Εἰ τοίνυν μηδ-

A ascendendo ad antiquius disputatio rursus deprehendet contraria inter se separata, tanquam nullo modo contraria. Sin vero neutrius providentia interseptum, quod declarant, esse dixerint, necessario fatentur introducere se aliquid ingenitum, quod neutrius substantiam participet, ut omnino dirimendo separet hæc; atque ita fiet, ut reperiantur turbam ingenitorum ponere, qui duo ingenita esse dixerunt.

Attamen hoc quod distermminat, et interseptum est, sive murus est, sive terra sine domibus, sive aliud quodlibet: nunquid alicubi quidem habet basim, alicubi vero culmen? Atqui perspicuum est, infra quidem habere basim: sed ubi, et quantum? Supra vero culmen, sed ubi, et quantum? Supra enim et infra nomina fabricationis mundi, ante fabricationem sunt apud istos: atqui oportet etiam interseptum profundius et altius esse quam ea quæ disterminantur; ne si quid ex parte inferiori aut superiore deficiat, aditum contrariis præbeat, ut simul sint. Si autem cum umbra et sole comparent illud, quod interseptum vocant, putabunt quidem nihil habere commune umbram cum sole; convincetur tamen, deceptos esse eos turpiter a Manichæo: umbra enim communionem solis et præsentia fieri solet mole quadam interposita, quæ communionem et præsentiam solis ad alteram partem transmittit; nihilque aliud umbra est, quam indicium luminis corpore quoque interjecto impediti: nocte enim, cum non adest lumen, nec pars umbræ esse potest. Ubi igitur umbra est, ibi lumen; quæ enim ultra umbram sunt, lumine collucent, præterquam cum id quod umbram facit, multa altitudine superat id quod illuminat; et malum in lumine habitans lumen esse apparebit, nisi murum maxime ridiculum positum habent. Quomodo enim umbra esse poterit lumine materiam ex omni parte collustrante, nisi quid in medio prohibeat, et lumen

Rursus, meridianam partem malo tribuentes, somnium fabricæ describunt: ubi enim erat meridies ante meridiem? Locus autem in mundi fabrica alius alio inhonoratior non potest esse: quod enim ad lævam est in occasum aspicienti, ad dextram rursus est aspicienti in orientem. Verum absurdissimum est hoc barbaricum dogma; duo enim prorsus principia quomodo principia sint, aut appellentur? siquidem principium est, quod omnibus est antiquius, et omnium tenet principatum et imperium; quorum neutrum in neutro duorum esse potest. Esse enim ambo ejusdem temporis et cognata, rationem eorum inter se principatus et excellentiæ tollit. Imo quæ non solum a principatu potestatis inter se libera sunt, utpote contraria,

(4) Οὐ μὴ. Deesse hic aliquid videtur ex interprete.

sed natura pugnant; quomodo cogitari possunt **A** ετέρω τούτων διατώζεται τῆς ἀρχῆς ὁ λόγος, πῶς habere omnino principatum? Quodsi ratio principatus neutrum horum incolume servat, utomodo principia vocabuntur?

CAP. VIII. *Ratio duo principia non admittit.*

Quomodo rationes naturales admittent, ut sint duo secundum substantiam contraria, ubi primo quidem nomen substantiæ commune est utrisque? Primum igitur, quatenus utrumque substantia est, perspicuum est, convenire inter se, et non esse contraria. Deinde ambo sunt animalia, præterea æqualiter ingenita. Quorum autem eadem sunt nomina, et eadem descriptio, horum substantia quomodo contraria aut pugnans esse potest? Siquidem nomina res significant: dicitur enim de unoquoque **B** quod unumquodque est, ut esse potest. Itaque cognoscimus vim nominum esse res. Utrumque igitur eorum quæ Manichæus contraria putat, substantia vivens et ingenita nominatur; manifestumque est, cum talis error principium ducat a barbaris, esse etiam apud eos sublatam communium notionum consecutionem: integra enim atque eadem est utriusque ex æquo descriptio, quæ non modo omnem contrariorum suspicionem ejicit, sed neque differentiam ullam in iis quæ nominant esse permittit.

CAP. IX. *Principiorum qualitates contrariæ. In Deo nulla qualitas.*

Aiunt autem Manichæi assecleæ hoc quidem bonum, illud vero malum; qualitates videlicet ante **C** substantiam intelligentes: nominata enim similiter in utroque substantia (sunt enim ambo substantia vivens et ingenita) supervacanea est; deinceps sunt veluti qualitates contrariæ: etsi enim non decet nominare in Deo qualitatem, esse tamen prius quodammodo est cogitatione, quam talem esse; substantia autem significatur, cum dicitur substantia vivens et ingenita. Præterquam si dicant propria accidere ambobus contraria, quod est omnium stultissimum, ingenito enim nihil accidit; cui enim non accidat esse, huic neque taliter esse acciderit. Quod non est, non accidit.

Qualitates igitur contrarias licet in rebus invenire, substantias vero nequaquam: album enim et nigrum contraria sunt, utrumque in corpore eadem **D** substantia; sunt autem talia partim contraria inter se, partim non contraria. Primum namque subter unum genus sunt; utraque enim sunt color. Deinde etsi contraria esse videntur, tamen aspectum varie delectant, neutrum enim illorum immoderatione hunc offendit. Imò etiam virtus et vitium in anima; atque hæc quidem contraria, non solum in eadem substantia, sed in uno genere nominantur: utrumque enim est habitus, quæ tanquam accidentia insunt in anima a qua abesse possunt; anima in qua hæc sunt, alias aliter affecta et dis-

πῶς δ' ἂν οἱ φυσικοὶ λογισμοὶ παραδέξαιεν' ἂν ὑπάρχειν ἐναντία δύο κατ' οὐσίαν, ὅπου γε πρῶτον μὲν τὸ τῆς οὐσίας ἀμφοτέροις ὄνομα κοινόν; Καθὼ τοίνυν πρῶτον ἐκάτερον οὐσία, δῆλον, ὡς ὁμοιοῦντα καὶ οὐκ ἐναντία. Ἐπειτα ζῶα ἀμφω· πρὸς δὲ τούτους ἐπίσης ἀγέννητα. Ἐν δὲ τὰ αὐτὰ ὀνόματα, καὶ αὐτὴ ὑπογραφή, τούτων πῶς ἡ οὐσία μαχομένη καὶ ἐναντία; καίτοιγε τὰ ὀνόματα τῶν πραγμάτων ἐστὶ σημαντικὰ· κατηγορεῖ γὰρ ἐκάστου τὸ τί ἐστὶν ἕκαστον, ὡς ἐνδέχεται· γνωρίζομεν τοίνυν, ὡς δύναμις τοῖς ὀνόμασι τὰ πράγματα. Ἄρ' οὖν ἐκάτερον τῶν παρὰ τῷ Μάνεντι νομιζομένων ἐναντιῶν οὐσία ζῶσά τε καὶ ἀγέννητος ὀνομάζεται· εὐδὴλον, ὡς ἐκ βαρβάρων τὴν ἀρχὴν τῆς τοιαύτης λαθούσης πλάνης, διέφθαρται παρ' αὐτοῖς τῶν κοινῶν ἐνοιῶν ἡ ἀκολουθία· ὀλέκληρος γὰρ καὶ ἡ αὐτὴ ἐπίσης τυγχάνει ἐκατέρου ὑπογραφή, οὐ μόνον ἐναντιότητος πᾶσαν ὑπόψιν ἐξορίζουσα, ἀλλ' οὕτε διαφορὰν τινα συγχωροῦσα ἐν τοῖς ὀνομαζομένοις ὑπάρχειν.

Φασι δὲ τὸ μὲν ἀγαθόν, τὸ δὲ κακόν, τὰς ποιότητας οἶνει πρὸ τῆς οὐσίας ἐκλαμβάνοντες, οἱ τῷ Μάνεντι **C** συντρέχοντες· τῆς γὰρ οὐσίας ὁμοίως ἐφ' ἐκατέρου ὀνομαζομένης (οὐσία γὰρ ζῶσά τε καὶ ἀγέννητος ἀμφω), περιττὴ λοιπὸν τῆς οἶνει ποιότητος ἡ ἐναντιότης (4')· εἰ γὰρ καὶ μὴ ἀρμόζει ἐπὶ Θεοῦ ποιότητα ὀνομάζειν, ἀλλὰ γε τῇ ἐννοίᾳ τρόπον τινὰ τὸ εἶναι τοῦ τοιοῦτου εἶναι προτερεύει· τὸ δὲ εἶναι σημαίνεται τῷ, οὐσία ζῶσά τε καὶ ἀγέννητος. Πλὴν εἰ μὴ ἴδια φαίεν ἐπισυμβῆναι τὰ ἐναντία ἐκατέροις, ὅπερ ἐστὶ πάντων ἀνοητότερον· ἀγεννητῶν γὰρ οὐδὲν ἐπισυμβαίνει· ἢ γὰρ τὸ εἶναι μὴ ἐπισυνέθη, τούτῳ οὐδὲ τὸ τοιῶσδε εἶναι. Ὁ μὴ εἶη, οὐκ ἐπισυμβαίνει.

Ποιοτήτων μὲν οὖν ἐναντιότητά ἐστὶν ἐν τοῖς οἷσιν εὐρεῖν, οὐσίας δὲ οὐδαμῶ· λευκὸν γὰρ πρὸς μέλαν ἐναντίως ἔχει· ἐκάτερον δὲ ἐν σώματι τῇ αὐτοῦ (5) οὐσίᾳ· ἔχει μέντοι αὐτὰ, πῆ μὲν ἐναντίως πρὸς ἀλλήλα, πῆ δὲ οὐκ ἐναντίως. Πρῶτον μὲν γὰρ ὅφ' ἐν γένος ἐστὶ, χρῶμα γὰρ ἐκάτερα· Ἐπειτα, εἰ καὶ ἐναντία εἶναι δοκεῖ, ἀλλὰ γε τῇ ὅφει ποικίλως προσάγει τὴν ἀπολαυσιν· οὐδέτερον γὰρ αὐτοῖν τῇ ἀσυμμετρῷ λυπεῖ ταύτην· ἀλλὰ καὶ ἡδὴ ἀρετῆ τε καὶ κακία ἐν ψυχῇ, ὡς ἐναντία μὲν καὶ ταῦτα, οὐ μόνον δὲ ἐν τῇ αὐτῇ οὐσίᾳ, ἀλλὰ καὶ ἐν ἐνὶ γένει προσαγορεύεται· Ἔξις γὰρ ἐκάτερα, ἄτις καὶ ὡς ἐπισυμβαίνοντα ψυχῇ ἐνυπάρχει· ὅθεν καὶ ἀποσυμβαίνει ἐνδέχεται τῆς, ἐν ἧ ἐστὶ ταῦτα, ἄλλοτε ἄλλως διαπι-

(4') Περιττὴ... ἢ ἐναντ. Basnagius sic reddit: *Supervacanea est contrarietas, quæ ipsis inest ut qualitas.*
(5) Forte, τῇ αὐτῇ. EDIT.

μένης· ὡς εἶναι δῆλον, ὡς ὁ μὲν περὶ τῆς οὐσίας ἄ
λόγος ἀφώρισται, ὁ δὲ περὶ τῶν ταύτη ἐπισυμβαι-
νόντων ἕτερος τυγχάνει.

Καίτοι τὸ μὲν λευκὸν τε καὶ μέλαν ἔστιν ὅτε καὶ
ὡς ἀχώριστα ἐνυπάρχει τοῖς ἐν οἷς ἐστι· καὶ ὁμοίως
οὐδεὶς πώποτε ἀπὸ τούτων ὠνόμακεν ἐκεῖνα, ἐν οἷς
ἐστὶ ταῦτα· οὐδεὶς γάρ, θελήσας γάλα σημῆναι,
οὐχὶ μᾶλλον πρὸ τοῦ κατὰ τοῦ εἴδους τῆς οὐσίας ὀνό-
ματος κειμένον κατεχρήσατο τὸ τῆς λευκότητος, ἵνα
μὴ ἀνθ' ἐνὸς παλλὰ σημαίνειν δόξῃ, οἷς πρόσσεστιν·
ἀλλὰ μὴν καὶ κόρακα οὐ τῷ μέλανι σημαίνομεν, ἀλλὰ
τῷ τοῦ ζώου καὶ τοῦ εἴδους ὀνόματι. Αὐταὶ μὲν οὖν
καὶ τοιαῦται ἀχώριστοι ποιότητες· ἀρετὴ δὲ καὶ
κακία ἐν ψυχῇ τῶν ἐπισυμβαινουσῶν ποιότητων εἰσὶν·
Sunt hi , chori duo , prophetarum scilicet et apo-
stolorum. Apostoli enim cum docerent gentes , se-
cum habebant a Deo inspirata oracula prophetarum
quæ Christo testimonium perhiberent , quomodo
vidit magnus inter prophetas Ezechiel : *Rota , in-*
quit , in rota , volans ac currens ⁴⁴. Dicens Jesus :
Ite in castellum quod contra vos est , misit eos in
universum erant orbem : hactenus enim gentiles
contrarii erant fidei Ecclesie Judaici populi. Porro
opportuno eos tempore misit in castellum gentium,
quod contra erat : quippe illud paratum erat , ut
præfatos duos choros prophetarum ac apostolorum
reciperet. Et ut *ei pullum adducerent* ; nempe gen-
tes , super quas ascenderet ac regnaret , juxta quod
Psalmistia ait : *Regnavit Deus super gentes : Domi-*
nus sedens super sedem sanctam suam ⁴⁵. *Super*
quam nemo unquam hominum sedit ⁴⁶. Nam neque
Deum sessorem habebant ac regnantem super eas ,
neque legem neque prophetas. *Solvite , inquit , il-*
lum , et adducite mihi. Apostoli enim a tenebris
gentes absolverunt : hoc est , a Dei ignorantia , ab
errore , a peccato , ab alieni servitute , a potestate
tonebrarum principis sæculi hujus ⁴⁷ : adduxerunt-
que ad eorum creatorem ac opificem Dominum. Ac
ecce , super eas sedet regnatque , uti super cheru-
bim , clamantes atque dicentes : *Hosanna in altis-*
simis : Benedictus qui venit in nomine Domini ; pax in
cælo , et gloria in altissimis. Sic enim Lucas ait ⁴⁸.
Cur is vero , *Pax in cælo* , dicit ? Numquid enim an-
geli non habebant in cælo pacem ? Habebant sane ,
ac plane habebant pacem in se ipsis : illam nimi-
rum pacem , *quæ exsuperat omnem sensum* ⁴⁹ , quem-
admodum sapientissimus Paulus ait : habebant in
cælo pacem ; haud tamen cum hominibus habebant.
Cælum per se ipsum pace gaudebat. Ut autem an-
geli universum humanum genus Lazari signo con-
gregatum viderunt , gentesque solutas pulli instar ,
ad auctoris servitutem accedentes ac regnum ; cœ-
lum quoque pacis fœdera cum hominibus iniit ,
clamaveruntque unanimiter , atque dixerunt , *Bene-*
dictus qui venit in nomine Domini : pax in cælo , et
gloria in altissimis. Et imposuerunt super pullum
vestimenta. Significant hæc , quam ipse eis dedit gra-
tiam in gentibus ⁵⁰ , per quam Jesum super eas se-
dere fecerunt ; nec id solum , sed et per proprias
quoque eorum virtutes , quemadmodum significat
sacer Evangelista dicens : *Alii autem sternebant re-*

οὖν μετ' αὐτῆς τῆς μητρὸς σου Σιών , Χαῖρε σφόδρα,
ὀψιτερ Ἱερουσαλήμ ἐπουραίου· μετὰ τῆς μητρὸς
σου βωῶσα Ὁσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις· εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου.

Καὶ τί φησι τὸ εὐαγγέλιον· Ὅτε ἤγγισαν εἰς
Ἱερουσαλήμ , καὶ ἤλθον εἰς Βηθφαγή ; Ἴνα γὰρ
φάγωσιν αὐτὸν οἱ πιστοί , ἤρχετο ἐν τῷ ὑπερέμῳ πρὸς
τὸ θρος τῶν Ἑλαιῶν (ὃ ἐστὶν ἐκ τοῦ λαοῦ πιστῆ Ἐκ-
κλησίας). Τότε ὁ Κύριος ἀπέστειλε δύο τῶν μαθη-
τῶν αὐτοῦ· οἳτινὲς εἰσι δύο χοροὶ τῶν προφητῶν
καὶ ἀποστόλων. Μαθητεύοντες γὰρ τὰ ἔθνη οἱ ἀπό-
στολοι , εἶχον μεθ' ἑαυτῶν τὰ θεόπνευστα τῶν προφη-
τῶν λόγια , τὰ μαρτυροῦντα τῷ Χριστῷ , ὡς τρόπον
ἐθεώρησεν αὐτοὺς Ἰεζεκιήλ ὁ μέγας ἐν προφήταις·
Τροχὸς , φησὶν , ἐν τροχῷ , πετόμενος καὶ τρέχων.
Λέγοντος πρὸς αὐτοὺς τοῦ Ἰησοῦ· Πορευθέντες εἰς
τὴν κατέναντι κώμην· ἀπέστειλεν αὐτοὺς εἰς πᾶσαν
τὴν οἰκουμένην τῶν ἐθνῶν· ὅτι ἐναντίοι ἦσαν τῶς
τῆς ἐκ τοῦ λαοῦ πιστῆ· Ἐκκλησίας. Καίρω γὰρ εὐ-
θέτω ἀπέστειλεν αὐτοὺς εἰς τὴν κατέναντι κώμην
τῶν ἐθνῶν· ἐτοίμη γὰρ ἦν δέξασθαι τοὺς προειρη-
μένους δύο χοροὺς τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν.
Καὶ ἀγαγεῖν πρὸς αὐτὸν τὸν πῶλον· οἳτινὲς εἰσι
τὰ ἔθνη· τοῦ ἐπιθῆναι καὶ βασιλεῦσαι ἐπ' αὐτὰ , κα-
θὼς φησὶν ὁ Ψαλμωδός· Ἐβασίλευσεν ὁ Θεὸς ἐπὶ
τὰ ἔθνη· Κύριος κάθηται ἐπὶ θρόνον ἀγίου αὐτοῦ·
ἐφ' ᾧ οὐδεὶς ποτε ἀνθρώπων κεκάθικεν. Οὐδὲ γὰρ
θεοὶ εἶχον ἐπιβαίνοντα καὶ βασιλεύοντα ἐπ' αὐτὰ,
οὐδὲ νόμον οὐδὲ προφήτας. Λύσαντες αὐτὸν , φησὶν ,
ἀγάγετέ μοι. Ἐλύσαν γὰρ τὰ ἔθνη οἱ ἀπόστολοι ἀπὸ
τῆς σκοτίας , τουτέστι τῆς τοῦ Θεοῦ ἀγνωσίας , ἀπὸ
τῆς πλάνης , ἀπὸ τῆς ἀμαρτίας , ἀπὸ τῆς δουλείας τοῦ
ἄλλοτρίου , ἀπὸ τῆς ἐξουσίας τοῦ σκότους , τοῦ ἔρ-
χοντος τοῦ αἰῶνος τούτου· καὶ ἤγαγον πρὸς τὸν κτί-
στην καὶ δημιουργὸν αὐτῶν Κύριον. Καὶ ἰδοὺ κάθη-
ται ἐπ' αὐτὰ , καὶ βασιλεύει ὡς ἐπὶ τῶν χειροῦμι-
κράζοντα καὶ λέγοντα· Ὁσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις·
εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου· εἰ-
ρήνη ἐν οὐρανῷ , καὶ δόξα ἐν ὑψίστοις. Οὕτω γὰρ
φησὶν ὁ Λουκᾶς· Εἰρήνη ἐν τῷ οὐρανῷ , τίνας ἐνε-
κεν λέγει ; Οὐκ εἶχον οἱ ἄγγελοι εἰρήνην ἐν τῷ οὐρα-
νῷ ; Ναί· καὶ πάντες εἶχον ἐν ἑαυτοῖς τὴν εἰρήνην· ἐ-
ρήνην τὴν ὑπερέχουσαν πάντα νοῦν , καθὼς φησὶ
ὁ σοφώτατος Παῦλος· εἶχον εἰρήνην ἐν οὐρανῷ· ἀλλὰ
μετὰ τῶν ἀνθρώπων οὐκ εἶχον. Ὁ οὐρανὸς εἰρήνην
εἶχε καθ' ἑαυτόν. Ὅταν δὲ ἴδον οἱ ἄγγελοι πᾶσαν
τὴν ἀνθρωπότητα ἀγειρομένην διὰ τοῦ σημείου τοῦ
λαζάρου , καὶ τὰ ἔθνη λυόμενα δίκην τοῦ πώλου , καὶ
ἐρχόμενα εἰς τὸ βασιλεῦσθαι ὑπὸ τοῦ δημιουργοῦ
αὐτῶν· τότε εἰρηνεύθη καὶ ὁ οὐρανὸς μετὰ τῶν ἀν-
θρώπων , καὶ ὁμοθυμαδὸν ἔκραζον καὶ ἔλεγον· Εὐ-
λογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου· εἰρή-
νη ἐν οὐρανῷ , καὶ δόξα ἐν ὑψίστοις. Καὶ ἐπέθη-
κεν ἐπάνω τοῦ πώλου τὰ ἱμάτια· ἅτινα σημαίνου-
σι τὴν χάριν τὴν παρ' αὐτοῦ δοθεῖσάν αὐτοῖς· ἐν τοῖς
ἔθνεσι , καὶ δι' αὐτῆς ἐπεβίβασαν τὸν Ἰησοῦν ἐπ' αὐ-

⁴³ Matth. xxi , 1. ⁴⁴ Ezech. i , 17. ⁴⁵ Psal. xlix , 9. ⁴⁶ Marc. xi , 2. ⁴⁷ Ephes. ii , 2. ⁴⁸ Luc. xix , 38. ⁴⁹ Philipp. iv , 7. ⁵⁰ Galat. iii , 8.

τά· οὐ μόνον δὲ τοῦτο, ἀλλὰ διὰ τὰς ἰδίας ἀρετὰς, καθὼς σημαίνει ὁ εὐαγγελιστής, λέγων· Ἄλλοι δὲ ὑπεστρώωνον τὰ ἰμάτια αὐτῶν (72) ἐν τῇ ὁδῷ. Εἰς τοῦτο δὲ τὰς ἰδίας ἀρετὰς, ὡς συνέσσωξαν χάριτι, αἰνίττεται, ὡς φανερῶς λέγει ὁ θεσπέσιος Παῦλος· Δικαιωθέντες οὖν ἐκ πίστεως, εἰρήνην ἔχωμεν πρὸς τὸν Θεὸν διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ τὴν προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν ἐν τῇ πίστει εἰς τὴν χάριν ταύτην, ἐν ᾗ ἐστήκαμεν, καὶ κυχώμεθα ἐπ' ἐλπίδι τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ. Ἔως δὲ [τούτου] τὰ τῆς χάριτος. Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ κυχώμεθα ἐν ταῖς θλίψεσιν ἡμῶν, εἰδότες, ὅτι θλίψις ὑπομονὴν κατεργάζεται· ἡ δὲ ὑπομονὴ δοκιμὴν· ἡ δὲ δοκιμὴ ἐλπίδα· ἡ δὲ ἐλπίς οὐκ αἰσχύνει· ὅτι ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ ἐκκέχεται εἰς τὰς καρδίας ἡμῶν διὰ Πνεύματος ἁγίου, τοῦ δοθέντος ἡμῖν. Τὸ δὲ, Ἐν τῇ γῇ ὑπεστρώωνον, ὅτι σωματικῶς καὶ φανερῶς καὶ αἰσθητῶς ἐθεουρύνοντο αἱ ἀρεταὶ αὐτῶν ἐνώπιον τῶν ἔθνων, καθὼς καὶ ἐν ἐτέρῳ πού φησι πρὸς ταῦτα λέγων ὁ Ἀπόστολος· Οἶα εἶδετε ἐν ἐμοὶ καὶ ἠκούσατε καὶ περιλάβετε, ταῦτα πράξατε. Ἄλλ' ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανώμεν.

Οἱ δὲ ὄχλοι οἱ πρόγοντες καὶ οἱ ἀκολουθοῦντες ἔκραζον, μετὰ αἰνῶν καὶ κλάδων ἐλαιῶν καὶ βατῶν· οἵτινες σημαίνουσι τὴν πρακτικὴν ἐργασίαν τοῦ ἔξω ἀνθρώπου· καὶ βᾶτα φοινίκων, οἵτινες μνησθῶσι τὴν πνευματικὴν καὶ πρακτικὴν καὶ γνωστικὴν καὶ καθαρὰν τοῦ ἔσω ἀνθρώπου ἐργασίαν. Ἐκράζον λέγοντες· Ὠσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις. Ἐν ἀληθείᾳ γὰρ πάντες οἱ ὄχλοι τῶν δικαίων καὶ προφητῶν καὶ ἱερέων, οἵτινες εἰσιν οἱ πρόγοντες καὶ οἱ ἀκολουθοῦντες, πίστει κράζουσι, καὶ λέγουσιν· Ὠσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβὶδ· Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου· Ὠσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις· ὡς ὁ εὐαγγελιστής φησι· Τοῦτο δὲ ὄλον γέγονεν, ἵνα πληρωθῇ τὸ ρηθὲν διὰ τοῦ προφήτου, λέγοντος· Εἶπατε τῇ θυγατρὶ Σιών. Πρὸς τίνας λέγεις, Εἶπατε, ὦ προφῆτα; Ἴδου σὺ κηρύττεις· Ἴδου σὺ λέγεις. Ἐγὼ, φησὶν, ἐπεθύμουν ἰδεῖν καὶ ἀκοῦσαι· οὐκ ἐγὼ μόνος, ἀλλὰ καὶ πολλοὶ προφῆται καὶ δίκαιοι. Ἄλλὰ καὶ τοῖς εὐρισκομένοις καὶ μαθητευομένοις, καὶ θεωροῦντας (73) καὶ ἀκούοντας τοῦ βασιλέως Σιών λέγω, ἵνα εἴπωσι καὶ κηρύξωσιν· Εἶπατε τῇ θυγατρὶ Σιών· Ἴδου ὁ βασιλεὺς σου ἐρχεται σοι. Καὶ οὐκ εἶπε ψιλῶς, ἐρχεται· ἀλλ' ἐρχεται σοι· τουτέστι, σοῦ γενέσθαι, καὶ ἐν σοὶ οἰκῆσαι. Ἴδου ὁ βασιλεὺς σου ἐρχεται σοι δίκαιος καὶ σώζων. Σώζων ἀπὸ τῆς δουλείας τοῦ ἐχθροῦ τοὺς πιστεύοντας ἐπ' αὐτόν. Πρατὶς καὶ ἐπιθετικῶς ἐπὶ πῶλον υἱὸν ὑποζυγίου· τουτέστι, ταπεινόφρων, καὶ ἐν τῇ ταπεινοφροσύνῃ αὐτοῦ ἐξολοθρεῖν τὰ ἄρματα τῆς βασιλείας Ἐφραΐμ· τουτέστι τοῦ διαδόλου, ὃς ἐβασίλευσεν ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ καὶ ἐπὶ τὰ ἔθνη. Ἐξωλόθρευσε δὲ καὶ κατὰ τὸ γράμμα καὶ τὴν βασιλείαν τοῦ λαοῦ τῶν Ἰουδαίων, καὶ ἐπαύθη. Καὶ Ἰσραὴλ, φησὶν, ἐξ Ἰερουσαλήμ· τουτέστι πᾶσαν τὴν ὑπερηφανίαν τῆς

stimenta sua in via. Per hoc enim proprias eorum virtutes quas gratiæ conjunxerunt, indicat, quemadmodum admirabilis Paulus aperte ait : *Justificati ergo ex fide pacem habeamus ad Deum per Dominum nostrum Jesum Christum : per quem et habemus accessum per fidem in gratiam istam, in qua stamus, et gloriamur in spe gloriæ Dei* ⁸¹. Hactenus quæ spectant ad gratiam. Non solum autem, sed et gloriamur in tribulationibus nostris : scientes quod tribulatio patientiam operatur ; patientia autem probationem ; probatio vero spem ; spes autem non confundit : quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis ⁸². Quod autem ait, *Sternebant in via*, eo dictum sit, quod eorum virtutes coram gentibus corporaliter palamque ac sensibili ratione aspectandæ proponerentur, uti etiam alio quodam loco ad idem ait Apostolus : *Quæ vidistis in me et audivistis et acceptistis, hæc agite* ⁸³. Verum ad propositum revertamur

VI. *Turbæ autem quæ præibant et quæ sequebantur clamabant, cum laudibus et ramis olivarum atque palmarum. Significant olivarum rami actuosam operationem exterioris hominis : rami autem palmarum, spiritalem activamque ac contemplativam atque puram hominis interioris operationem. Clamabant dicentes : Hosanna in altissimis.* Re vera enim omnes turbæ justorum, et prophetarum ac sacerdotum, quos intelligimus præcæntes atque sequentes, fide clamant, dicuntque : *Hosanna filio David : Benedictus qui venit in nomine Domini : Hosanna in altissimis* : quemadmodum sacer evangelista ait : *Hoc autem totum factum est, ut adimpletetur quod dictum est per prophetam, dicentem : Dicite filiæ Sion.* Quibusnam propheta ais, *Dicite*? En ipse prædicat : en ipse dicis. Ego, inquit, desiderabam videre et audire : nec ego tantum, sed et multi prophetæ et justī ⁸⁴. Verum dico, cum inventuris ac discipulis, tum iis qui vident ac audiunt Regem Sion, ut dicant ac prædicent : *Dicite filiæ Sion : Ecce rex tuus venit tibi.* Non nude dixit, *venit* : sed, *venit tibi* : hoc est, ut sit tuus, et habitet in te. *Ecce rex tuus venit tibi justus et salvans.* Salvans ab inimici servitute credentes in eum. *Mansuetus, et sedens super pullum filium subjugalis* : hoc est, humilis, suaque humilitate *dispersens currus regni Ephraim* ⁸⁵ ; hoc est diaboli, qui regnaverat super Israel et super gentes. Sed et ad litteram, regnum quoque populi Judæorum disperdidit, illudque jam desiit. *Et equum de Jerusalem* : hoc est, omnem eorum principatus superbiam humili pullo suo. Porro, Jacob cum benediceret Judam, factamque ad Abraham ac Isaac patres suos benedictionem, quæ est Christi^{us} declararet, ait : *Alligavit ad vitem pullum*

⁸¹ Rom. v, 1, 2. ⁸² ibid, 3, 5. ⁸³ Ph. iij, 17. ⁸⁴ Math. xiii, 17. ⁸⁵ Zach. ix, 10.

(72) Αὐτῶν. Apud Matthæum xxi, 8, ἐκστῶν.

(73) Καὶ θεωρῶ. Forte καὶ πρὸς ἑαυρῶ.

scum⁸⁰. Ad vitem enim de Ægypto translata⁸⁰, quæque totam implevit terram per doctrinam prophetarum ejus atque justorum, universas gentes alligavit. Nam pullus in lege immundus erat, uti et gentes. Alligans ad vitem pullum scum. Quid ita? Ut ab ea legem ac prophetas ac in eis latentem Dei scientiam acciperent: hoc est, Christum; qui est benedictio ac purgatio gentium. Quippe ait: *Et ad helicem pullum asinæ suæ*. Est helix, quod ex vite germinat: Christus nimirum, qui genuit ex vite synagoga translata de Ægypto; quemadmodum ipsemet ad eum Jacob ait: *Ex gemine, fili mi, ascendisti*: inque eo gentes insolubili vinculo alligatæ sunt.

πῶλον τῆς θρου αὐτοῦ. Ἐλιξ ἐστὶ τὸ βλάστημα τὸ ἀγωγῆς τῆς ἐξ Αἰγύπτου βλαστήσας, καθὼς αὐτὸς ὁ ἀνέθης· καὶ ἐδεσμεύθησαν τὰ ἔθνη ἐν αὐτῷ ἀλύτως.

VII. Et nos itaque insolubiliter Christo alligemur. Siquid omnino ab ejus solemnitatibus salutem obtinere contendimus; nos quoque ipse una cum Lazaro, a mortuis operibus⁸¹ nostris quæ sine Deo sunt facta, suscitaturus est⁸². Sic ipsi in Bethania concœnabimus, quam interpreteris, domum obedientiæ. Sic a captivitate oblivionis animi pariter ac corporis sensus apte colligemus, clamantes ac dicentes: *Hosanna in altissimis: Benedictus qui venit in nomine Domini*; in suam ipse Jerusalem ingressurus: non jam ut patiat, uti tunc; sed ut salvet eam, Salvatorque ab ea glorificetur, quomodo David eam compellens ait: *Lauda, Jerusalem, Dominum; lauda Deum tuum, Sion*⁸³. Dixit iterum: *Lauda ac lauda*; animo pariter ac corpore. *Quoniam confirmavit vectes portarum tuarum*⁸⁴: nempe fidem, spem et charitatem, meditationem ac studium cœlestis, longanimitatem, patientiam. *Benedixit filiis tuis in te*⁸⁵: nempe infantibus fidelibus, qui Dominum cum ramis susceperunt; cum novis utique fructibus: infantibus, inquam, sugentibus lac doctrinæ Christi. Credentes enim in eum, mox laudant, sicut scriptum est: *Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem*⁸⁶. Efficiamur pro immundo pullo sacrum ei vehiculum, ut in nos ascendat. Curram ei nostrarum cogitationum jungamus, et regnabit super nos in sæcula, et regni ejus non erit finis⁸⁷. Hilarem vitæ rationem ceu ramos olivarum assumamus, ut quemadmodum ait regius Psaltes, *Faciem nostram in oleo exhilaremus*⁸⁸. Et iterum: *Servite Domino in lætitia*⁸⁹. Divinam rursus ac spiritalem operationem in interiori homine ceu palmarum ramos tollentes, sequamur, gratias ei agentes: ac pro candore quidem, rectam intemeratamque ac simplicem assumamus fidem; pro agilitate autem, patientem ferrem; spem inquam, quæ pungat ac jugulet cogita-

αὐτῶν ἀρχῆς διὰ τοῦ ταπεινοῦ αὐτοῦ πώλου. Ὁ δὲ πατριάρχης Ἰακώβ, εὐλογῶν τὸν Ἰούδα, καὶ ἐκφαίνων τὴν εὐλογίαν τὴν πρὸς τοὺς πατέρας αὐτοῦ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ, ἦτις ἐστὶν ὁ Χριστός, λέγει· Δεσμεύων πρὸς ἄμπελον τὸν πῶλον αὐτοῦ. Πρὸς γὰρ τὴν ἄμπελον τὴν μεταστᾶσαν ἐξ Αἰγύπτου, τὴν πληρώσανσαν πᾶσαν τὴν γῆν ἀπὸ τῆς διδασχῆς τῶν προφητῶν αὐτῆς καὶ δικαίων, ἐδέσμευσε πάντα τὰ ἔθνη. Ὁ γὰρ πῶλος ἀκάθαρτος ἐστὶν ἐν τῷ νόμῳ· οὕτω καὶ τὰ ἔθνη. Δεσμεύων πρὸς ἄμπελον τὸν πῶλον αὐτοῦ. Διὰ τί; Ἵνα δέξονται παρ' αὐτοῦ (74) τὸν νόμον καὶ τοὺς προφῆτας, καὶ τὴν ἐν αὐτοῖς θεογνωσίαν· τουτέστι τὸν Χριστὸν, ὃς ἐστὶν εὐλογία τῶν ἔθνῶν καὶ κάθαρσις. Φησὶ γάρ· Καὶ τῇ ἑλικί τὸν ἐξ ἄμπελου· ὃς ἐστὶν ὁ Χριστός, ἐξ ἄμπελου τῆς συν- Ἰακώβ φησι πρὸς αὐτόν· Ἐκ βλαστοῦ, υἱέ μου,

B Οὐκοῦν δεσμευθῶμεν καὶ ἡμεῖς εἰς τὸν Χριστὸν ἀλύτως. Ἐὰν ὅλως ἀγωνιζώμεθα τοῦ σωθῆναι ἀπὸ τῶν ἑορτῶν αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς συνεγερεῖ ἡμᾶς τῷ Λαζάρῳ ἀπὸ τῶν νεκρῶν ἡμῶν ἔργων, τῶν χωρὶς αὐτοῦ γερομέτρων. Οὕτω συνδειπνοῦμεν αὐτῷ ἐν τῇ Βηθανίᾳ, ἦτις ἐρμηνεύεται οἶκος τῆς ὑπακοῆς. Οὕτως ἀρμολῶς συνάγωμεν (75) τοὺς λογισμοὺς ἡμῶν ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας τῆς λήθης μετὰ τῶν αἰσθητηρίων τοῦ σώματος, κρίζοντες καὶ λέγοντες· Ὡσαννά ἐν τοῖς ὑψίστοις· Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου, εἰσελθεῖν εἰς τὴν ἐκτουτοῦ Ἱερουσαλήμ· οὐ διὰ τὸ παθεῖν, ὡσπερ τότε, ἀλλ' ἵνα σώσῃ αὐτήν, καὶ δοξασθῇ ὑπ' αὐτῆς· καθὼς φωνεῖ αὐτὴν Δαβὶδ λέγων· Ἐπαίρει, Ἱερουσαλήμ, τὸν Κύριον· αἶνει τὸν Θεόν σου, Σιών. Δεύτερον εἶπεν· Ἐπαίρει καὶ αἶνει, ψυχῇ καὶ σώματι. Ὅτι ἐνίσχυσε τοὺς μοχλοὺς τῶν πυλῶν σου· οἵτινές εἰσι πίσις, ἐλπὶς, ἀγάπη, μελέτη, μακροθυμία, ὑπομονή. Εὐλόγησε τοὺς υἱοὺς σου ἐν σοὶ· οἵτινές εἰσι τὰ πιστὰ νήπια τὰ δεχόμενα τὸν Κύριον μετὰ τῶν κλάδων· τουτέστι μετὰ καρπῶν νέων· τὰ θηλάζοντα τὸ γάλα τῆς διδασκαλίας τοῦ Χριστοῦ. Πιστεύοντες γὰρ εἰς αὐτόν, εὐθέως αἰνοῦσι, καθὼς γέγραπται· Ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον. Γενώμεθα αὐτῷ ὄχημα ἄντι ἀκαθάρτου πώλου, ἵνα ἐπιβῇ ἐφ' ἡμᾶς. Ζεύξωμεν αὐτῷ τὸ ἄρμα τῶν λογισμῶν ἡμῶν, καὶ βασιλεύσει ἐφ' ἡμᾶς εἰς τοὺς αἰῶνας, καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ οὐκ ἔσται τέλος. Λάβωμεν ἰλαρὰν πολιτείαν ὡς κλάδη ἐλαίων, τοῦ Ἰλορῦναι τὸ πρόσωπον ἡμῶν ἐλαίῳ, καθὼς φησὶν ὁ Ψαλμῶδης· καὶ πάλιν· Δουλεύσατε τῷ Κυρίῳ ἐν εὐφροσύνῃ· ἄρωμεν πάλιν ἐν τῷ ἔσω ἀνθρώπῳ τὴν θεϊκὴν καὶ πνευματικὴν ἐργασίαν, ὡς τὰ τῶν φωνικών βάττα, καὶ ἀκολουθήσωμεν εὐχαριστοῦντες αὐτῷ· καὶ ἀντὶ μὲν τῆς ἀσπρότητος [ἀπλότητος] τὴν ὀρθὴν καὶ ἀμίαντον καὶ ἀπλὴν πίστιν· ἀντὶ δὲ τῆς δξύτητος τὴν ὑπομονητικὴν ἐλπίδα· τὴν κεντούσαν

⁸⁰ Genes. xlix, 11. ⁸¹ Psal. lxxix, 9. ⁸² Hebr. vi, 1. ⁸³ Joan. xi, 3. ⁸⁴ Psal. cxlvi, 1. ⁸⁵ Ibid. 2. ⁸⁶ Psal. viii, 3. ⁸⁷ Luc. i, 32, 33. ⁸⁸ Psal. ciii, 15. ⁸⁹ Psal. xcix, 2.

(74) Παρ' αὐτοῦ. Scrib. παρ' αὐτῆς.

(75) Συνάγωμεν. Forte συνάξομεν.

καὶ σφάζουσαν πάντα λογισμὸν ἐπαιρόμενον, αἰχμα- A
λωτεύσαι ἡμᾶς ἀπὸ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ· καὶ ἀντὶ
τῆς γλυκύτητος τοῦ φοίνικος τὴν γλυκείαν ἀγάπην,
τὴν συνισταμένην ἐκ τῶν προρρήθέντων πίστεως,
καὶ ἐλπίδος, καὶ τῶν λοιπῶν, ἵνα πληρωθῆ ἡμῖν
τὸ ρηθὲν· *Δίκαιος ὡς φοίνιξ ἀνθήσει· ὡσεὶ κέδρος
ἡ ἐν τῷ Λιβάνῳ πληθυνθήσεται.* Ἀκολουθήσωμεν
αὐτῷ εἰς τὴν ἀγίαν πόλιν· εἰσέλθωμεν μετ' αὐτοῦ εἰς
τὸ ἱερὸν, ἵνα τὰς τραπέζας τῶν ἐν ἡμῖν κολλυβιστῶν
καταστρέψῃ, καὶ τοὺς δαίμονας τοὺς πωλοῦντας τὰς
περιστεράς, τοὺς ἐν πλάνῃ πετομένους λογισμοὺς, ἀπο-
διώξῃ ἀφ' ἡμῶν μετὰ πάντων τῶν πωλοῦντων ἐν ἡμῖν
καὶ ἀγοραζόντων· καὶ ἀντὶ σπηλαίου ληστῶν ποιήσῃ
ἡμᾶς κατὰ τὸν ἀρχαῖον ἱερὸν ναὸν ἄγιον, ἐν ᾧ οἰκεῖ
καὶ περιπατεῖ Χριστός· ἵνα τοῖς τυφλοῖς ἡμῶν φῶς
χαρίσῃται, καὶ τοὺς κωφοὺς ποιήσῃ ἀκούσαι, καὶ B
τοὺς χλωροὺς περιπατῆσαι, καὶ τοὺς νεκροὺς μετὰ Λα-
ζάρου ἐγείρῃ. Ὅπου γὰρ οἰκεῖ ζωὴ, ἐκεῖ ἀνάστασις
ἐστίν· ἵνα μετὰ Λαζάρου, καὶ τῶν ὄχλων καὶ τῶν
μαθητῶν αὐτοῦ, μετὰ νηπίων καὶ θηλαζόντων, καὶ
μετὰ τῶν ἁγίων· ἀγγέλων κράζωμεν βοῶντες· *Ὁσαννὰ
ἐν τοῖς ὑψίστοις· Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν
δρόμῳ Κυρίου·* Χριστὸς Κύριος καὶ ὁ Θεὸς ἡμῶν,
ὁ βασιλεὺς τῶν αἰώνων. Αὐτῷ δόξα, τιμὴ, κράτος
καὶ προσκύνησις, ἅμα τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.
'Αμήν.

“ II Cor. x, 5. * Psal. xcī, 15. “ Matth. xxi, 12. “ I Tim. i, 17.

ANNO DOMINI CCCXIV-CCCLXIV.

MARCELLUS ANCYRANUS EPISCOPUS

DIATRIBA

DE CAUSA MARCELLI ANCYRANI

(ΜΑΡΚΕΛΛΟΥΣ., *Biblioth. nova Patrum*, I, 41.)

PROEMIUM ET DIVISIO OPERIS.

De Marcelli Ancyrani doctrina, etsi ab ipso Marcelli ævo ad hoc usque tempus ab insignibus viris dis-
ceptatum sit, res tamen adhuc in ancipiti manet : alii namque illum temeratae fidei reum agunt, alii
ut recta fidei vindicem defendunt, alii quaestionis difficultate deterriti, non audent in utramvis partem
ferre iudicium. Ad postremos autem incunctanter accederem, nisi ex eo, quod jam primum publicatur,
opusculo nova Marcellianis rebus lux oriretur. Hujus adminiculo non sine spe enodandæ, in multis sal-
tem, rei hactenus perplexæ et intricatæ, huic Diatribæ manum admovemus, totamque hæc in capita dis-
tribuimus. Præit compendiarie de vita Marcelli narratio ; hinc exquiritur, qui fuerit ille Marcello ascrip-
tus error ; tum an in ejus contra Asterium libro deprehendi potuerit ; deinde num errorem illum in
decursu vitæ verbo vel scripto tradiderit ; itemque an ab Athanasio a communione remotus fuerit ; demum
igitur de Marcelli et Ecclesiæ Ancyranæ ad Athanasium legatione, quam nunc primum edimus.

CAPUT PRIMUM.

COMPENDIARIA DE VITA MARCELLI NARRATIO.

Qui anno 374 saltem centenarius e vivis excessit, Marcellus, anno circiter 274, Aureliano rerum potente, natus sit oportet, eodem ferme tempore quo Paulus Samosatenus, cujus hæresin restaurasse fertur Marcellus, Antiochena sede pulsus est. Ante annum 314 in Ancyranum episcopum adlectus, Ancyranæ synodo eodem anno celebratæ interfuit. Hinc in Nicæna synodo in Arium ei asseclas acriter invectus, eorum in se inflammavit odia. Excitata vero dissensio in apertum bellum erupit, cum Asterio sophista Arianorum vindice in edito ab se libro catholicam fidem oppugnante, Marcellus insigni opere Asterium adortus, Arianorum primipilares omnes exagitavit. Hæc princeps causa irarum, hi sævi dolores Arianorum, qui exinde classicum in Marcellum canentes, eum et scriptis et moliminibus sunt aggressi. Siquidem ulciscendæ injuriæ cupidine, primo Jerosolymam, teste Socrate, Marcellum evocant, causam dicturum; deinde vero Constantino-polin accersunt, abnuentemque ejurare hæresin, quam in libro ejus efferrî contendebant, gradu deiciunt, ipsique Basilium subrogant. Hinc Eusebius Cæsariensis duobus contra Marcellum libris tribusque aliis vario titulo Arianorum res vindicavit: atque ita gregalibus suis oblata crimina depulit, ut se ipse proderet Arianum. Tum ibidem contra Marcellum rem strenue gessit, quem violatæ sanæ doctrinæ reum egit: ac instaurati Pauliani et Sabeliani erroris accusavit. Hac autem in re non prorsus infausto conatu Marcellum adortus est: exinde namque non modo Arianis invisus, sed etiam Catholicorum multis suspectus esse cœpit.

Sub hæc defuncto Constantino, cum aliis exsulis Marcellus sedi restitutus, non sine tumultu ac cædibus locum repetiit. Nec diu postea extorris denuo factus, ad Julium papam receptum habuit. Ibi filens adversarios provocat ad iudicium, Julio fidei suæ formulam offert, nullo, ut planum est, vitio laborantem: suum contra Asterium librum defendit, truncas sententias ab Eusebianis pravum in sensum detortas, adulteratam verborum seriem in Romana 50 episcoporum synodo comprobata, dicta tuetur et explicat: demumque ab Julio et episcopis ad communionem ut innoxius admittitur anno 342. Arianis vero non quiescentibus, detrectantibusque Romanum iudicium, parem sub hæc fortunam expertus est in Sardicensi synodo œcumenica: ubi postquam causam dixerat, purgatus ipse, Ariani præsules damnati anathemateque percussi sunt. Jam prona Marcello omnia erant: et post dictam secundum ipsum duabus in synodis sententiam, spes videbatur esse neminem Catholicorum ausurum ultra de sincera ejus fide dubitare. Verum secus res cessit: nam sive quia Marcellus, quæ in libro suo ita adtemperate enuntiata erant ut possent in bonam malamve partem deflecti, in quotidianis fabulatio-

nibus secundum hæreticam sententiam explicaret; sive quia Photinus ejus discipulus parem impietatem, imo graviorem, palam et in Ecclesia deprædicaret, qua de causa nec diu postea damnatus depositusque est; hinc Marcelli fama in deterius versa: crescebat in dies suspicio, multi Catholicorum palam hominem, ut Sabello affinem, damnabant: resque illo deducta est, ut etiam Athanasio, quicum ipsi hactenus necessitudo et familiaritas interceserat, suspectus esse cœperit. Neque tamen, narrantibus licet Hilario et Sulpicio Severo, ab Athanasio tunc damnatus, et a communione remotus fuit, ut mox commonstrabitur. Postremis Athanasii vitæ annis nova omniumque forte gravissima in Marcellum tempestas excitatur: cum Basilius ille Magnus et alii bene multi coorti sunt, et virum impietatis causa damnandum prædicant: tum Athanasio auctores sunt, ut hominem a catholica fide alienum ab Ecclesiæ communione depellat. Sensit Marcellus vir annosissimus et pene centenarius, jam proximum esse ut Athanasius ille, olim amicus et fortunarum consors, sententiam adversum se diceret, et cum jam periculum portenderetur, sui et totius Ancyranæ Ecclesiæ nomine Eugenium diaconum aliosque ad Athanasium oratores mittit, commendatitiis episcoporum Græciæ et Macedonia, quibuscum pacem et societatem fovebat Athanasius, litteris instructos: qui recitata fidei suæ formula, erroris ab se et pravæ opinionis suspicionem dimoverent: quia vero hæc fidei professio in omnibus suis partibus catholica est, ascriptamque Marcello hæresin anathemate ferit, ab Athanasio et Ægyptiis episcopis admissa, eorumque suffragiis manita est. Hallucinantur ergo qui Marcellum putant ab Athanasio Basilii instigatione damnatum, et quorum numero Tillemontius. Nam, ut in hoc egregio opusculo videas, Athanasius, qui Ecclesiæ Ancyranæ oratoribus postulata concedit, eorumque fidei formulæ astipulatur, etiam eas, quæ expetunt, commendatitiis litteras haud dubie dederit necesse est. Sub hæc autem diem obiit Marcellus, annis circiter duobus antequam Epiphanius de Marcellianis in *Panario* scriberet, scilicet anno circiter 374. Nam, cum Epiphanius *Panarium* suum sit orsus anno 375, ut testificatur ipse, et anno sequente 376 ad Manichæorum hæresin (numero lxxvi) devenerit, ut ibidem legis, eodem anno Marcellianorum hæresin (numero lxxii) scripsisse videtur, ubi narrat a duobus circiter annis obiisse Marcellum. Erat porro tum Marcellus, ut videtur, centenarius major, utpote qui jam anno 356 senex, canus, et in episcopatu consenuisse dicatur ab Eusebio, itidemque ab Athanasio: quæ frequens senectutis repetitio sexagenario majorem spectare putatur. Post Marcelli decessum, discipuli ejus, Ancyranæ Ecclesiæ clerici, ad episcopos et confessores Diocæsareæ agentes adierunt, prolatisque commendatitiis Athanasii, quem *τρισμαχάρον* vocant, litteris, dataque fidei formula huic non absimili, sed bre-

viori, communionis societatem rogabant, qua impetrata, recesserunt. Demumque Basilius, horum exemplo et auctoritate motus, licet ægre, Marcelli clerum et ipse communioni suæ restituisse creditur. En paucis totam de Marcello narrationem. Si quid vero præter vulgarem eruditorum opinionem hic enuntiatum deprehendas, id certis testimoniis asseritur, ut in sequentibus palam erit.

CAPUT II.

QUI FUERIT ERROR MARCELLO ASCRIPTUS.

I. De Marcelli sententia varia traduntur. II. Quid Basilius de Marcelli errore dicat. III. Quid Epiphanius. IV. Quid Chrysostomus. V. Quid Theodoretus. VI. Quid Eusebius Cæsariensis. VII. Summa doctrinæ Marcellianæ.

I. De Marcelli sententia varia traduntur.

Non prorsus difficultate vacat, quæ fuerit illa, de qua Marcellus accusabatur, hæresis : etsi namque apud Basilium et Theodoretum Marcellianæ sententiæ capita non obscure ferantur, Eusebius tamen, qui cum æquali suo disceptabat, quique ex libro Marcelli singula excerpserat, quæ vel errorem, vel erroris speciem præferrent, in quibusdam non ita facile cum Basilio et Theodoro conciliatur. Idcirco e re visum est fore, ut allatis in medium iis, quæ ab iisdem scriptoribus de Marcelli opinione narrantur, quæ vere fuerit illa diligenter excutiamus.

II. Quid Basilius de Marcelli errore dicat.

Basilius igitur in epist. 52, quæ est ad Magnum Athanasium, hæc habet : 'Επιζητείται δὲ κάλεινο παρά τινων τῶν ἐντεῦθεν ἀναγκαίως ὡς καὶ αὐτοῖς ἡμῖν καταφαίνεται, τὸ τὴν Μαρκέλλου αἵρεσιν αὐτοῦς ὡς χαλεπὴν καὶ βλαβεράν, καὶ τῆς ὑγαινοῦσης πίστεως ἀλλοτριῶς ἔχουσιν, ἐξορίζεσθαι. Ἐπεὶ μέχρι τοῦ νῦν ἐν πᾶσιν οἷς ἐπιστελλοῦσι γράμμασι, τὸν μὲν δυσώνυμον Ἄρειον ἄνω καὶ κάτω ἀναθεματίζοντες καὶ τῶν Ἐκκλησιῶν ἐξορίζοντες οὐ διαλείπουσι. Μαρκέλλῳ δὲ, τῷ κατὰ διάμετρον ἐκείνῳ τὴν ἀσέβειαν ἐπιδειξαμένῳ, καὶ εἰς αὐτὴν τὴν ὑπερβίην τῆς τοῦ Μονογενοῦς θεότητος ἀσεβήσαντι, καὶ κακῶς τὴν τοῦ Λόγου προσηγορίαν ἐκδεξαμένῳ, οὐδεμίαν μέμψιν ἐπενεγκόντες φαίνονται. ὅς Λόγον μὲν εἰρησθαι τὸν Μονογενῆ δίδωσι, κατὰ χρεῖαν καὶ ἐπὶ κειροῦ προσελθόντα, πάλιν δὲ εἰς τὸν ὄθεν ἐξῆλθεν ἐπιναστρέψαντα, οὔτε πρὸ τῆς ἐξόδου εἶναι, οὔτε μετὰ τὴν ἐπάνοδον ὑφεστάναι. Καὶ τούτου ἀπόδειξις αἱ παρ' ἡμῖν ἀποκειμένη βίβλοι τῆς ἀδίκου ἐκείνης συγγραφῆς ὑπάρχουσιν. Ἄλλ' ὅμως τοῦτον οὐδαμῶς διαβάλλοντες ἐφάνησαν, καὶ ταῦτα αἰτίαν ἔχοντες, ὡς τὸ ἐξ ἀρχῆς κατ' ἀγνοίαν τῆς ἀληθείας εἰς κοινωνίαν αὐτὸν ἐκκλησιαστικὴν παραδέξαμεν. Id est : Quæritur autem hic a nonnullis ut necessarium, quod itidem nobis videtur ; ut Marcelli hæresin illi, tanquam malam et noxiam, et a sana fide alienam exterminent. Quoniam ad hoc usque tempus in omnibus quas scribunt litteris execrandum Arium, sursum ac deorsum versantes anathematizare, atque ex Ecclesiis eliminare non cessant ; Marcellum vero, qui

ex diametro oppositam Ario impietatem extulit, atque in ipsam Unigeniti deitatis existentiam impie egit, Verbiq̄ue appellationem male accepit, nulla accusatione impetunt : qui Unigenitum quidem dici Verbum tradit, quatenus ad usum et ad tempus prodit, ac rursus ad eum ex quo prodiit revertitur : neque ante egressum, esse, nec post regressum, subsistere ait. Cujus rei argumentum sunt apud nos reconditi iniquæ illius Syngraphæ libri. Atamen hanc nullatenus improbare visi sunt : quin et in hoc culpandi, quod eum a principio per ignorantiam veritatis ad ecclesiasticam communionem receperint.

Idem Basilius epist. 74, ad Eustathium, Apollinarianum et Paulinum, hæc habet : Ὁ μέντοι Παῦλινος εἰ μὲν τι καὶ περὶ τὴν χειροτονίαν ἐπιλήψιμον ἔχει, αὐτοὶ ἂν εἴποιτε. ἡμᾶς δὲ λυπεῖ τοῖς Μαρκέλλου πεποιοῦσιν δόγμασι, καὶ τοὺς ἀκολουθοῦντας αὐτῷ ἀδικήριω, εἰς τὴν κοινωνίαν αὐτοῦ προσιέμενος. Οἴδατε, ἀδελφοὶ τιμιώτατοι, ὅτι πάσης ἡμῶν τῆς ἐλπίδος ἀθέτησιν ἔχει τὸ Μαρκέλλου δόγμα. οὔτε γὰρ ἐν ἰδίᾳ ὑποστάσει ὁμολογοῦν, ἀλλὰ προενεχθέντα, καὶ πάλιν ὑποστρέψαντα εἰς τὸν ὄθεν προῆλθεν, οὔτε τὸν Παράκλητον ἰδίως ὑφεστρέχεται συγχωροῦν. ὥστε οὐκ ἂν τις ἀμάρτοι Χριστιανισμοῦ μὲν παντελῶς ἀλλοτριαν ἀποφαίνων τὴν αἵρεσιν, Ἰουδαισμὸν δὲ παρεμφαρμένον αὐτὴν προσαγορεύων. Hoc est : Paulinus vero an quod ad ordinationem spectat culpandus sit, vos ipsi dixeritis ; nos sane contristat, quod Marcelli dogmatibus fidem habeat, et sectatores illius sine discrimine ad communionem admittat. Scitis, colendissimi fratres, Marcelli dogma omnem spem nostram irritam facere, quod neque Filium in propria hypostasi confiteatur, sed productum, et ad eum ipsum, ex quo processerat, iterum reversurum tradit : neque Paracletum propriam habere hypostasin concedit ; ita ut nequaquam aberret si quis hanc hæresin prorsus a Christianismo alienam esse declaret, eamque corruptum quemdam Judaismum appellet. Epistola vero 78, hæc habet de Nicæna fide loquens : Εἰσὶ γάρ τινες, οἱ καὶ ἐν ταύτῃ τῇ πίστει δολοῦντες τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, καὶ πρὸς τὸ ἐαυτῶν βούλημα τὸν νοῦν τῶν ἐν αὐτῇ βημάτων ἔλαυνοντες. ὅπου γὰρ καὶ Μάρκελλος ἐτόλμησεν, ἀσεβῶν εἰς τὴν ὑπόστασιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ψιλὸν αὐτὴν ἐξηγούμενος λόγον, ἐκεῖθεν προφασίσασθαι τὰς ἀρχὰς εἰληφέναι, τοῦ ὁμοουσίου τὴν διάνοιαν κακῶς ἐξηγούμενος. Hoc est : Sunt enim quidam qui in hac fide [Nicæna] sermonem veritatis dolo adulterent, et ad libitum suum verborum mentem detorqueant. Quandoquidem et Marcellus, de hypostasi Domini nostri Jesu Christi impie sentiens, ac nudum illum merumque verbum esse exponens, illinc ausus est se causas impietatis sumpsisse preterere, Consubstantialis sensu perperam exposito. Hæc Basilius de hæresi Marcello ascripta.

III. Quid Epiphanius.

Epiphanius vero in Panario, hæresi LXXII, pauca de Marcelli hæresi effert, atque solum ipsum Sabellianismi accusatum fuisse, ejusque discipulos

tren hypostases confiteri noluisse : verum illo tempore liberum erat eis vel tres vel unam tantum hypostasim confiteri, dum rectam servarent mentem. Nam qui Catholici unam hypostasim tantum asserabant, hypostaseos nomine substantiam indicabant, quam unam in Deo esse certum est : qui tres hypostases profitebantur, his non substantiam, sed cujusque personæ subsistentiam intelligebant : atque ita illi verbo tantum dissentebant. Quæ vero Fragmenta Acacii Cæsariensis contra Marcellum affert Epiphanius, ea omnia ceu compendium sunt fusioris Eusebii Cæsariensis contra Marcellum tractationis, de qua mox agemus.

IV. Quid Chrysostomus.

Joannes Chrysostomus in *Ep. ad Hebr.* c. 1, Marcellum culpatur quod dixerit, verbum ἐνοπόστατον, quod ita intelligas, quasi ejusdem non modo substantiæ, sed etiam hypostasis sit atque Pater : eundem vero Marcellum, quasi Photini, Sabellii, Pauli Samosatani ὁμόφρονα non semel insectatur ibidem, ac cum hæreticorum pessimis enumerat.

V. Quid Theodoretus.

Theodoretus lib. II *Hæreticarum fabularum* de Marcello hæc habet : Μάρκελλος δὲ ὁ Γαλάτης τούτῳ μὲν παραπλησίως ἠρνήθη τῶν ὑποστάσεων τὴν τριάδα· ἕκτασιν δὲ τινὰ τῆς τοῦ Πατρὸς θεότητος ἔφησεν εἰς τὸν Χριστὸν ἐληλυθέναι, καὶ ταύτην Θεὸν Λόγον ἐκάλεισε· μετὰ δὲ τὴν σύμπτασαν οἰκονομίαν πάλιν ἀνασπασθῆναι, καὶ συσταλῆναι πρὸς τὸν Θεόν, ἐξ οὗπερ ἐξετάθη· τὸ δὲ πανάγιον Πνεῦμα παρέχτασιν τῆς ἐκτάσεως λέγει, καὶ ταύτην τοῖς ἀποστόλοις παρασχεθῆναι. Καὶ ἀπαξιαπλῶς ὑπέθετο Τριάδα ἐκτεινομένην καὶ συστελλομένην κατὰ διαφόρους οἰκονομίας. Id est : *Marcellus autem Galata, similiter ut ille, negavit hypostasium trinitatem. Extensionem vero quamdam deitatis Patris in Christum venisse dixit, et hanc Deum Verbum appellavit : peracta autem universa œconomia, rursus attractam esse, reversamque ad Deum, ex quo extensa fuit. Spiritum vero sanctum ulteriorem extensionem extensionis esse, et hanc apostolis datam fuisse secundum diversas œconomias.*

VI. Quid Eusebius Cæsariensis.

Jam ex Eusebio ipso, qui contra Marcellum scripsit, loca asseramus ad Marcellianam illam hæresim intelligendam opportuna. Ait itaque (p. 4, 5) hanc esse Marcelli opinionem, Verbum silens, ante creationem, in Patre fuisse, unum cum Deo Patre, sempiternum, ἀίδιον, non genitum, ita ut Pater quidem et Filius diversis nominibus efferantur ; sed unum tamen sint essentia et hypostasi, οὐσίᾳ δὲ καὶ ὑποστάσει ἐν ὄντι, ut Sabellius docuit : Verbum item ante emissionem esse simile verbo nostro silenti, ὁμοιον τῷ ἐν ἡμῖν σιωπῶντι· cum emittitur vero ad operationem, esse simile verbo nostro, cum loquimur. Illud (p. 6) porro Verbum cum carnem assumpsit, tunc Filium Dei factum

fuisse, Jesum Christum vocatum, regemque appellatum, item imaginem Dei invisibilis, et primogenitum omnis creaturæ, nihil autem horum prius existitisse, ac post judicium hæc omnia amissurum esse ; ipsumque nudum esse Verbum humano simile (p. 19), non autem Filium esse Dei vivum et subsistentem ; non fuisse Dei imaginem antequam homo fieret ; existentiam ὑπαρξίν et ὑπόστασιν Filii Dei tollere Marcellum ait (p. 33, 35, 36), ac dicere ipsum fuisse nudum solummodo verbum ad jussa exsequenda ; Marcellum item qui in Sabellium invehitur, Sabellio paria sentire, qui Patrem et Verbum unum esse dicat ; ipsumque (p. 167, 174) tres ὑποστάσεις negare, et unam ὑπόστασιν τριπρόσωπον, καὶ τρισῶνυμον, id est substantiam tripersonalem, et trinominem dicere. Hæc præcipue in Marcelli libro culpatur Eusebius : ubi nonnulla, ipsaque orthodoxæ sententiæ verba, utpote Arianus, tanquam hæretica carpit et confutat ; alia vero, quæ sane ut erronea probe reprehenduntur, haud ita clare in Marcelli locis enuntiantur, ut inferius videbitur ; ita ut quæ diserte et nulla ambage apud Basilium et Theodoretum effertur Marcelli hæresis, adeo perplexa apud Eusebium jaceat, ut in utramvis partem facile deflectas.

VII. Summa Marcellianæ doctrinæ.

Ex allatis porro testimoniis Marcellianæ sententiæ summam duxeris : Unus ab æterno Deus existit : cujus λόγος, seu ratio, aut verbum, nam utroque modo exprimitur, pariter æternum, unum est cum Deo ipso οὐσίᾳ καὶ ὑποστάσει, substantia et hypostasi, ita ut nulla sit inter utrumque distinctio : estque verbum silens, internum, sive ἐνδιδέθρον. Spiritus item sanctus in Deo ab æterno fuit, nulla similiter nisi nominis et rationis distinctione. Cum autem Deus operatur et loquitur, tunc Verbum ceu quædam emissio, extensio et dilatatio deitatis prodit, et post gestum opus ad Deum revertitur, et in pristina conditione manet. Pariter emissum fuit Verbum, ut carnem assumeret ; tuncque Filius Dei effectum est, rex item, Christus, imago Dei invisibilis, et primogenitus omnis creaturæ, cum antea nihil eorum fuisset : ac post judicium hæc omnia amissurum, atque ut prius unum cum Patre futurum est. Ut autem Verbum est extensio et dilatatio Dei, sic et Spiritus sanctus ulterior extensio et dilatatio est, παρέχτασις τῆς ἐκτάσεως ; qui pariter a Deo emittitur et ad Deum revertitur ut Verbum, unusque est cum Deo et Verbo sine ulla distinctione. Hæc Marcelli sententia est, secundum Eusebii explicationem, cui, sed non ita clare, astipulantur Basilium et Theodoretus. Si porro talis ejus doctrina fuerit, in nullo vere differat a Sabellio et Patripassianis : nullam quippe distinctionem personarum admittit, et illam extensionem et ulteriorem dilatationem, nullam propriam ὑπαρξίν et ὑπόστασιν, existentiam et hypo-

Paginas intellige editionis Parisiensis quarum seriem textui Eusebiano inserendam curavimus. Vide tom. XXIV Edit.

stasin, habere docet. Verum, si Marcelli loca ab Eusebio allata serio expendantur, non ita facile est in Marcellum sententiam dicere, ut mox commonstrabitur.

CAPUT III.

AN MARCELLO ASCRIPTUS ERROR IN EJUS CONTRA ASTRERIUM LIBRO DEPREHENDI POTUERIT.

I. Asterius pro Arianis scribit, contra Asterium Marcellum, quem refutat Eusebius. II. An Marcellus dicat Patrem et Verbum solis nominibus distingui. III. An dixerit Verbum ἀγέννητον esse, et Filium non fuisse ante Mariam. IV. Cur dicat Verbum post incarnationem tantum esse imaginem Dei, et primogenitum omnis creaturæ. V. In libro Marcelli nihil aperte erroneum fuisse videtur.

I. Asterius pro Arianis scribit, contra Asterium Marcellum, quem refutat Eusebius.

Asterius ille sophista circulator, qui, ut ait Athanasius, grassante in Christianos Maximino, Christi ejurata fide, idolis immolaverat, nascenti Arianismo nomen dedit, librumque evulgavit, quo catholicam doctrinam impeteret, Arianamque viadicaret. Marcellus vero Arianis a principio infensissimus, Asterium edito opusculo refutavit, Arianorumque principes Eusebium Nicomediensem, Eusebium Cæsariensem, Paulinum Tyri, Narcissum Neroniadi et alios passim eodem in libro lacessivit: qua re permotus Eusebius Cæsariensis, quinque libros edidit: ubi Arianorum causam pro viribus defendens, eorum antesignanos a Marcellulo exagitados laudibus ad sidera tollit, in Marcellulumque Sabellianismi nomine acriter invehitur. Sub hæc autem de Marcelli sententia etiam inter Catholicos disputatum est: aliis jure accusatum Marcellum pugnantibus; aliis sanam ejus esse fidem tuentibus. Nos igitur, ponderatis rebus et expensis Eusebii accusationibus, quid sit illa de re sentiendum indagabimus.

II. An Marcellus dicat Patrem et Verbum solis nominibus distingui.

Hanc primo in Marcellum criminationem affert Eusebius (p. 5), quod dixerit, Verbum ab æterno unum esse cum Patre οὐσίᾳ καὶ ὑποστάσει, essentia et hypostasi; ita ut solis nominibus mutuo differant: esseque Verbum æternum et ingenitum: quod, ut ait ille, ipsissima est Sabellii opinio. Quod autem Pater et Verbum οὐσίᾳ sive essentia unum essent, id Catholici omnes dicebant; Ariani vero diversas in Patre et Verbo et separatas disparesque essentias esse contendebant: id ipsumque pugnat Eusebius ut in præliminaribus ad commentaria in Psalmos comprobatum est. De hypostasi, ὑποστάσει, vero quæstio erat etiam inter Catholicos: quorum alii tres hypostases in Trinitate profitebantur, alii unam, non re, sed nomine tantum inter se discrepantes. Nam cum Ariani ab exortu hæreseos tres hypostases in Trinitate professi essent, ac ὑποστάσεις, teste Athanasio, substantiam ex se significet; multi Catholicorum non necii Arianos, dum tres hypostases proferrent,

A tres substantias separatas et dispares intelligere, unam tantum hypostasin, sive, ut illi explicabant, substantiam in Deo esse contendebant; ita tamen ut Patrem, Filium et Spiritum sanctum, alium et alium et alium esse profiterentur; alii vero formulam trium hypostasium ad trium distinctionem opportunam admiserunt, dum unam pariter substantiam in Deo esse dicerent. Athanasius autem modo unam, modo tres in Deo hypostases dicit; et in synodo Alexandrina anni 362, cui præerat Athanasius, liberum esse definitur vel unam hypostasin dicere, dum trium distinctio servetur, vel tres hypostases profiteri, dum una tantum substantia dicatur. Non culpandus ergo Marcellus, quod Patrem et Verbum hypostasi unum esse dixerit, dum

B alium et alium esse professus sit, nec distinctionem abstulerit. Id vero ex allatis ab Eusebio Marcelli locis examinandum venit. Ait igitur Marcellus (p. 35), referente Eusebio: Οὐκοῦν πρὸς μὲν τοῦ καταλεθεῖν, καὶ διὰ τῆς Παρθένου τεχθῆναι, Λόγος ἦν μόνον. Ἐπεὶ τί ἕτερον ἦν, πρὸ τοῦ τὴν ἀνθρωπίνην ἀναλαθεῖν σάρκα, τὸ καταλεθὸν ἐπ' ἔσχατον τῶν ἡμερῶν, ὡς καὶ αὐτὸς γέγραφε, καὶ τὸ γεννηθὲν ἐκ τῆς Παρθένου; Οὐδὲν ἕτερον ἢ Λόγος. Hoc est: *Itaque priusquam descenderet, et ex Virgine nasceretur, Verbum erat solummodo. Nam quid aliud erat, priusquam humanam carnem assumeret, id quod in novissimis diebus descendit (quemadmodum ipse scribit), et quod de Virgine natum est? Nihil aliud quam Verbum.*

C Sabellium agens, Patrem negat incarnatum, hæc scribere non potuit, quin Verbum a Patre distinctum crederet. Et paucis interpositis hæc Marcelli verba afferuntur: *Discat igitur, Verbum Dei, non ut illi volunt, Verbum κκαταρηστικῶς appellatum; sed quod revera, ὡς ἀληθῶς, existebat, Verbum.* Ubi, illud, revera, Verbum existisse vere et per se, nec unum et idem cum Patre fuisse, denotat. Alibi vero (p. 39) ait Marcellus: *Πρὸ γὰρ τῆς δημιουργίας ἀπάσης ἡσυχία τις ἦν, ὡς εἰκὸς, ἐν τῷ Θεῷ τοῦ Λόγου ὄντος.* Hoc est: *Ante omnem rerum creationem erat, ut par est credere, quies in Deo, existente apud Deum Verbo.* Ubi nihil non Catholicum deprehendas: nam quod dicit Verbum esse in Deo vel apud Deum, Joannis est. Etenim alii ex SS. Patribus, in quibus Athanasius passim, et Augustinus, id ipsum esse, πρὸς τὸν Θεὸν καὶ ἐν τῷ Θεῷ, apud Deum et in Deo esse dicebant; alii vero et quidem magno numero, illud ἐν τῷ Θεῷ, quia in Evangelio ita non legitur, suspectum habebant: nam quod Pauliani, Sabelliani, Marcelliani, et Photiniani forteque alii, omnis inter Patrem et Filium tollendæ distinctionis causa, hac loquendi ratione abuterentur, illud ἐν τῷ Θεῷ, rejiciebant. Quod vero ait Marcellus, ante creationem fuisse quietem in Deo, sive silentium, ut alias loquitur; id sanam fidem nihil lædit. Licet enim in Deo nulla conditionis vel status mutatio vere existat, et Verbum perinde ante, quam post creationem et incarnationem in

Deo Patre manserit et maneat; humano tamen lo-
quendi more, descendisse, exiisse, egressum esse,
pariterque quiescere et silere dicitur. Paulo post au-
tem (p. 40) hæc Marcelli verba vehementer carpit
Eusebius: *Scribat autem illud conducere, ut crederent
unum Deum esse. Ideo sic eum alloquitur: « Ego sum qui sum¹; » ut extra se nullum
alium esse Deum doceret. Proclive est autem,
ut arbitror, cuique prudenti, id ab humano quodam,
exiguo et humili exemplo intelligere: neque enim
potest quisquam verbum hominis potentia et
substantia separare. Unum est enim atque idem cum
homine Verbum: quæ si seorsim ab aliis accipiantur,
a recta sane fide desciscunt. Verum ex aliis
Marcelli locis palam videtur eum comparatione
hominis et verbi sui uti; ut comprobet Verbum
unam et eandem, quam Pater habet, substantiam
habere: nam paulo inferius hæc Marcelli verba leguntur:
Τίς γάρ οὕτως ἢ τῶν ἁγίων ἀγγέλων ἢ τῶν ἀνδρῶν δικαίων ἀξίωσιςτος ἦν, τὴν ἐκ τοῦ Θεοῦ
προσώπου ὀρισθεῖσαν αὐτῷ τιμωρίαν λῦσαι· εἰ μὴ αὐτὸς ὁ Λόγος ὁ συμπάρων καὶ συμπλάττων, πρὸς
δὲν ὁ Πατήρ, Ποιήσωμεν ἄνθρωπον, ἔφη, οὐκ ἔντος
ἑτέρου Θεοῦ τοῦ συμπλάττειν αὐτῷ δυναμένου; Id est:
Quis enim tanta dignitate fuit, vel sanctorum
angelorum, vel iustorum virorum, qui destinatum ex
persona Dei homini supplicium solveret, nisi Verbum
solum, quod una Deo aderat, et una cum illo efformabat
hominem: ad quem Pater dicebat: « Faciamus hominem
ad imaginem et similitudinem nostram: » cum non esset alius Deus, qui cum illo efformare
posset? Hinc mihi planum videtur, Marcellum
distinctionem inter Patrem et Verbum admisisse,
atque alium et alium existimasse: unumque solummodo
negasse; videlicet Verbum alium a Patre Deum esse,
aliamque substantiam obtinere. Verum Eusebius, qui,
uti alias commonstratum est, aliam a paterna deitate,
aliamque substantiam in Verbo constituit, ex consequenti
Marcellum damnaverit necesse est, qui adversam huic
opinionem propugnat: quod vero adjicit Marcellum
putare, Patrem et Verbum unum et idem esse, solisque
nominibus distingui; id ille non ex perspicuis Marcelli
dictis comprobat: sed quia æstimat, Patrem et Verbum
si unus et idem numero Deus sit, unum etiam esse
secundum alias omnes rationes, ita ut nulla distinctio
deprehendatur; ideo Marcellum, qui Patrem et Verbum
unum Deum unamque substantiam esse defendit, nullam
omnino nisi nominum distinctionem admittere contendit.
Si vero Marcellus vere distinctionem inter Patrem et
Verbum admitteret, hinc explices illam Dei Patris
dilatationem et extensionem, quam Marcellum docuisse
testificantur et dicatque si vere Marcellus ita dixerit,
ipsum his vocibus nihil aliud intellexisse, quam emissionem
Filii ad creationem peragendam: quam SS. Patres
passim exprimunt. Hanc vero dilatationem*

A et extensionem, quam secundum Marcelli sententiam
Verbum fuisse narrat Basilius et Theodoretus, ne semel
quidem memorat Eusebius Casariensis: unde palam sit
in libro Marcelli contra Asterium nihil hujusmodi
deprehensum esse.

III. An dixerit Verbum ἀίδιον esse, et Filium non falsè
ante Mariam.

Ad hæc Marcello crimini dat Eusebius, quod dixerit,
Verbum ingenitum esse ac tunc solum Filium Dei
factum fuisse, cum carne assumpsit ex Maria. Verum
non sat sibi constare videtur Eusebius: nam in excerptis
Marcelli quæ affert, nomen Patris et Filii, Patris item
et Verbi, etiam pro tempore creationem antecedente
passim usurpatum videas; sub initium ergo lib. 1, p. 4
et 5, hanc effert Marcelli sententiam: Λόγον αὐτὸν μόνον διδοῦς
ἡνωμένον τῷ Θεῷ· καὶ τοῦτο εἶναι ἀίδιον καὶ ἀγέννητον,
ἐν τε εἶναι καὶ αὐτὸν τῷ Θεῷ, ἐνόμασι μὲν διαφόροις
Πατὴρ καὶ Υἱοῦ χρηματίζοντα, οὐστὶς δὲ καὶ ὑποστάσει
ἐν ἑνῷ. Id est: *Ipsum tantummodo Verbum esse
concedens, Deo unitum: ipsumque æternum esse et
ingenitum; unumque esse cum Deo, nominibus quidem
diversis Patris et Filii vocatum, essentia vero et
hypostasi unum.* In Marcelli excerptis ab Eusebio
alatis, semper ille Patris et Verbi nomine utitur:
unde videtur Eusebius ex consequenti tantum hanc
hæresin Marcello affinxisse: nimirum sic ille frequenter
in libris contra Marcellum arguitur: Si Verbum est
ἀίδιον, sempiternum, incæsequitur non fuisse genitum:
nam quod gignitur, posterius est illo qui gignit,
vereque dicitur non fuisse antequam gigneretur,
atque adeo ἀίδιον sive sempiternum esse nequit.
Cum ergo Marcellus dicat Verbum esse ἀίδιον
sive sempiternum, non genitum fuisse credat oportet.
Sic ille cum Arianis loquitur, non animadvertens non
magis repugnare Patrem ab æterno gignere, quam ab
æterno esse: nec posterioritatem ullam temporis in
Filio inde inferri, quod gignatur: nam esse et gignere
in Deo Patre simul sunt et intelliguntur, nec aliud sine
alio esse unquam potuit; atque adeo Filium æternum
perinde atque Patrem esse, ut semper docuit catholica
Ecclesia. Quod autem spectat ad vocem ἀγέννητον,
non genitum, quam Verbo ascribi a Marcello testificatur
Eusebius, duo potissimum sunt consideranda: primo
quidem non haberi illam in excerptis Marcelli quæ
affert Eusebius; proinde videri ex conjectura et
consequentia Marcello ascriptam fuisse, quia videlicet
ex Eusebii ratiocinio superius allato, quod ἀίδιον
sive æternum est, non potest esse genitum. Secundo
autem certum est Arianos in vocibus ἀγέννητον,
non factum, et ἀγέννητον, non genitum, semper
luisse, ut sexcenties apud Athanasium observas.
Nam, quia Pater solus ἀγέννητος, sive non genitus,
est, fatentibus etiam Catholicis; illi voce ἀγέννητος
et ἀγέννητος promissæ et subdole utentes, Filium
non esse ἀγέννητον.

¹ Exod. III, 14. ² Gen. I, 26.

τοῦ sive non factum, atque adeo factum et conditum fuisse dicebant. Eadem vero ratione potuit Eusebius Marcello de Filio loquenti vocem ἀγέννητον, sive non-genitum affingere; qui ἀγέννητον, sive non-factum dixisset. Et sane qui vere Patrem et Filium in Trinitate admittit, ut Marcellus, generationem admittat necesse est; neque potest dicere Filium esse ἀγέννητον sive non-genitum.

IV. Cur dicat Verbum post incarnationem tantum esse imaginem Dei et primogenitum omnis creaturæ.

Adjicit Eusebius dixisse Marcellum, Verbum tunc solum imaginem Dei invisibilis et primogenitum omnis creaturæ factum fuisse, cum carnem assumpsit. Hæc vero diserte habet Marcellus (p. 24): *Consequens esse arbitror paucis de imagine disserere; scripsit enim [Asterius]: Alius autem est ex ipso genitus, qui est imago Dei invisibilis. Ideo imaginis Dei invisibilis meminit Asterius, ut doceat, Deum a Verbo tantum differre, quantum differt homo ab imagine sua.* Et nonnullis interjectis addit: *Palam igitur est, Verbum, antequam corpus nostrum assumpsisset, per se non exstitisse imaginem invisibilis Dei.* Quia igitur Ariani hoc Scripturæ loco, *Est imago Dei invisibilis*, ad suam tutandam hæresin abutebantur; Marcellus ratus imaginem Dei invisibilis, visibilem esse, nec rem invisibilem imaginis rationem obtinere, hunc locum de Christo incarnato et visibili proferri pugnat, ut Asterii argumento obsistat. Etsi vero hic Scripturæ locus congruentius possit ad argutationem Arianorum confutandam explicari, eo tamen nomine Marcellus non erroris accusandus est, dum ne similitudinem cum Patre sustulerit; quod ne credideris admisisse: nemo enim unquam Marcellum inter Anomæos computavit. Quæ vero fuerit ea in re plana et perspicua Marcelli sententia, ex paucis quæ supersunt excerptis, expiscari non possumus: nam verisimile est Eusebium multa consulto tacuisse: certum item est, narrantibus synodis Romana et Sardicensi, loca Eusebium subdole detruncasse, et mutilas sententias attulisse, ut facilius posset Marcello hæc et illa pro libidine vitio vertere. Pariterque in interpretatione dicti illius, *Primogenitus omnis creaturæ*³, nihil hæreseos deprehendas. *Quocirca, sic ille, sanctissimum istud Verbum non dicebatur ante incarnationem, primogenitus omnis creaturæ. Num quomodo fieri poterat, ut is, qui semper erat, alicujus esset primogenitus? sed primus ille novus homo, in quem omnia volebat Deus instaurare, sacræ Scripturæ primogenitum omnis creaturæ appellant.* Nimirum Ariani hoc dictum, *primogenitum omnis creaturæ*, ad suum de Verbo Dei tuendum errorem usurpabant: eo enim processerant impietatis ut dicerent, Verbum Dei inter res creatas primum esse. Quare Marcellus in hominem Christum dicti hujus interpretationem derivabat ut Asterii argumentum depelleret; qua in re nihil

A ille a catholica doctrina deflectebat, ut conspicuum est.

V. In libro Marcelli nihil aperte erroneum sui se videtur.

Ex his porro liqueat in Marcelli contra Asterium libro nihil erroris aut hæreticæ sententiæ, aperte saltem deprehensum fuisse: nam quæ Eusebius affert, ad sanam doctrinam reduci facile possunt. Quodsi quid ulterius præter rectam opinionem dixisset Marcellus, id sane non prætermisurus erat Eusebius, qui in Marcellum commotus et nullam non sectatus lædendi viam, non solum ea quæ cum colore saltem aliquo carpi et reprehendi possunt, sed etiam ea quæ sana et orthodoxa sunt, exagitat et impietatis accusat. Cum autem synodus Romana sub Julio anno 342, et Sardicensis anno 347, librum Marcelli, examinatis et ponderatis sententiis, errore vacuum declaraverint, non potest in Marcelli librum sententia dici. Verum aliunde tanta est virorum insignium, qui adversum tuentur, auctoritas, ut vix excusare Marcellum liceat. Quamobrem existimo, rem ita temperasse Marcellum, ut si quid prævæ opinionis in libro suo inseruerit, id verborum ambagibus et circuitionibus involutum, facile potuerit in bonam partem deflecti; cum autem ille in familiaribus colloquiis ad prævam sententiam dicta sua derivavit, hinc in multorum offensionem incurrisse, ut infra dicitur.

CAPUT IV.

NUM MARCELLUS ERROREM DE VERBO ET FILIO DEI IN DECURSU VITÆ VOCE VEL SCRIPTO TRADIDERIT.

I. *Marcellum Photini discipuli hæresis in suspicionem adduxit.* II. *In colloquiis ipse errores sparsisse putatur.* III. *Athanasius eum pro suspecto, Basilium pro hæretico habuit.* IV. *Marcellus et Marcelliani in fidei professionibus catholice loquuntur.*

I. Marcellum Photini discipuli hæresis in suspicionem adduxit.

Marcellus synodorum Romanæ et Sardicensis iudicio absolutus, ut dictum est, utcunque sarcito, quod in fama tulerat, detrimento, jam suspicione liber et vacuum videbatur. Verum nec diu postea, novis etiam Catholicorum accusationibus impeditus est. Occasio fuit exorta Photini hæresis: is enim sub Marcelli disciplina institutus, ac deinde in Sirmiensem episcopum adlectus, quem magistro suo ascripserat Eusebius errorem late spargere cœpit, Christum non ante ortum ex Maria Virgine Filium Dei fuisse dictitans: quare ille multis in synodis damnatus abdicatusque est: *Et hoc ipsum*, inquit Sulpicius Severus, *Marcellum gravabat, quia Photinus auditor ejus fuisse in adolescentia videbatur.* Haustum a Photino ex Marcelli magisterio errorem opinabantur multi: cum maxime, licet in suo adversus Asterium libro ejusmodi nihil aperte profiteretur; aliqua tamen essent, quæ viderentur eam in partem propendere. Importune igitur magistro accidit, ut quam ille doctrinam tradidisset

³ Coloss. 1, 15.

accusatus fuerat, eandem discipulus palam disseminaret. Hinc multis suspectus Marcellus esse cœpit, quod putarent Photinum eorum interpretem agere, quæ Marcellus doctor obscure et subdole scripsisset.

II. In colloquiis errores sparsisse putatur.

Alia item intervenit suspicandi occasio; Marcellus enim *nova quædam miscere, et ambiguis prædicationibus, ejus in quam Photinus erupit, doctrinæ viam prætere deprehensus est* (1). Homo quippe garrulus et loquacissimus, ut habet Eusebius, et ex ejus quæ supersunt fragmentis videre est, dum in quotidianis fabulationibus et colloquiis, obscurius in libello tradita explanaret, ad eam quam in synodis Romana et Sardicensi repudiaverat, opinionem recidere forte comperiebatur. Hinc late, per Orientem maxime, sparsus rumor Marcellum impie de Filio Dei sentire, eademque ipsa docere quæ in Ariarum accusationibus ferebantur. Non una tamen fuit omnium de Marcello sententia; nam, Epiphanius teste, multi pro Marcello stabant, in quibus Paulinus Antiochenus episcopus: idque signum est manifestum, non palam et aperte Marcellum impia protulisse dogmata; sed ita perplexe locutum, ut hinc opinionum facta sint divortia; aliis catholice, perverse et impie aliis sentire virum putantibus.

III. Athanasius eum pro suspecto, Basilius pro hæretico habuit.

Gravis item Marcello hinc parta invidia videtur, cum duo Ecclesiæ lumina Athanasius et Basilius errore infectum hominem suspicati sunt. De Athanasio quippe hæc testificatur Epiphanius: Ἡρόδμη δὲ αὐτὸς ἐγὼ χρόνῳ τινὶ τὸν μακαρίτην πάπαν Ἀθανάσιον περὶ τοῦτου τοῦ Μαρκέλλου, πῶς ἂν ἔχοι περὶ αὐτοῦ. Ὁ δὲ οὔτε ὑπεραπελογήσατο, οὔτε πάλιν πρὸς αὐτὸν ἀπεχθῶς ἤνέθηθι· μόνον δὲ διὰ τοῦ προσώπου μειδιάσας ὑπέφηνε, μοχθηρίας μὴ μακρὰν αὐτὸν εἶναι, καὶ ὡς ἀπολογησάμενον εἶχε. Id est: *Cum aliquando beatum papam Athanasium interrogarem, quid de Marcello existimaret, ille neque purgavit hominem, neque vero asperius notavit: sed leniter arridens, non multum ab improbitate abhoruisse significavit: et in eorum loco, qui sese purgassent, habuit.* Longe acrior Basilius, Marcellum pro hæretico habet, ejus impietatem Ariarum ex diametro oppositam æstimat, damnandum hominem censet, quia *unigenitum quidem dici verbum tradit, quatenus ad usum et ad tempus prodit, accersus ad eum ex quo prodit revertitur: neque ante egressum, esse, nec post regressum, subsistere ait. Cujus rei argumentum sunt iniquæ illius syngraphæ libri.* Cætera superius allata sunt. Jam vero quaeratur num iniqua illa συγγραφὴ, quam memorat Basilius, idem ipse liber sit, qui in synodis Romana et Sardicensi errore vacuus declaratus est.

(1) Hilar. *Fragm.*

A Non alium sane librum videtur carpere Basilius: non legitur enim Marcellum alium edidisse librum, quam illum contra Asterium, cui titulus. *De subjectione Domini*, teste Hilario. Verum dicit quispiam, an Basilius hæreticum ac damnandum librum censeat, qui in synodis Romana et Sardicensi ut orthodoxus admissus fuerit. Huic argumento ut occurratur, repetenda illa quæ supra diximus, Marcellum videlicet ita rem temperare potuisse, ut dicta ejus possent in bonam malamve partem deflecti. Cum autem ille synodorum judicio præsens causam defenderet, et sanam catholicamque dictorum mentem tueretur; SS. Patres, quod nullam liber impietatem palam et præ se ferret, et effata ejus catholice possent, ut Marcellus contendebat, accipi, ut insontem cum libro suo hominem absolutum dimiserunt. Nam quid vere in animo volveret Marcellus, quid imo pectore sentiret, illius Dei judicio permittebatur. Sub hæc, ut arbitrabantur multi, cum in familiaribus colloquiis Marcellus dicta sua secundum hæreticam mentem discipulis explanaret, ejusque rei fama late vagretur, tunc demum subdole actum Marcello creditum est, ipseque sui interpretis librum prava mente conscriptum declarasse videtur. Etsi porro res in dubio versetur, num vere Marcellus in eam, de qua plerumque accusatus fuit, impietatem deciderit: nam cum Epiphanius Marcello æqualis, varias hæc de re orthodoxorum sententias tunc fuisse testificetur, nec audeat ipse alterutram in partem concedere, quid possumus nos tot ab inde elapsis sæculis æstimare? grave tamen argumentum contra Marcellum hinc eruitur, quod tanti doctores Basilius et Athanasius, quibus non facile erat verba dare, eum vel prorsus hæreticum, vel admodum suspectum habuerint.

IV. Marcellus et Marcelliani in fidei professionibus catholice loquuntur.

Ut ut sit de Marcelli opinione, exploratum sane est cum illum, tum discipulos ejus in fidei formulis quas obtulere, ubi sibi ascriptum errorem damnant et repudiant, non penitentium et resipiscentium more id agere; sed addita semper cautione adversariorum calumnias depellere, nec se ita sentisse confiteri. Id observes apud Epiphanius in Formula fidei Marcelli, Julio oblata, ubi is se ita sensisse negat ut Ariani dictitabant: et in luculenta fidei formula in legatione Eugenii, quam nunc primum e tenebris eruimus, sic legitur: *Neque enim censemus alium esse Filium, alium esse Verbum, ut quidam nos sentire mentiti sunt: item in Expositione fidei ad Diocæsarienses episcopos oblata, aiunt Marcelliani se libenter Patribus respondere sciscitantibus, ut falso oblata sibi temerata religionis crimina propulsarent, διὰ μέγιστον τοὺς βουλομένους ματαίως θρυλλεῖν περὶ ἡμῶν τινα*

φειδῆ. Cum autem Marcellus et discipuli secundum A orthodoxam sententiam fidei formulas suas semper concinnarint, et aliunde a multis sanctorum Patrum Marcello æqualium pro hæreticis vel suspectis habiti fuerint, non mirum si tanta fuerit circa Marcelli fidem sententiarum varietas, quantam exhibet Epiphanius.

CAPUT V.

NUM ATHANASIVS MARCELLVM UNQVAM A COMMVNIONE SVS REMOVERIT.

I. Athanasius Marcellum a communione sua non removerat ante annum 358. II. Nec instigante postea Basilio id egit.

I. Athanasius Marcellum a communione sua non removerat ante annum 358. Fragm. 2, p. 1300.

Athanasius, qui multis annis Marcello fortunarum consors et amicus fuerat, demum sparsis rumoribus, et clarorum hominum testimoniis abductus, quem prius pro facultate defenderat, suspectum habere cœpit. Id Epiphanio teste ediscimus: cui, utpote ab Athanasio ipso audita narranti, fidem derogare non licet. Verum Hilarius, item æqualis, eo ventum esse testificatur, ut etiam Marcello communionem Athanasius negaret. Sed cur abnegatæ communionis, sic ille, Athanasius reus esse rescribitur? Nunquid propter libri vitium Marcellus abstentus est? Testes ipsi sunt, ex institutis ejus Photinum perversitatis istius initia sumpsisse. Nam negata sibi ab Athanasio communione, ingressu sese ecclesiæ Marcellus abstinuit. Ita communio cum eo in ista fide de subjectione et traditione regni docet: negata rursus pravitate doctrine alterius ostendit. Ex Hilario, ut videtur, mutuatus Sulpicius Severus, idipsum narrat his verbis: Interjecto deinde tempore, Athanasius cum Marcellum parum sanæ fidei esse comperisset, a communione suspendit. Habuitque ille hanc verecundiam, ut tanti viri iudicio notatus sponte concederet. Cæterum antea innocens, postea depravatus, videri poterat jam tum nocens fuisse, cum de eo fuerat iudicatum. Sed hæc Hilarius, quem Sulpicius auctorem habet, ex synodi Sirmiensis, in qua Photinus anno 349 damnatus est, rescripto mutuatur. Cum autem hanc synodum Ariani solummodo præsules celebraverint, nulla iis fides habenda, qui sexcenta similia contra Athanasium et Marcellum, tum verbo tum scripto, spargere solebant. Ad hæc Athanasius saltem ad annum usque 358, Marcellum ut insontem et fraudibus Arianorum circumventum defendit, ut videre est in *Apologia contra Arianos*, in *Apologia de fuga*, et in *Historia Arianorum ad monachos*: unde propalam sit non modo communionis societatem cum illo fovisse; sed etiam nondum in illam venisse contra Marcellum suspicionem, quam memorat Epiphanius. Et sane concors est pene omnium sententia, huic Hilarii testimonio, utpote ab Arianis accepto, nullam esse fidem habendam.

II. Nec instigante Basilio id egit.

Non desunt qui Marcellum quidem in tempore per Hilarium annotato, nondum ab Athanasio damnatum fuisse existiment; sed deinde commovente Basilio, ab Athanasio Marcellum et Marcellianos a communione remotos fuisse arbitrentur. Et hæc item est Tillemontii opinio. Verum ignorabant illi Marcellum et assecclas Eugenii et aliorum deputatione Athanasii iudicium prævertisse. Cum enim instaret Basilius, urgerent alii episcopi damnandumque Marcellum Athanasio dicitarent, re comperta, Marcellus, ut eorum conatus et molimina interpellaret, oratores qui causam apud Athanasium suam agerent, ac sui Ancyranæque Ecclesiæ nomine fidei professionem emitterent, delegavit. Cumque legatorum formulam sanam prorsus et orthodoxam fidem præferret, huic Athanasius cum aliis qui aderant episcopis astipulatus, litteras commendatitias rogantibus concessit. Quod jam neminem inficias iturum arbitror.

CAPUT VI.

DE MARCELLI ET ECCLESIE ANCYRANE AD ATHANASIVM LEGATIONE, QUAM NUNC PRIMVM EDIVMUS.

I. Hujus legationis exemplar unde prodeat. II. Qua occasione et quo anno facta legatio fuerit. III. De fidei professione Marcelli nomine recitata. IV. De subscriptionibus Ægyptiorum præsulum. V. Qui fuerit negotii exitus.

I. Hujus legationis exemplar unde prodeat.

Prodiit ex bibliotheca Scorialensi legatio Marcelli et Eccl. Ancyranæ ad Athanasium. Hujus autem exemplar Mediolani in biblioth. Ambrosiana inter codices Græcos recenti manu scriptum deprehendimus. Estque aureum hoc opusculum omnibus suis numeris et partibus absolutum: subscriptiones tamen Ægyptiorum præsulum in fine subnexæ, truncatæ, ut liquidum est, ac mutilæ sunt; ita ut ipsius Athanasii nomen, quod aliis laud dubie præmissum erat, exciderit. Hæc porro subscriptionum sors fuit, ut amanuensium incuria perirent: quia illi mera nomina ad rem nihil pertinere arbitrabantur: inde est, quod Sardienses subscriptiones mutilæ sint, pariterque Alexandrinæ anni 321. In contestatione autem populi Alexandrini anno 356 facta, subscriptiones, quæ magno numero erant, a librariis penitus omissæ sunt. Nil ergo mirum hic subscriptiones mancas et mutilas haberi.

II. Qua occasione et quo anno facta legatio fuerit.

Quæ causa, quæve occasio hujus mittendæ legationis Marcello fuerit, haud difficile est augurari. Cum enim anno circiter 371 Basilius et alii episcopi apud Athanasium id molirentur, ut Marcellum tanquam novæ hæreseos Arianis ex diametro oppositæ auctorem, ab Ecclesiæ communiõne submoverent: non nescius Marcellus id eos in perniciem suam machinari, ut proximum periculum declinaret, commendatitias episcoporum

Achaïæ et Macedoniæ ad Athanasium litteras efflagitavit : nam cum his maxime Athanasio doctrinæ consortium et epistolaris familiaritas intercedebat : Καὶ τούτου τοῦ δόγματος, inquit Basilius (2) de Athanasio, κοινωνοὺς μοι παρεχομένους, τοὺς τε τῆς Μακεδονίας, καὶ τῆς Ἀχαΐας ἐπισκόπους ἅπαντας. His impetratis litteris Marcellus tum suo, tum totius Ancyrani cleri nomine, oratores mittit ad Athanasium ; Eugenium scilicet diaconum, aliosque, qui oblata sibi crimina depellerent, et fidei professionem coram Athanasio et Ægyptiis præsulibus recitarent. Hæc porro legatio in annum 372 commode referatur, cujus computi ratio hoc modo statuitur. Basilius anno 370 in Cæsariensem episcopum cooptatus est : cui frequens cum Athanasio epistolarum usus fuit, in earum quæ supersunt postrema de damnando Marcello agitur, eamque nos in annum 371 conferendam putamus. Hujus autem occasione susceptam legationem et adventum Eugenii Alexandriam in sequentem annum conjicimus, quia tot missis ultro citroque Basilius ad Athanasium, Athanasii ad Basilium litteris, anni 370 finem, et sequentis maximam partem elapsam putamus. Id autem ex conjectura tantum dicimus, quia exploratum videtur id extremis Athanasii vitæ annis, et fortasse mensibus actum esse. Attamen nonnisi augurando, litterarum ultro citroque missarum spatia metimur. Certum nihilominus videtur ab anno 371 ad 373 quo Athanasius e vivis excessit, legationem esse factam.

Ut autem cum negotii series, tum legationis γνησιότης apertior evadat, nonnulla hic observare operæ pretium fuerit. Nimirum quo tempore Athanasius et Basilius, missis utrinque epistolis, de rebus ecclesiasticis agebant, scilicet ab anno 370 ad 373 mutua item Athanasio fuisse cum Epicteto Corinthi et aliis Achaïæ et Macedoniæ episcopis litterarum de rebus fidem spectantibus consuetudinem, ut in epistola Athanasii ad Epictetum Corinthi anno 371 missa videre est, itemque ex allato supra Basilius loco comprobatur. Cum ergo novi quidpiam de catholica fide in Ecclesiis Achaïæ et Macedoniæ ageretur, res statim ad Athanasium deferebatur, ut tanti doctoris auctoritate, si quid novi a temerariis hominibus, qui bene multi illa tempestate erant, circa Christi doctrinam proferretur in medium ; statim vel comprimeretur, vel confutaretur, ne vulgatum malum latius serperet. Ne multa, inter episcopos Achaïæ et Athanasium mira erat doctrinæ et religionis consonantia. Cum ergo Marcellus se a Basilio, qui item magna erat apud Athanasium auctoritate, acriter impetum cerneret, ac instigante Basilio se ab Athanasio damnandum fore prospiceret ; ut tanti periculi molem, episcoporum Achaïæ et Macedoniæ commendatione, declinaret, litteras ab

iis communionis expetiit, et impetravit, quibus munitos legatos suos ad Athanasium misit. In hac autem legatione omnia mirifice quadrant : nam præter illas a Macedoniæ et Achaïæ episcopis, quo tempore illi cum Athanasio de rebus fidei conjunctis animis tractabant, expetitas litteras ; in fidei professione legationi subjuncta, contra Anomæos maxime, quasi tunc tumultuantes agiter, quod apprime eidem tempori conveniat ; et post fidei formulam a legatis coram Athanasio recitatam, commendatitias ipsi ab Athanasio litteras postulant, quas impetratas, synodo Diocæsariensi protulerunt, ut infra dicimus.

III. De fidei professione Marcelli nomine recitata.

Athanasius, ut qui multorum et Basilius maxime narratu abductus, suspectam Marcelli fidem haberet, oratores de doctrina percontatur. Illi fidei formulam edunt, primoque hæresin Arianam damnant anathemate, ac τὸ ὁμοούσιον profitentur. Hinc sibi ascriptam Filii et Verbi distinctionem repudiant, affirmantque sycphantas esse, qui se ea de re in crimen vocarent : Sabellium proscribunt, tresque in Trinitate subsistentes confitentur. Οὐ γὰρ, inquit, ἀνοπόστατον τὴν Τριάδα λέγομεν· ἀλλ' ἐν ὑποστάσει αὐτὴν γινώσκομεν· id est, Non enim Trinitatem sine substantia sive hypostasi dicimus esse, verum in hypostasi ipsam cognoscimus. Ubi animadvertere est Marcellum pro assueto sibi more unam tantum hypostasim in Trinitate admittere, quia ὑπόστασιν pro substantia accipiebat. Qua de re actum est in synodo Alexandrina anno 362, ubi allatis ultro citroque rationibus, tam iis qui unam tantum, e quorum numero Marcelliani ; quam iis qui tres hypostases profitebantur, ut suas sibi formulas retinerent concessum est ; dum ii qui unam, trium distinctionem ; ii vero qui tres hypostases dicebant, unitatem substantiæ profiterentur. Sub hæc autem contra Anomæos agitur, qui Filium Patri dissimilem, Spiritum vero sanctum creaturam esse dicebant. Hinc proceditur ad eorum repudiandam sententiam, qui dicerent Filium Dei in sanctum hominem ex Maria natum perinde atque in aliquem ex prophetis advenisse : quam hæresin a Paulo Samosateno, ut putabatur, ortam, postea redintegravit Nestorius, qua de re gravia in Oriente dissidia excitata sunt : demum damnata Pauli Samosateni et Photini impietate, clauditur fidei formula, qua nullam quarto sæculo luculentior, fideique Catholicæ congruentior reperias.

IV. De subscriptionibus Ægyptiorum præsulum.

Hac edita confessione, oratores commendatitias litteras ab Athanasio postulant impetrantque. Tum Athanasius cæterique, qui conventui interfuerant, fidei professionem suffragiis et subscriptione subnuntiant. Hæc porro subscriptiones mutilæ ad nos devenerunt ; ita ut Athanasii nomen, quod suffra-

(2) Epist. 75. Vide item epist. Athanasii ad Epictetum Corinthi.

giis haud dubie præmissum fuerat, non compareat, quatuorque tantum præsulum nomina supersint. Primus est Theodulus Oxyrinchi, cuius nuspam memoria occurrit. Alter est, Plenes episcopus Hermothi, sive Hermethi, is ipse, ut videtur, qui ab Alexandro ordinatus, ab Arianis in Ammoniacam relegatus fuerat anno 356, quique jam in episcopatu consenuerat. Tertius est Ischyron episcopus Leonto, sive Leontopolis: idem fortasse qui in synodo Tyria causam Athanasii cum aliis Ægyptiis præsulibus strenue gessit. Postremus est Isaac episcopus. Cuius nominis quidam reperitur inter Ægyptios episcopos in subscriptionibus Sardicensibus. Alii interciderunt.

V. Qui fuerit negotii exitus.

Jam vero restat, ut qui tanti negotii exitus fuerit aperiamus. Athanasius anno 375 defunctus est: Marcellus vero sequenti 374 ut dictum est. Post ejus obitum, paulo antequam de Marcello scriberet Epiphanius, nam rem ille admodum nuperam esse testificatur, quidam Ancyrani ex Marcelli discipulis, Patres Diocæsareæ pro fide exultantes adierunt; videlicet Photinus, Eustathius, alter Photinus, Sigerius, presbyteri; Hyginus diaconus, Heraclides subdiaconus, Cyriacus προστάτης, id est, patronus vel defensor, prolatisque commendatiis et communicatiis Athanasii litteris quas a legatis postulas impetratas supra meminimus, fidei confessionem edunt (1), cui symbolum Nicænum subnectunt. Est autem confessio non absimilis ei quam Athanasio obtulerant: verum in hac diserte, τρία πρόσωπα, sive tres personas in Trinitate confitentur, quod sane magistri sui Marcelli opinioni apprime consonat: nam ille Deum τριπρόσωπον, sive tripersonalem esse dicit, qua de re accusatus ab Eusebio fuerat: errores vero Marcellianis ascriptos anathemate damnant. His conspectis Diocæsarienses confessores, qui plerique omnes Athanasio familiares fuerant, ipsos ad communionem recipiunt. At Basilius (epist. 295) ardentior ecclesiasticæ fidei vindicandæ cupidine, quia semel conceptam de Marcelli impietate opinionem vix missam facere poterat, cum Diocæsariensibus patribus non leviter expostulat, quod Marcellianos ad communionem inconsultis aliis episcopis admiserint: ait vero: Τέως δὲ νῦν καταξιώσατε ἡμῖν ἀποστεῖλαι τὰς προτάσεις, ἐφ' αἷς ἐδείξαθε τοὺς Μαρκέλλου· ἐκεῖνο εἰδότες, ὅτι, κἂν πᾶν τὸ καθ' ἑαυτοὺς ἀσφαλίσθητε, μόνοις ἑαυτοῖς ἐπιτρέψαι πρᾶγμα τοσοῦτον οὐκ ὀφείλετε· ἀλλὰ χρὴ καὶ τοὺς ἐν τῇ δύσει, καὶ τοὺς κατὰ τὴν ἀνατολὴν κοινωνικοὺς συμψήφους αὐτῶν τῇ ἀποκαταστάσει γενέσθαι· id est: *Vel nunc saltem nobis mittere dignemini rationes et causas, quibus ad recipiendos Marcelli gregales inducti estis: non nescii, etiamsi res vestras tuto et considerate statuissetis videamini,*

(1) Epiph. p. 843.

A non tamen licuisse vobis ipsis rem tanti momenti permittere; sed oportuisse eorum qui tam in Occidente, quam in Oriente vestræ communionis erant, calculos et sententiam circa restitutionem illorum expectare. Hæc Basilius; vel ignorans ea, quæ Alexandria in gratiam Marcelli et asseclarum ab Athanasio gesta fuerant; vel, ut vero similis, ratus Marcellum et Marcellianos in fidei formulis, quas Athanasio et Diocæsariensibus obtulerant, subdole et fraudulenter egisse. Etsi vero Diocæsariensium ad Basilium responsum nusquam compareat, cum rebus ipsis, tum subsequentiis gestis suadentibus, exploratum videtur, Diocæsarienses Basilio reposuisse: non licuisse sibi iis, qui omnes Marcello attributos errores proscripserant anathemateque damnarant, quique symboli Nicæni fidem professi, iusuper a magno illo Athanasio aliisque Ægyptiis episcopis recepti admissique fuerant, ut ejusdem Athanasii litteræ fidem faciebant, communionem ecclesiasticam denegare. His demum, ut credere est, mitigatus Basilius, licet ægre, ad Marcellianos recipiendos animum appulit, ea tamen cautione ut ne videretur ad Marcellianos accessisse sed Marcellianos in Ecclesiam Dei reductos fuisse. Hæc quippe scribit (epist. 321) ad Petrum Alexandrinum præsullem: Πολλάκις οὖν ὀχληθεὶς παρὰ τῶν Γαλατῶν, οὐδέποτε ἤδυνήθην αὐτοῖς ἀποκρίνασθαι ἀναμένων τὰς ὑμετέρας ἐπικρίσεις [ἀποκρίσεις]. Καὶ νῦν, ἐὰν ὁ Κύριος δῶ, καὶ θελήσωσιν ἀναστέθαι ἡμῶν, ἐλπίζομεν τὸν λαὸν προσάξειν τῇ Ἐκκλησίᾳ· ὡς μὴ αὐτοὺς ἡμᾶς ὀνειδίξεσθαι Μαρκέλλιανούς προσεχωρημένους, ἀλλ' ἐκεῖνους μέλη γενέσθαι τοῦ σώματος τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Χριστοῦ· ὥστε τὸν πονηρὸν ψόγον τὸν κατασκευασθέντα ἐκ τῆς ἀίρεσεως ἐναφανίσθηναι τῇ ἡμετέρᾳ προσλήψει, καὶ μὴ ἡμᾶς κατασχυθῆναι ὡς προσθεμένους. Græca afferre visum est, quia insignis hic locus a Micræo interprete præpostere versus fuerat: sic nos reddimus: Galatis frequenter et molestè urgentibus, adhuc non potui quidquam responderi, quod vestram expectationem responsionem. Nunc autem, si fuerit Dominus, nobisque ipsi morigeri esse velint, speramus nos populum in Ecclesiam reducturos esse; ut ne possint illud nobis exprobrare, nos ad Marcellianorum partes accessisse; sed vere dicatur illos membra corporis Ecclesiæ Christi factos esse; ita ut circumquaque sparsa hæreseos illius infamia, per eorum ad nos accessionem admissionemque de medio tollatur, neque nos tanquam ad partes eorum accedentes, pudore ac dedecore afficiamur. Hæc conditio, hic modus a Basilio pro Marcellianis recipiendis propositus, et Petro Alexandrino Athanasii successoris, ut verisimile est, et Marcellianis, qui pacem et communionem tanto perire flagitabant, pergratus perque jucundus fuit. Nam sub hæc nulla de Marcello vel asseclis quæstio occurrit. Hunc ordinem, et exitum Marcelliani tumultus fuisse mecum spero fatebuntur eruditi.

CHRIST. HENR. GEORG. RETTBERG

PRÆFATIO

Ad suam editionem cui titulum fecit : *Marcelliana*, Gottingæ 1794, in 8.

Quidnam consilii in edendis hisce secutus sim, paucis tamen, expediendum videtur.

Cum in perscrutandis veterum Ecclesiæ Græcæ scriptorum de Deo sentiis ad Marcellum Ancyræ ep. devenissem, perquam incommodum mihi quidem accidebat,

1. Quod nemo veterum ejus mentem aut cepisse videbatur, aut vere expressisse. Conferantur modo testimonia, quæ C. H. Vogel in *Diss. de Marcello* Goettingæ 1757 ab Eusebio inde usque ad Gennadium colligere voluit, cum his quæ nunc exhibeo;

2. Quod libri Eusebiani *Contra Marcellum* et *De theologia ecclesiastica*, ad calcem edit. Morell. Paris. 1628 editi, admodum confusi, mendosi obscurique sunt (a). Atqui ex iis præcipue vera Marcelli eruenda est sententia, nisi quod Eusebius fortissima quæque ac longe optima præterisse videri possit: eorum vero habitus, qualem modo dixi, in causa est, quod nonnulla Marcello tributa sunt, et adhuc tribuuntur, a quibus ipse abhorruit;

3. Quod scripta Marcelliana ita dispersa sunt, ut plura volumina adire sit necesse, si, qua judex juratus religione debet, in urnam velis tabularum demittere, cumque ea de capite civis decernere.

Quatuor autem, quantum equidem scio, ex violenta illa ac turbulentissima tempestate, tanquam tabulæ ad littus sunt ejectæ, ipsa levitate sua, ut quibusdam videbitur, fluctuum iræ insultantes. Ac prima sunt fragmenta libri *Περὶ τῆς τοῦ Υἱοῦ ὁμοιωγῆς*, ab hoste Eusebio in supra dictis libris, partim etiam ab Epiphano in excerptis Acacianis, t. I, p. 838 sqq., servata. Alterum est libellus Julio Rom. oblatas, quem Epiphanius nobis servavit l. c., p. 834 sqq. Tertium, mihi quidem dubium, *Eugenii diaconi Legatio ad Athanasium pro causa Marcelli* et confessio fidei Eccl. Ancyranæ. Ejus nobis, ut est præclare de Græcis litteris omnino, ac singulatim de hac parte meritis, Montfauconius copiam fecit t. II *Coll. N. PP. et SS. Gr.*, addita *Diatr. de causa Marcelli*, multis jam laudata. Quartum denique confessio est cleri Ancyrani ad exsultantes Diocæsareæ episcopos, quam idem Epiphanius habet.

Commodum igitur aliis forte videbitur, si superiora tria hic colligerem, ita ut fragmenta, quæ primo loco posui, a mendis purgatoria, ac sicuti necesse videbatur, nova versione (nam quæ Montacutii fertur, nullum omnino sensum pluries fundit) uberioribusque animadversionibus explanata proponerentur, his vero reliqua duo subjicerem. Sic luculentius utique pateat, quibus veluti gradibus, si tamen, ad ejusmodi verba descenderit, quæ et Athanasianis paulo mollioribus approbare posset.

Satis de consilio quod in Marcellianis secutus sum. Paucis te adhuc morari liceat, quæ locum in adnotationibus non habebant, nec tamen prætereunda videntur.

Eusebium Cæs. sæpe parva quoque insectatur, v. e. quod Salomonis scripta *προφητεϊαν* nominarit, quod nonnulla Scripturæ sanctæ loca aliter, h. e. ex alia forte recensione protulerit, etc., quæ quidem neglexi, nisi ubi cum dogmate connexa videri possint. Nonnunquam ne intellexit quidem verba, ut fragm. XXIII (b), aut sensum eorum pervertit. Ubique autem eodem modo disputat, qui tum quidem multis placebat, nec nostra ætate obsolevit, non ut rem ipsam aggrediat, sed ut ex adversarii verbis, quæcumque libitum erat, eliciat, eaque absurditatis arguere conetur. Porro undique partium studium odiumque elucescit, adeo inconsultum atque immemor, ut in Marcello damnet quæ ipse alibi scripserat. Sumpsit autem exemplum a Marcello, qui non minore odio in Asterium, Paulinum, Eusebios, etc., exarserat, nec Origeni adeo pepercerat, quanquam huic non iniquus, et ab eo nonnulla etiam mutuatus. Jam si quis cogitet, quam vehementer Origenem Eusebius sit admiratus, quod vel ex *Hist. eccl. lib. vi* et *Socrate II, 20*, apparet; quem honorem, levissime dico, Paulino habuerit, ut ex *Hist. eccl. lib. x* intelligitur; denique theologiam, quam ecclesiasticam vocavit, ab Ariana sententia mollioribus tantum verbis distare: non quidem excusatum habebit, dabit tamen humanitati veniam.

Inter eos qui Marcelli sententiam evertere studuerunt, Athanasium nemo veterum aut recentiorum, quem equidem legerim, nominavit. Is tamen, nisi or. 5 contra Arianos panniculum est, ut alia plurima, adsutus, ipsum illum *De subjectione Filii* librum refellere voluit; quod cuique patebit, qui perlectis hisce fragmentis ad istius orationem demum accesserit. Ubique Sabellium quidem nominat, sed Marcellum intelligit, ut alii ejusdem ætatis solent, qui non Sabellium modo, sed et Sabellios rhetorice appellant: quod neglectum Epiphano aliisque veterum, ex recentioribus vero C. Wormio (qui tamen vel senel p. 40 errore agnoscit) et qui hunc incauti sequuntur, mirarum turbarum causa fuit. Arianorum parcius, et tanquam præteriens, eorumque exemplo commonens, meminit. Unde hoc saltem conficitur, titulum aliud promittere, aliud dare paginas; deinde et hoc, Marcellum auctori *αβαλλίσεων* visum. Sed panniculum alienum esse aio, qualis est *De ut. subst. F. et Sp. S. de hum. nat. susc.* qualis et *C. gentes* et *De incarn. verbi Dei*, etc.

Basilium M., quo puero adhuc Marcellus librum *De subjectione Filii* scripserat, quid imprimis permoverit, ut Marcello ejusque sequacibus paulo esset iniquior, ut videtur, si ex me quæras, duo mihi occurrerunt: alterum, quod fidei, quam a teneris imbiberat, tenacissimus esset, ut ingenue fatetur in ep. ad Neocesarienses, quæ est LXXV, p. 526, 527; alterum, quod Marcellus cum suis instituta ejus monastica reprehendissent, ut patet ex ep. LXXIII, p. 314.

(a) Vide tom. XXIV. Eusebii textum cum mss. codicibus et ipsa qui hic præfatur Rettbergii editione conferendum curavimus. EDIT. PATR.

(b) Vide editionem nostram. Fragmentorum Rettbergii numeros inter parentheses positos textui in-

In his, quæ Epiphanius habet, mirari satis non potui, primo, quod nullam prorsus libri *De subjectione Filii*, nullam Eusebii Cæs. mentionem fecit, h. e. ignoravit fundum quasi ac sedem totius causæ, nisi quantum ex lacinia quadam Acacianæ disputationis, eaque ipsa non multum indicante, cognosci potest; deinde quod confessionem illam cleri Ancyrani, de qua supra dixi, pro Marcelliana sibi venditari passus est; denique, quod Athanasium, de Marcello quid sentiret, rogavit, si is utique Marcellum scripto refutaverat, Athanasius contra, quem in refutatione ista μαίνεσθαι dixerat, ὡς ἀπολογησάμενον εἶχε.

Cæterum, si internam Patris, Filii ac Spiritus sancti relationem spectemus, sejunctis quæ minoris sunt momenti, ad Irenæi imprimis, ac Dionysii Rom. ipsiusque Athanasii aut quam proxime accedit Marcelli sententia, ita ut coeuntium ac divergentium colorum finem medium dirigere non magis audeam, quam in iride, aut illa ipsa est.

FRAGMENTA LIBRI MARCELLINI

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΟΥ ΥΙΟΥ ΥΠΟΤΑΓΗΣ

Vide Eusebii libros *contra Marcellum* et *De ecclesiastica theologia*, tom. XXIV. Vide etiam Epiphanium in excerptis Acacianis; t. I, p. 838 seq. editionis Dion. Petavii quam nostra repræsentat.

EJUSDEM MARCELLI LIBELLUS

JULIANO ROM. PONT. OBLATUS.

Vide Epiphanium in iisdem excerptis, p. 834 seqq.

EUGENII DIACONI LEGATIO

AD S. ATHANASIMUM

Pro causa Marcelli Ancyrani, et Confessio fidei Ecclesiæ Ancyranæ.

Ἐκθεσις πίστεως πρὸς Ἀθανάσιον ὑπὸ Εὐγενίου Διάκονου. A Expositio fidei ad Athanasium facta ab Eugenio diacono.

(1) Τῷ ἀγιωτάτῳ καὶ μακαριωτάτῳ ἐπισκόπῳ Ἀθανασίῳ Εὐγένιος διάκονος.

1. Οἱ μὲν κληρικοὶ καὶ οἱ λοιποὶ ἐν Ἀγκύρᾳ τῆς Γαλατίας, μετὰ τοῦ Πατρὸς ἡμῶν Μαρκελλοῦ συσσίτου, ἀπέστειλαν ἡμᾶς πρὸς τὴν σὴν θεοσέβειαν, ἔχοντας παρὰ τε τῶν τῆς (2) Ἑλλάδος καὶ τῆς Μακεδονίας ἐπισκόπων συστατικά. Ἐπειδὴ δὲ ἐλθόντες ἐμάθομεν διαβληθέντας ἑαυτοὺς ὡς ἑτεροδόξους· σὺ τε, καλῶς ποιῶν, ἠθέλησας μαθεῖν πῶς φρονοῦμεν περὶ τῆς εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν εὐσεβείας· ἀναγκαίως καὶ προθύμως γράφομεν ταῦτα πρὸς τὴν σὴν εὐλάβειαν· ἵνα γινώσκῃς τοὺς μὲν διαβάλλοντας ἡμᾶς μάτην εἰρηκότας καθ' ἡμῶν, ἡμᾶς δὲ ἔχοντας τὴν καθολικὴν τῆς Ἐκκλησίας πίστιν. Ἡμᾶς δὲ λέγομεν, συναριθμοῦντες καὶ τοὺς ἀποστεί-

Sanctissimo et beatissimo episcopo Athanasio. Eugenius diaconus.

1. Clerici quidem ac cæteri qui Ancyræ in Galatia sunt, una cum Patre nostro Marcello congregati, nos ad tuam pietatem commendatitiis episcoporum Græciæ et Macedoniæ litteris munitis delegarunt. At quandoquidem accedentes comperimus, nos tanquam aliena doctrina imbutos, calumniis impetitos fuisse; tuque jure ac merito ediscere voluisti, quam sententiam et doctrinam teneamus erga Dominum nostrum Jesum Christum: necessitate compulsi, sed alacriter tamen, hæc ad tuam pietatem rescribimus; ut cognoscas eos, qui nos calumniis impetivere, isthæc falso adversum nos protulisse, nosque catholicam Ecclesiæ tenere fidem. Cum

(1) Non insolens isto sæculo fuit, ut scripta de rebus ecclesiasticis tradita, epistolari forma præsentibus darentur. Sic primo Operum Athanasii tomo p. 313 epistola Alexandri ad clerum Alexandrinum hoc singulari titulo insignitur: *Alexander presbyteris diaconisque Alexandriae et Marone, præ-*

sens presentibus, dilectis in Domino fratribus, salute, data videlicet iis qui præsentibus aderant. Eodem ritu Eugenius legatus expositionem suam, Ancyranæ Ecclesiæ nomine, concinnavit. Vide in Præfatione ad Athanasii Opera n. 19.

(2) De his in Diatriba de Marcello supra.

porro de nobis loquimur, universos item populos A qui nos miserunt, qui non pauci sane, sed ingenti multitudine sunt, nobiscum annumeramus.

2. Nos igitur in primis anathemate damnamus Arianam hæresim; credimusque, quemadmodum et Patres nostri in Nicæna synodo confessi sunt, ex substantia Patris esse Filium et consubstantialem Patri, ipsumque neque rem creatam neque rem factam esse: verum omnia opificia per ipsum facta fuisse. Neque enim censemus alium esse Filium, alium esse Verbum, ut quidam nos sentire mentiti sunt; sed ipsum Verbum esse Filium, sapientiam, virtutem Patris, in qua omnia, ut nos docuit Apostolus¹ cum visibilia, tum invisibilia, sive throni, sive dominationes, sive principatus, sive potestates; omnia demum per ipsum et in ipsum creata sunt. Cum ita porro sentiamus, anathemate ferimus nominatim impiissimum Sabellium, et cum ipso quotquot ejus doctrinæ astipulantur, et dicunt, ipsum Patrem esse Filium; ipsamque quando Filius efficitur, non ulterius esse Patrem; et quando sit Pater, non esse tunc Filium. Nos quippe confitemur Patrem æternum, Filio æterno exstante ac subsistente; Spiritum quoque sanctum sempiternæ exstantem atque subsistentem. Non enim Trinitatem sine subsistentia sive hypostasi dicimus esse, verum in hypostasi ipsam cognoscimus.

3. Sed, etiamsi hæc satis sint ad commonstrandum eadem nos atque Patres nostri sententia esse, attamen quia nonnulli sunt, qui cum dissimulanter profiteantur se minime cum Ario sentire, idem tamen quod ille sentiunt; atque dicunt, Filium quidem dissimilem esse Patri, Spiritum autem sanctum esse rem creatam, unamque ex rebus factis; cum nos, tum ii, qui nos huc delegarunt, hujusmodi hæreses anathemate ferimus. Neque enim Filius dissimilis est Patri, sed consubstantialis ipsi Patri est; neque Spiritus sanctus res est creata, aut una ex rebus conditis, sed sanctæ Trinitatis est: atque confidenter profitemur, nihil aliunde inductum aut creatum in sancta Trinitate esse. Nam Spiritus sanctitatis est, non qui sanctificetur, verum in quo omnes sancti sanctificantur. Perfectio quippe nostra in Patre et Filio et Spiritu sancto datur atque efficitur. Unaque fides est in unum Deum D per Filium in Spiritu sancto. Plenioris itaque majorisque testimonii causa, anathemate ferimus eos qui sentiunt ac dicunt: Fuit aliquando *monas*, sive unitas, cum nondum esset Filius; et fuit aliquando *dyas*, quasi dicatur duitas, cum nondum esset Spiritus sanctus. Scimus enim sanctam Trinitatem sempiternam, semper perfectam fuisse, ac eodem modo se habuisse. Quamobrem ab Ecclesia catholica alienos reputamus eos qui sentiunt atque dicunt: Fuit cum non esset Filius, atque ex

¹ Coloss. 1, 16.

(3) Vide Diatribam nostram de Marcello.

(4) Licitum erat hoc tempore hypostasim unam in Trinitate confiteri, dum hypostasis pro substantia haberetur: similiterque tres hypostases confi-

λانتας ἡμᾶς πάντας λαοῦς; οὐ γὰρ ὀλίγοι, ἀλλ' ἀριθμητὸν πλῆθὸς εἰσιν.

2. Ἡμεῖς τοίνυν προηγουμένως μὲν ἀναθεματίζομεν τὴν Ἀρειανὴν αἵρεσιν· πιστευόμεν δὲ, ὡς οἱ Πατέρες ἡμῶν ὡμολόγησαν ἐν τῇ κατὰ Νίκαιαν γενομένῃ συνόδῳ· ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς εἶναι τὸν Υἱὸν καὶ ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ, καὶ μήτε κτίσμα μήτε ποίημα εἶναι αὐτόν· ἀλλὰ δι' αὐτοῦ πάντα τὰ γενητὰ γεγενῆσθαι. (3) Οὐ γὰρ ἄλλον τὸν Υἱὸν καὶ ἄλλον τὸν Λόγον φρονοῦμεν, ὡς τινες ἡμᾶς διέβαλον, ἀλλὰ τὸν Λόγον εἶναι Υἱὸν, σοφίαν, δύναμιν τοῦ Πατρὸς, ἐν ἣ τὰ πάντα, ὡς ἐδίδαξεν ὁ Ἀπόστολος, τὰ τε ὁρατὰ καὶ τὰ ἀόρατα, εἶτε θρόνοι, εἶτε κυριότητες, εἶτε ἀρχαί, εἶτε ἐξουσίαι, τὰ πάντα δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν ἐκτίσθαι. Οὕτω δὲ φρονοῦντες ἀναθεματίζομεν καὶ ἐξ ὀνόματος τὸν ἀσεβέστατον Σαβέλλιον, καὶ μετ' αὐτοῦ τοὺς τὰ ἐκείνου φρονοῦντας, καὶ λέγοντας αὐτὸν τὸν Πατέρα εἶναι Υἱὸν· καὶ ὅτε μὲν γίνεται Υἱὸς, μὴ εἶναι τότε αὐτὸν Πατέρα· ὅτε δὲ γίνεται Πάτερ, μὴ εἶναι τότε Υἱόν. Ἡμεῖς γὰρ ὁμολογοῦμεν Πατέρα ἀίδιον, Υἱοῦ ἀίδιου ὄντος καὶ ὕφεστῶτος· καὶ Πνεῦμα ἅγιον ἀίδιου, ὄν καὶ ὕφεστός. Οὐ γὰρ ἀνυπόστατον τὴν Τριάδα λέγομεν· (4) ἀλλ' ἐν ὑποστάσει αὐτὴν γινώσκομεν.

3. Καὶ εἰ αὐτάρκη ταῦτα δεῖξαι τὴν πρὸς τοὺς Πατέρας ἡμῶν ὁμοφροσύνην· ὅμως, ἐπειδὴ τινες τῶν ἐπαγγελιομένων μὴ φρονεῖν τὰ Ἀρείου, ὑποκρινόμενοι φρονοῦσι, λέγοντες τὸν μὲν Υἱὸν ἀνόμιον εἶναι τοῦ Πατρὸς, τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιον κτίσμα καὶ ἐν τῶν ποιημάτων ἐστίν· ἀναθεματίζομεν, ἡμεῖς τε καὶ οἱ ἀποστείλαντες ἡμᾶς, τὰς αἰρέσεις ταύτας. Οὕτε γὰρ ἀνόμιος ὁ Υἱὸς τῷ Πατρὶ, ἀλλ' ὁμοούσιός ἐστι τῷ Πατρὶ· οὕτε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον κτιστὸν, ἢ ἐν τῶν ποιημάτων ἐστίν, ἀλλὰ τῆς ἁγίας Τριάδος ἐστὶ· καὶ τεθαβῆκαμεν, ὅτι οὐδὲν ἐπέισακτον οὐδὲ κτίσμα ἐστὶν ἐν τῇ Τριάδι. Πνεῦμα γὰρ ἀγιωσύνης ἐστὶν οὐχ ἀγιαζόμενον, ἀλλ' ἐν αὐτῷ πάντων τῶν ἁγίων ἀγιαζόμενον. Καὶ γὰρ ἡ τελειότης ἡμῶν ἐν Πατρὶ καὶ Υἱῷ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι· διδοται, καὶ γίνεται. Καὶ μία πίστις ἐστὶν εἰς ἕνα Θεὸν δι' Υἱοῦ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. Ὑπὲρ πλείους γοῦν μαρτυρίας, ἀναθεματίζομεν τοὺς φρονοῦντας καὶ λέγοντας· Ἦν ποτε *μονάς*, μὴ ὄντος Υἱοῦ· καὶ ἦν ποτε *δυάς*, μὴ ὄντος ἁγίου Πνεύματος· ἀίδιον γὰρ καὶ ἀειτελείαν οὐδαμὲν, καὶ ὡσαύτως ἔχουσιν τὴν ἁγίαν Τριάδα. Διὸ καὶ ἄλλοι τριούς τῆς Ἐκκλησίας ἔχομεν τοὺς φρονοῦντας καὶ λέγοντας· Ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν ὁ Υἱὸς, καὶ ὅτι ἐξ οὐ ὄντων ἐγένετο τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον.

teri, dum tres personæ existentes et subsistentes intelligerentur. Vide in epistola ad Antiochenos, tom. I Operum Athanasii.

4. Ἴνα δὲ μὴ τις ποτε ἡμᾶς καὶ περὶ τῆς ἐνσάρκου παρουσίας τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν διαβάλλῃ ματαιολογῶν· ἀναγκαίως καὶ περὶ τούτου γράφομεν, ὅτι ὁ Κύριος καὶ Σωτὴρ ἡμῶν ὁ Χριστός, οὐχ ὡσπερ εἰς τοὺς προφήτας ἐγίνετο, οὕτως καὶ ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰῶνων ἦλθεν εἰς ἄγιον ἄνθρωπον. Ἀλλὰ πιστεύομεν, ὅτι κατὰ τὸν Ἰωάννην ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ κατὰ τὸν Ἀπόστολον ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων ἔλαβε δούλου μορφήν, τὸ κατὰ σάρκα γεννηθεὶς ἐκ Μαρίας ἄνθρωπος δι' ἡμᾶς· ἵνα ὡς εἶπεν αὐτὸς, τελειώσῃ τὸ ἔργον τοῦ Πατρὸς· καὶ οὕτως τὸ ἀνθρώπινον γένος ἐν αὐτῷ τελειώσας καὶ συνάψας τῇ θεότητι, εἰσαγάγῃ εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Καὶ εἰ ταῦτα πάλιν αὐτάρκη δείξαι τὴν πρὸς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν πίστιν· ὅμως ὑπὲρ πλείονος ἀσφαλείας ἀναλαμβάνοντες ταῦτα λέγομεν, καὶ ἀναθεματίζομεν τοὺς λέγοντας καὶ φρονούντας, ποτὲ τὸν Πατέρα εἶναι χωρὶς τοῦ Υἱοῦ, καὶ ποτὲ τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν χωρὶς τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Πνεῦμα γὰρ Θεοῦ ἐστὶ, καὶ τελεία καὶ ἀίδιός ἐστιν ἡ Τριάς. Ἀναθεματίζομεν τε καὶ τοὺς νῦν ἐξελθόντας, καὶ λεγομένους Ἀνομοίους· καὶ σὺν αὐτοῖς τὴν τοῦ Σαμοσατέως καὶ Φωτεινοῦ παραφροσύνην, καὶ τοὺς τὰ αὐτὰ φρονούντας αὐτοῖς. Ὅτι μὴ λέγουσι τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον ζῶντα Λόγον εἶναι· καὶ ἐνεργῆναι, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, ἀλλὰ ὡς ἀνθρώπου λόγον προφορικὸν μόνον· καὶ ὅτι μὴ φρονοῦσι τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ αὐτὸν εἶναι τὸν Λόγον· ἀλλὰ διαιροῦσιν ἀλόγως, καὶ ἀρχὴν τῷ Υἱῷ διδοῦσιν ἀπὸ τῆς ἐκ Μαρίας κατὰ σάρκα γενέσεως, βλασφημούντες· ὅτι μηδὲ Θεὸν ἀληθινὸν αὐτὸν εἶναι πιστεύουσιν.

principium Filio a nativitate secundum carnem exduunt ipsum verum esse Deum.

5. Ταῦτα τοιγαρὸν φρονούντες, καὶ ἐγγράφως ὁμολογοῦντες, διαβεβαιούμενοί τε ταῦτα φρονεῖν καὶ τοὺς ἀποστελλαντας ἡμᾶς, ἀξιούμεν τὴν σὴν θεοσέβειαν μηκέτι πιστεύειν τοῖς καθ' ἡμῶν λέγουσιν· ἀλλὰ μᾶλλον τοῖς ἀποστελλασιν ἡμᾶς ταῦτα γνωρίσαι, καὶ γράψαι καὶ οἷς ἂν γινώσκῃς ὀρθοδόξους ἐπίσκοποις· ἵνα, εἰ καὶ πρὸς αὐτοὺς ἡ καθ' ἡμῶν διαβολὴ ἐγένετο, μαθόντες τὴν ὁμολογίαν ἡμῶν ταύτην, καταγνῶσι τῶν θελησάντων ἡμῶν ἀπλῶς φθόνον κινήσαι. Θεόδουλος ἐπίσκοπος Ὁξυρύγχου, Πλήνης ἐπίσκοπος Ἐρμοθιᾶς, Ἰσχυρίων ἐπίσκοπος Λεοντῶ, Ἰσαάκ ἐπίσκοπος Ἀμφν.

¹ Joan. 1, 14. ² Philip. 11, 6, 7. ³ Joan. 14, 31.

(5) De his subscriptionibus vide in Diatriba de Marcello. Hæ porro subscriptiones mutilæ haud dubie sunt, cum Athanasii nomen non compareat, qui sane huic fidei confessioni suffragium dedit ac subscripsit; alias vero, refragante Athanasio, eam minime probassent, additoque nomine confirmas-

4. Ne quis vero falsa jactitans nos frustra incuset circa carnalem Servatoris adventum, necesse quoque fuerit ut ea de re quædam litteris consingnemus; quod scilicet Dominus et Salvator noster Christus, non quemadmodum ad prophetas factus est, ita in consummatione sæculorum advenerit in sanctum hominem. Sed credimus, quod, secundum Joannem¹, Verbum caro factum sit, et secundum Apostolum², quod cum in forma Dei esset, propter nos accepit servi formam, secundum carnem genitus homo ex Maria Virgine; ut, quemadmodum ipse ait³, perficeret opus Patris; atque ita cum genus humanum in seipso perfecerat, ac cum divinitate conjunxerat, ipsum introducat in regnum cælorum. Ac etiamsi isthæc satis sint ad declarandam fidem in Dominum nostrum Jesum Christum, attamen majoris securitatis ergo hæc repetimus ac dicimus, atque anathemate damnamus eos qui dicunt et credunt, Patrem aliquando sine Filio fuisse; Patremque ac Filium aliquando fuisse sine Spiritu sancto. Spiritus enim Dei est, ac perfecta atque sempiterna est Trinitas. Anathemate quoque damnamus eos qui nuper exorti sunt, et Anomœi dicuntur, ac cum ipsis Samosatani et Photini insaniam, necnon eos qui paria cum ipsis sentiunt. Quia non dicunt, Verbum Dei, verbum esse vivens et efficax, per quod omnia facta sunt: sed quasi hominis verbum prolaticum duntaxat, et quia non arbitrantur Filium Dei ipsum esse verbum; verum temere et sine ratione dividunt, et Maria blasphemio ore tribuunt, quia item non credunt

5. Hæc itaque cum sentiamus atque scripto profiteamur, asseramusque id ipsum sentire eos qui nos isthuc miserunt: tuam rogamus pietatem, ne fidem iis habeas qui nos insimulant; idque iis significes qui nos huc delegarunt; rescribas item iis quos orthodoxos episcopos esse noveris; ut si ad eos calumnia adversum nos conflata pervenerit, conspecta hac nostra fidei confessione, malitiam eorum deprehendant, qui temere invidiam nobis movere studuerunt (5). Theodulus episcopus Oxyrynchi, Plenes episcopus Hermothi, Ischyriion episcopus Leonto, Isaac episcopus. Amen.

sent episcopi hic memorati. Verisimile item est alios Ægyptios episcopos, quorum cecidere nomina, eandem fidei confessionem suffragio suo munisse. Solebat enim Athanasius ad tanti ponderis negotia e vicinioribus multos accersere.

ANNO DOMINI CCCLV.

THEODORUS HERACLEENSIS EPISCOPUS.

NOTITIA.

(Ex Leonis Alatii *Diatriba de Theodoris*, num. LXIV ad. Mai *Biblioth. nov. Patr.*, VI, II, 115.)

Theodorus Heracleæ, sive Perinthi, in Thracia, naxque civitas binominis est, episcopus. Hinc etiam Heracleotes, et Perinthius dictus, in synodo Nicæna cum multis aliis adversus apostolica dogmata pugnans, Arianam sententiam subdole tuebatur. (Gelasius Cyzicenus in *Actis concilii Nicæni* lib. II, cap. 7.) Postmodum in synodo Antiochena cum reliquis Arianis adversus Nicænam synodum consensit. Tandem a Catholicis in Sardicensi, episcopatu motus, tanquam qui cum aliis Filium Dei a paterna substantia separaret, reciperetque eos qui propter Arianam hæresim rejecti fuerant, et ad ampliorem ministerii divini dignitatem eveheret, condemnatus est. Vir alias, si Nicephoro credimus lib. IX, 5, *Historiæ ecclesiasticæ*, ἑλλόγιμος, si Hieronymo, elegantis apertique sermonis, et magis historicæ intelligentiæ. Edidit sub Constantino principe *commentarios in Matthæum, et in Joannem (a), et in psalterium (b)*. Nicephorus scribit: Τὴν τῶν Εὐαγγελίων ἐρμηνείαν ὑπαγορεύσει, *Evangeliorum expositiones edidisse*. Hujus in *Psalms* commentarii manuscripti antiquissimi, et optimæ notæ, habentur in bibliotheca Barberina, Urbano VIII a cardinali Ludovisio dono dati, ut præfixa inscriptio indicat: *Codicem antiquitate, integritate, orthographia, conspicuum; cujus unicum exemplar habet quidem bibliotheca Vaticana, sed mutilum, mancum, lacunarum plenum, nec ita venustum, Urbano VIII, pont. max., virtutum omnium et sacræ eruditionis asylo, Ludovicus cardinalis Ludovisius S. R. E. vicecancellarius, Græcæ vetustatis munusculum, deditissimi animi perpetuum argumentum offert.*

(a) Commentarius Heracleotæ in Joannem ad Gothicam olim ex Græca lingua translatus fuit, ejusque non contemnenda fragmenta apparuerunt in pretiosissimis Gothici sermonis palimpsestis codicibus, quos nos Mediolani et Romæ, Deo favente, deteximus. A. M.

(b) Edidit hunc Heracleotæ in Psalterium commentarium Balthasar Corderius, cujus videsis præfationem tomi I Catenæ in psalmos. Nos vero ejusdem Heracleotæ scholia copiosa in Isaiam, Allatio incognita, edidimus nunc ex pervetusta Vat. ad eum prophetam catena. A. M. — Commentarium in *Psalms*, qui nomine Theodori circumfertur, non esse Theodori unius, sed multorum Patrum, adeoque in catenarum numero ponendum esse ex Garnerio ad ed. Basilii M. Opp. Paris. 1721, tom. I, pag. 39, docet Kollarius ad Lambecii *Comm.* III, p. 59, not. B, ubi Lambec. a pag. 56, cod. Cæs. XI, qui continet commentarium in totum Psalterium, recensuit, et commentarium quod in cod. propter defectum principii nomen auctoris non legitur, cum Corderio ascripsit Theodoro Heracl., et de hoc fuse disseruit. — Christoph. HARLES, ad Fabricii *Biblioth. Græc.*, t. IX, p. 319.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΗΡΑΚΛΕΙΑΣ

ΕΚ ΤΗΣ ΕΙΣ ΗΣΑΙΑΝ ΕΞΗΓΗΣΕΩΣ.

THEODORI HERACLEOTÆ

EX INTERPRETATIONE IN ISAIAM.

(Mai *Bibliotheca nova Patrum*, VI, 214.)

CAP. I, VERS. 1. Audi. Theodori Heracleotæ. Ἀκούε. Θεοδώρου Ἡρακλείας (1). Συνεκάλεσε ἐπὶ
Utramque universi mundi partem ad suscipiendos μαθησιν τῶν ὑπὸ τοῦ Κυρίου λελεγμένων τὰ σὺν

(1) Nomen hoc ad singula fragmenta in codice repetitur.

εκτικα μέρη του παντός κόσμου, οὐρανὸν αὐτὸν τὸν τὰς θείας δυνάμεις ἀπειληφότα, καὶ γῆν τὸ τῶν θνητῶν οἰκητήριον· καὶ οὐρανῷ μὲν ἀκούειν, γῆ δὲ ἐνωτίζεσθαι παρακελεύεται, δι' αὐτῶν τὰς ἀφανεῖς δυνάμεις ἐν αὐτοῖς ἀνακαλούμενος. Καὶ μετ' ὀλίγα, ἐπειδὴ κέντρον μνήμης παρασχέσθαι αὐτοῖς ἡδούλετο τῶν λεγομένων ὁ προφήτης, ἀναγκαῖον τοῦ οὐρανοῦ καὶ γῆς μαρτυρίαν παραλαμβάνει· ἵνα, κἂν λήθην ποιήσωνται τῶν λεχθέντων παρὰ τοῦ προφήτου, οὐρανὸς καὶ γῆ ἑρώμενοι ὑπομνήσκωσι τῶν τοῦ Θεοῦ ῥημάτων.

Υἱῶν μνήμην πεποιήται, καὶ γεγεννηκέναι φάσκει, δεικνύς, ὡς οὐκ ἄλλοτρίους εἰσποήσατο, ἀλλ' ὡς αὐτοῦ ὄντας ποιήματα, πατρικῆς κηδεμονίας ἡξίωσε· καὶ ὑψωκέναι δὲ λέγει ὑπομνήσκων τῆς ἀπ' Ἰαίγυπτου ἐξόδου, καὶ τῶν ἐν μέσῳ θαυμάτων, καὶ τῶν ἐφεξῆς αὐτοῖς δοθέντων παρ' αὐτοῦ· ἀθέτησιν δὲ κυριῶς καλεῖ τὴν αὐτῶν ἀποστασίαν, καὶ τὴν περὶ τὰ εἰδῶλα πλάνησιν.

Σημαίνει τὴν παντελῆ αὐτῶν ἀκαρπίαν· ἕως μὲν γὰρ καρπῶν ἀγαθῶν πεπληρωται· ἀμπελῶν, τὸν φρουροῦντα καὶ φυλάττοντα κέκτηται, ὅς, σκηπὴν πηξάμενος, ἄνωθεν ἀφ' ὑψηλοῦ ἀφορᾷ, καὶ περισκοπεῖ καὶ φυλάττει τὸν ἀμπελῶνα· εἰ δὲ τοῦτου καρπὸς ἀφαιρεθῆι, τηνικαῦτα ὁ φύλαξ, ὡς μὴ εἰς μάταιον κάμνοι, τὴν σκηπὴν ἐρημον ἀπολιπῶν, ἀναχωρεῖ τῆς φυλακῆς.

Ἐπειδὴ γὰρ ὁ μὲν Ἰσραὴλ αὐτὸν οὐκ ἔγνω, καὶ ὁ λαὸς αὐτὸν οὐ συνῆκε, τὸ δὲ ἐξ αὐτῶν σπέρμα ὁ ἀποστολικὸς χορὸς συνῆκε τε αὐτὸν καὶ ἐπέγνω· εἰκότως ἀφορίζεται τοῦ πλήθους· ἄστοπον γὰρ τὸ νομίζειν τοὺς ἀποστόλους τῶν ἀσεβῶν σπέρμα λέγεσθαι, περὶ ὧν ἄνωτέρῳ ἔλεγε· « τὸ σπέρμα πονηρὸν υἱὸς ἄνομοι »· πρέπει δὲ τῶν προφητῶν σπέρμα αὐτοῦς εἶναι ἡγεῖσθαι.

Οὐ λουτροῖς τοῖς καθαίρουσι τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ σώματος· οὐδὲ γὰρ τοῦτο ἐβέβλαπτο· ἀλλὰ πνευματικοῖς δυναμένοις ἀφανίσαι μὲν γνόφον ἀμαρτημάτων, καθᾶρα δὲ ψυχῆς κακὸν συνειδός· καὶ ταῦτα ποιεῖν ἀφ' ἑαυτῶν.

Καταλιπόντες γὰρ τὸν εὐεργέτην τε καὶ σωτῆρα, ἐπῆλπισαν τοῖς ἀψύχοις καὶ ἀναισθητοῖς· διὸ γυμνοὶ πάσης ἀγαθῆς δόξης ἐτύγγανον, δίκην στυπείου κατακαυθησόμενοι, καὶ οὐκ ἔσται ὁ σβέσων· τίς γὰρ ἐξελεύσθαι δυνατὸς, τοῦ Θεοῦ τὴν κατ' αὐτῶν ἀπόφασιν ἐξενηνοχότος; Τὴν ἐν τῇ ἀιχμαλωσίᾳ τοίνυν αἰσχύνην αἰνίττεται ὁ λόγος· πάντων ἐκποδῶν γενομένων τῶν ἐπιθυμημάτων αὐτῶν· ματαιωθείσης δὲ καὶ τῆς ἐλπιδος αὐτῶν τῆς ἐπὶ τοῖς εἰδώλοις.

Κἂν λόγος, κἂν ὄρασις λέγεται, οὐδὲν διοίσει· καὶ γὰρ ἐν ὅψει τι φαίνεται· οὕτως ἡ γνῶσις διαβαίνει εἰς ψυχὴν, ὅτ' ἂν Θεὸς δεικνύη, ὡς δεξαμένης κατὰ διάνοιαν τοὺς τοῦτον λόγους· κἂν διὰ λόγων ἀκούη, οὕτως βεβαιούται τὴν διάνοιαν, ὡς ἀθρόως δεχομένης τὴν πάντων γνῶσιν. — Ἐνταῦθα οὐ λέγει κατὰ, ἀλλὰ περὶ, δεικνύς, ὡς ἐκεῖ μὲν ἐδῆλου τὴν κατ' αὐτῶν ἐσομένην καὶ τῶν τόπων ἐρήμωσιν.

A Dei serm ones convocat propheta, caelum scilicet divinas virtutes complectens, et terram a mortalibus occupatam. Dum autem caelum audire jubet, et terram auribus percipere, latentes in ipsis potestates adhortatur. Et paulo post : Incitamentum quaerenti prophetæ quo Judæos ad dictorum memoriam conciliaret, proferendum erat caeli et terræ testimonium, ut, etiamsi fuerint prophetici sermonis obliti, conspectis caelo et terra, verba Dei reminiscerentur.

